ARCHITETTVRA
DI
SEBASTIAN SERLIO
BOLOGNESE,

IN SEI LIBRI DIVISA,

Ne' quali vengono dottamente, & con ogni chiarezza ſpiegate tutte le oſcurità, & ſecreti dell'Arte.

Nuouamente Impreſsi in beneficio vniuerſale in Lingua Latina, & Volgare, con alcune aggiunte.

SEBASTIANI SERLII
BONONIENSIS,
DE ARCHITECTVRA

LIBRI SEX:

Quibus cuncta ferè Architectonicè facultatis myſteria, Doctè perſpicuè vberrimeq. explicantur.

Nunc demùm in Idiomate Italico ac Latino excuſsum multis additionibus vt omnibus Populis inſeruiat.

Ad Illuſtriſs. Archiepiſc. Vrbinatenſem

IACOBVM DE ANGELIS.

IN VENETIA, M. DC. LXIII.

Per Combi, & La Nou.

CON LICENZA DE' SVPERIORI.



SEBASTIANI SERLII
VERA EFFIGIES.

LIBRO PRIMO DI GEOMETRIA.

DI SEBASTIAN SERLIO.

SEBASTIANI SERLII DE GEOMETRI

Liber Primus.

ET primieramente, punto è vna cosa indiuisibile laqual non hà in se parte alcuna.

Punto.

ET igitur rectè Methodicequæ incedamus, à Puncti tanquam simplicissimi cuiusdam principij explicatione exordientes. Punctum siue Signum, cuiuscunque diuisionis ac partitionis penitus expers esse dicemus.

Linea è vna retta & continua imaginatione di vn punto à l'altro in longitudine senza latitudine.


Linea.



Linea Recta, est à puncto ad punctum per longitudinem solam citra latitudinem vllam æquabilis perpetuaquæ protensio.

Paralelle, sono due linee continuate di egual distantia.

Paralelle.



Lineæ Acquedistantes, eæ nempe dicuntur, quæ idem interuallum, eandenquæ prorsus intercapedinem inter sese vbiquæ seruare retinerequæ conspiciuntur.


Superficie è di due linee equidistanti serrate da li lati, cioè vna cosa, che hà longitudine, e latitudine senza profondità, e anchora può esser superficie de diuersi, & inequali lati.

Superficie.



Superficies, quæ planum quoque & Area, longitudine, & latitudine simul absquæ vllo omnino profunditatis vestigio insignita esse definitur.


Angolo retto sarà, quando vna linea perpendiculare cioè à piombo anco detta cavetto cascarà sopra vna linea piana.



Angulus, ex mutuo duarum linearum contactu, altera earum in alteram inclinata consurgit.


Angulus Rectus, ex linea alteri lineæ ad perpendiculum insistente, originem suam deducit.

Et quando detta linea cascarà sopra vna linea piana più da vn lato, che da l'altro farà vn'angolo acuto & vno ottuso, l'angolo acuto sarà minore del retto, e l'angolo ottuso, sarà maggior del retto.



Quòd si Linea insistens ad vnam propius quam ad alteram partem lineæ subiectæ vergerit atque inclinauerit, ita vt hinc & illinc duo impares anguli sese proferant atque consurgat, alter quidem recto maior, alter verò eodem recto minor: minor quidem Acutus maior autem Obtusus, propriè nuncupandus videtur.

Angolo piano pyramidale, sarà due linee di egual longhezza congiunte insieme dalla parte di sopra, & allargato dalla parte di sotto, & questo farà vn'angolo acuto.




Angulus in Pyramidis formam constructus, qui à duabus rectis lineis longitudine æqualibus, quæ ab eodem signo deductæ latius semper latiusque seiunguntur, conficitur ac procreatur.

Triagolo equilatero cioè di tre lati eguali saranno tre linee di egual longhezza congiunti insieme, & questa figura farà tre angoli acuti.




Triangulum Aequilaterum, tribus lateribus sese mutuò contingentibus, longitudineque comparibus; & tribus item acutis & equalibus angulis comprehenditur ac terminatur.

Triangolo di due eguali lati, saranno due linee di egual longhezza, cioè vna piana, vna perpendiculare, e vn'altra linea maggiore che farà il triangolo, & questa farà vn'angolo retto, & due acuti.




Triangulum duorum æqualium laterum, etsi ad libitum nostrum confici possit; tamen propria quadam peculiariquæ ratione duabus rectis longitudine paribus, quarum vna alteri perpendiculariter insistit, & tertia vtraquæ earum longiori circumscribitur ac definitur: in quo quidem triangulo alter angulorum rectus, reliqui autem duo æquales acutiquæ proculdubio existent.

Triangolo di tre inequali lati sarà tre linee de inequal longhezza congiunte insieme, & questa figura harà tre angoli acuti.




Triangulum trium laterum inæqualium, à nobis hic sumptum atquæ consideratum, tribus rectis longitudine differentibus, & tribus item inæqualibus angulis, altero quidem obtuso, reliquisquæ duobus acutis designabitur & concludetur.

Quadrangolo de inequali lati, sarà di quattro linee de inequal longhezza, & questa figura harà due angoli ottusi, & due acuti, & anco tal volta potrà hauere vn'angolo retto.




Superficies quadrangula inæqualium laterum, figura quædam quatuor lateribus longitudine imparibus comprehensa appellatur quæ vel duos obtusos, duosque acutos angulos; vel vnum rectum, ex reliquis tribus modò duobus obtusis, postremòquæ acuto.

Rhombo sarà di quattro linee di egual longhezza, delle quali si potria far vn quadrato perfetto, ma in questa forma sarà due angoli acuti, & due ottusi, & questa figura prende il nome da vn pesce che si dice Rhombo, & anchora si può dire mandola per hauer forma di mandola.




Rombus, ex quatuor lateribus longitudine æqualibus, duobus acutis duobusquæ obtusis existentibus angulis, tanquam ex terminis constituitur; quæ quidem figura à piscis cuiusdam similitudine Rhombi sibi vendicauit appellationem: Necnon Amygdala quoque à nonnullis, propterea quòd Amygdalæ speciem præseferat, fuit cognominata. Hæc autem Rhomboica siue Amygdalaris figura, sola angulorum ipsorum directione, ad quadrati elegantiam atque formositatem quamprimum redigi posset.

Forma de diuersi, & inequali lati sarà de linee diuerse in longhezza congiunte insieme, & ancor che questa sia di sette lati, & che tutti li angoli siano ottusi, potrà ben esser vna figura di più, & di men lati talmente disposta che in essa saranno delli angoli retti de gli acuti, & de gli ottusi, & de simili figure potrà venir alle mani del'Architetto in diuersi siti, delle quali darò la regola ne l'estremo di questo libro diridurle in forma di quadrato perfetto.



Quanuis autem præsens figura tanquam exemplum quoddam hic a nobis apposita, septem lateribus inæqualibus, septemquæ obtusis angulis instructa conspicitur: aliæ tamen quoquæ complures figurarum species tum maiori tum minori laterum numero circunscriptæ poterunt designari, eaque ratione formari, vt nonnullæ partes quidem angulorum acutie deprimantur, nonnullæ verò immodica eorundem extensione attollantur, nonnullæquæ demùm ipsorum angulorum rectitudine ad perpendiculum & exactissimam regulam dirigantur. Quanam autem ratione huiuscemodi multiplices polygoniæquæ figuræ, quæ diuersis earum prospectibus, varijsquæ ipsarum collocationibus Architecto negotium facessere solent, ad quadrati perfectionem atque formositatem redigantur, sub calcem primi huiusce voluminis rei istius explicationem differemus.

Superficie plana curuilinea ✕ inangola.



Superficie piana curuilinea binangola sarà di due linee curue cioè circulari, laqual figura seruirà a molte cose in questo libro, e della quale si cauarà la norma giusta, cioè lo squadro, & da questa figura è tratta la forma di quelli archi moderni che si dicono terzi acuti che in molti edificij si vedono, a porte, ad archi, & a finestre.


Superficies plana curuilinea biangula, que, duabus curuis & orbicularibus lineis terminatur. Quę quidem figura ad ea, quæ in presenti volumine a nobis postea dicentur, quamplurimum profectò conducet; necnon ex ipsa absolutissima norma, regulaque deducetur; hincque nimirum arcuum nonnullorum, quos recentiores satis inepto vocabulo tertios acutos appellant, species effluxit: quam quidem & ostijs, & arcubus, & fenestris impressam & aptatam vbique nobis conspicere licet.



Del circolo perfetto si hauerà lo centro la circonferentia, & il diametro.


Circulus, est plana quædam perfectissimaque figura vnica tantùm linea circunsepta in cuius medio iacet punctum, a quo omnes rectæ ad circunferentiam eductæ æquales existunt. Punctumque illud intermedium Centrum a nobis, appellatur. Diameter autem siue Dimetiens circuli, recta quędam ab vno circunferentiæ puncto ad punctum oppositum per medium centrum extensa nuncupatur, quæ integrum circulum in duos æquos semicirculos separat atque distinguit.

Semicirculus.



Mezo circolo nelqual si troua la linea a piombo cadēte sopra il diametro, dalla qual nasce l'angolo retto, & fa il mezo diametro.

Semicirculus, dimidia circuli ipsius portio esse definitur: in qua linea a circunferentiæ apice ad diametrum in perpendiculi morem deducta, eamque in centro contingens duos angulos rectos ex vtraque parte conficere, totumque diametrum in duos semidiametros proscindere, necnon ipsa quoque semidiametri munere officioque fungi videtur.




Quadrato perfetto, sarà di quattro linee di egual longhezza congiunte insieme, & saran quattro angoli retti.

Quadratum plana, & perfecta quædam existit figura, quaternario tum æqualium laterum, tum etiam rectorum angulorum numero circunscripta.

Instrutto che sarà l'Architetto nella cognitione delle passate figure, bisognerà procedere più oltra, cioè saperle accrescere, diminuire, & partirle proportionalmente, & vna forma imperfetta ridurla alla perfettione sua, & a quel valore ch'ella era imperfetta, & della sua prima forma.


Quamprimùm autem Architectus rerum hucusque dictarum cognitionem ac intelligentiam fuerit assecutus, haud hic profectò consistere, verùm vlterius quoque proficisci & progredi debet; eique in primis incumbere, vt superiores figuras & augere, & diminuere, & partiri, proportionis semper diligenti habita ratione, optimè calleat: necnon quamcunque formam figuramque imperfectam ipsi propositam, eademmet area atque capacitate seruata, ad perfectionem ei conuenientem promptè expediteque redigere sciat.

Primicramente la duplicatione del quadrato perfetto così è da fare, dato vn quadro perfetto chiuso da quattro linee. A, B, C, D, sia tirata vna linea da l'angolo A, a l'angolo D, laqual sarà lo lato del quadrato maggiore duplicato al minore, il qual sarà. A, E, F, D, & la proua è questa, Se'l quadro minore contiene in se due triangoli di egual valore, seguita che'l maggiore è duplicato al minore, come nelle figure marginali G, H, si può vedere, & misurare.




Primùm igitur, quod ad figurarum spectat conduplicationem, quadrati perfecti conduplicatio hac ratione conficienda videtur. Proponatur nobis perfectum absolutumque Quadratum A B C D, quatuor nempe lateribus inter sese æqualibus, & quatuor angulis rectis distinctum ac comprehensum; protrahaturque ab angulo A ad angulum oppositum D diagonalis linea A D: ex hac linea statim quadratum maius quadrati propositi duplum procreabitur atque consurget. Et ecce tibi huiusce rei manifesta compendiosaque demonstratio. Cùm quadratum minus, protracta linea diagonali, in duo æqua trigona resoluatur; & cùm Quadratum maius, duabus productis diagonalibus, quatuor trigona duobus prioribus, singula singulis nimirum æqualia contineat & comprehendat; ex trigonorum vtique conduplicatione sequitur etiam conduplicatio quadratorum: quemadmodum ex duarum figurarum G & H hic appositarum inspectione atque dimensione vnicuique perspicere licet.


La duplicatione del circolo così sarà, che dato il circolo minore in vn quadrato perfetto chiuso da quattro linee A, B, C, D, & fuori di quello tirato vn circolo che tocchi li quattro angoli, il circolo maggiore sarà duplicato al minore, la proua sarà questa, S'l circolo minore capisse in vn quadro A, B, C, D, & il circolo maggiore capisse in vn quadro C, B, E, F, duplicato al quadro minore, come più adietro ho dimostrato seguita che'l circolo maggiore è duplicato al minore, come si può comprendere ne i due circoli K, L, & di qui è tratto la proiettura cioè lo sporto della base thoscana discritta da Vitruuio, & anco doue tratta de i fondamenti che siano duplicati per le opere che ci van sopra per causa delle proietture che hauessero a posare sopra lo solido.



Eadem quoque propemodum ratione circulorum conduplicatio inuestiganda inueniendaque videtur. Proponatur circulus minor perfecto quadrato A B C D vndequaque conclusus & circunseptus: Exterius deinde eo adhibito artificio circulus maior circulo minori concentricus designetur, vt ipse quatuor angulos quadrati A B C D vbique contingat: Circulum hunc maiorem minoris duplum esse hac ratione concludo. Cùm circulus minor in quadrato A B C D collocetur, itemque maior in quadrato C B E F resideat: cùmque quadratum maius, vt ex superioribus deduci potest, minoris duplum existat: Circulum quoque maiorem, si cum minori conferatur, duplum eius esse consequitur: quemadmodum ex duorum circulorum K & L separatim designatorum collatione quiuis percipere valet. Hincque nimirum Vitruuius Toscanæ basis ab eo tam eleganter descriptę proiecturam prominentiamque desumpsit.


Ma conuiene anchora a l'Architetto pro ceder più auanti cioè le figure triangolari ridurre alle quadrangoli, e finalmente in quadrato perfetto, delle quali darò il modo per diuerse vie. Primieramente dato vn triangolo equilatero A,B,C, sia diuisa per mezo la linea B,C, & da l'angolo A, al punto E, sia tirato vna linea, & così il triangolo sarà partito per mezzo. Et quella parte del triangolo A, E,C, sia data alla parte A,D, B, lassando l'altra, & così sarà ridotto il detto triangolo in vna superficie quadrangola A,D,E,B.






His iam peractis & absolutis Architectum cò promouendum arbitramur, vt triangulas figuras in quadrangulas primùm, mox in quadratas tanquam perfectissimas conuertere permutareque sciat: cuius quidem rei perficiundæ complures modos, multiplicesque rationes in medium nunc proferemus. Primùm igitur triangulo æquilatero A B C proposito, diuidatur basis B C in duas æquas portiones, fiatque sectio hæc siue diuisio in puncto E: Mox à vertice A ad signum E deducatur linea A E, quæ triangulum æquilaterum A B C à principio propositum in duo triangula A B E & A E C æquilatera æquiangulaque, & idcirco æqualia nimirum proscindet. Deinde æqualium horum triangulorum duorum alterum, verbi causa A E C alteri, scilicet A B E, in quadranguli formam aptetur atque adiungatur, parallelogrammo A B D E extructo ac figurato. Quod quidem parallelogrammum A B D E cùm citra vllam controuersiam triangulo æquilatero A B C existat æquale, sequitur nos scopum & finem iam nobis propositum attigisse, & triangulam ad quadrangulam superficiem denique redegisse.

In altro modo si può diuidere il triangolo, & ridurlo in vna superficie quadrangola. Il triangolo sarà A,B,C, sia diuiso il lato A B, in due parti eguali, & anco il lato A,C, medesimamente, & sia tirata vna linea D, E, di tanta longhezza come la linea B,C, & serrato i due lati dalle bande cioè D, B, & E,C, che faranno due triangoli di egual valore, vno sarà D, F, B, l'altro sarà G, E, C, questi saranno eguali alli due triangoli superiori I,H, leuato adunque li due triangoli I,H, la superficie D,E,B,C, sarà del valore che era il triangolo A,B,C.




Alia quin etiam ratione trianguli propositi sectio, eiusque in parallelogrammũ conuersio effici potest. Esto triangulum A B C, vt supra, æquilaterum; seceturque tum latus A B tum latus A C in duas partes æquales, A B quidem in puncto F, A C verò in puncto G: protrahaturque per ambo incisionis signa, F scilicet & G, perpetua linea D F G E, quæ basi trianguli propositi B C, à qua æquè distat, æqualis quoque ponatur: hæque duæ æquales & æquedistantes lineæ duabus item æqualibus & æquedistantibus lineis, videlicet D B & E C, coniungantur: Exterius deinde triangulum A F G, linea A k, lineæ D E ad perpendiculum insistente, in duo H & I æqua triangula resoluatur. Igitur duo triangula D F B, & G E C inter sese, etiam duobus triangulis H & I æqualia prorsus existant, sicut ex 4. 15. & 26. primi elementorum deduci optimè potest.

Dato vn triangolo di due lati eguali, l'altro maggior lato sia diuiso ogn'vno de i lati in due parti eguali, e da l'angolo opposito sia tirata vna linea, così il triangolo sarà diuiso in due parti eguali per tutti li lati, & così hauerrà di ciascun triangolo sia di che forma si voglia, l'esempio di questo si vede nella figura P,Q,R.




Proponatur deinde triangulum rectangulum duorum æqualium laterum tertio latere reliquorum vtroque maiore existente, & singula latera bifariam in duas partes æquales diuidantur, deducanturque ab oppositis angulis ad singula incisionum puncta tres lineæ; integrum triangulum in duo æqua triangula hac ratione vndequaque erit diuisum: cuius quidem rei exemplum ex triangulo P Q R descripto percipere optimè licet. Hoc autem haud in isoscele rectanguloque tantummodo, sed in cæteris quoque triangulorum omnium speciebus verissimum esse comperietur.

Il medesimo triangolo P,Q,R, si può ridurre in vna superficie quadrangolare. Sian fatte due parti eguali della linea P,Q, & il medesimo della linea P,R, & tirata vna linea a trauerso di tanta longhezza come quella da basso Q,R, che sarà S,T, dapoi tirata vna linea a piombo da T,R, laqual formarà V,T,R, che sarà di tanto valore quãto quel di sopra P, S, V, leuato via quel di sopra, & lassato quel da basso sarà vna superficie S,T,Q,R, del medesimo valore che era lo triangolo P,Q,R.




Verùm idem triangulum P Q R ad quadrangulam superficiem hoc pacto etiam redigetur. Diuidatur linea P Q in duas partes æquales, necnon linea P R in duas æquas item portiones secetur; producaturque per ambo incisionum signa linea S V, quæ vsque ad T extensa æquè longitudine cum basi Q R trianguli propositi constituatur; deducaturque postremò à T ad R perpendicularis linea T R. Cùm in descripta figura triangula P S V & V T R æqualia existant, irregulari figura S V Q R & P Q R nobis propositum S T Q R quadrangulo æquum prorsus existere necessariò tandem colligitur.

Dato vn triangolo de tre lati inequali A, B, C, col modo sopradetto si puo ridurre in vna superficie oblonga quadrangolare, Sia diuiso il lato A,B, per mezzo, & cosi il lato A, C, che sarà F, G, & tirata vna linea a trauerso continuata di tanta longhezza come la linea di sotto B, C, & chiusa dalli lati verrà a far due triangoli, il triangolo G,E,C, sarà eguale al triangolo superiore K. & il triangolo D, E, B, sarà eguale ai superiore I, leuato adunque li due triangoli I,K, la superficie D,E,B,C, sarà del valore che era il triangolo A,B,C.




Proponatur demùm triangulum trium laterum inæqualium A B C, ipsum quoque ad quadrangulam, & in longius productam superficiem reducetur. Diuidatur latus A B tum latus A C in duas partes æquales, transuersaque per ambo incisionum signa extendatur linea F G, quæ ex vtraque parte continuata basi B C trianguli propositi equalis reddatur: Cùm triangulum G E C triangulo k, necnon triangulum D F B triangulo I æquale prorsus existat.

Et perche tal volta per accidente accaderà diuidere transuersalmente cioè a trauerso vn triangolo, ma che sia però de due lati eguali, sarà esempio gratia vn triangolo pyramidale come questo qui adietro, il modo per diuiderlo in due parti eguali a trauerso sarà questo. Sia fatto vn quadrato perfetto il lato del quale sia vn de i lati del triangolo, & trouato il centro del quadrato ponendo vna punta del compasso alla cima del triangolo, & l'altra punta al centro del quadrato, & circuendo verso esso triangolo sopra li due lati iui saranno i termini da diuidere esso triangolo pyramidale, e chi lo negasse riduca le due parti in superficie, & dipoi esse superficie in quadrato perfetto come qui auanti darò tal regola, & trouarà la verità.




Verùm cum triangulum duorum æqualium laterũ, transuersa sectione in duas partes æquales proscindere nonnunquam contingat, idcirco huiusce quoque diuisionis modum ac ratione doceamus. Proponatur igitur nobis triangulum in Pyramidis formam acuminatum, tranuersa, & in duas partes æquales ipsius sectio hac ratione conficienda videtur. Erigatur super alterum quoduis duorũ æqualium laterum trianguli propositi perfectum absolutissimumque quadratum; cuius centro notato, & altero circini pede trianguli vertici seu acumini infixo, pedem alterum ad centrum quadrati extendito, & arcum ad duo trianguli latera circũducito: duo illa trianguli puncta ab ipsa circinatione intercepta erunt termini quammaximmè accommodati pro acuminati trianguli æqua diuisione conficienda. Cui siquis impudens fortasse reluctari contenderet, plana trianguli iam diuisi in quadrangulas superficies primùm, & has in quadratam aream postremò redigito, & hac ratione veritatem adinuenito. Huiusce autem conficiendæ regulam paulopost subiungemus.

Altra difficultà potrebbe occorrere a l'Architetto fuor delle regole date, Sarà per accidẽte vn terreno di forma triangolare de inequali lati, & in vno de i lati sarà vn fonte, ouero vn pozzo, ma non nel mezzo di esso lato doue sarà necessario diuider il terreno in due parti eguali, & che ogni parte senza impedimento de l'altra possa goder di esso fonte, sarà il triangolo A, B, C, & il fonte sarà G, sia menato vna linea de' punti occulta dal G, al A, & diuisa la linea B, C, in due parti eguali che sara D, & dal D, al A, sia tirata vn'altra linea occulta, laquale nel vero diuide esso triangolo, ma non è al proposito, bisogna adunque dal D, al E, tirare vna linea occulta la qual sarà paralella alla linea A, G, tirando adũque dal fonte al E, vna linea euidente quella sarà la giusta diuisione, & che'l negasse come ho detto di sopra riduca le due parti in superficie quadrangola, & poi in quadrati, & trouerà il vero come più auanti darò la regola.



Altera insuper difficultas Architecto facessere poslet. Occurret ipsi fortefortuna solum aliquod triangularis figuræ, quod inæqualibus lateribus & concludetur: & in altero quidem laterum, nec tamen in medio ipsius, vel fons natura scaturiet: Solum autem in duas equas portiones ea ratione ab Architecto erit diuidendum, vt singulæ fontanis aut vndis liberè, & absque alterius impedimento perfrui possint. Sit triangulũ A B C, fonsque in ipso G signo collocetur educaturque linea G A subobscura, & postmodum B C linea in signo D in duas equales parte diuisa à D ad A linea altera subobscura producatur, quę quidem D A nuncupetur. Hæc linea D A etsi triangulum A B C in duo equalia spatia fortasse distinguit, attamen ad rem nostram facere nequaquam videtur. Vt igitur scopum nobis propositùm assequamur, à signo D ad latus A C linea quædam subobscura, producatur, atque D E vocitetur; Demùm ab ipso G fonte ad E linea patens continuaque extendatur. Hæc linea in duas equales partes seiungat, & ad aquas hauriendas absque alterius impeditione commodissimum aditum vtrique parti concedat. Quòd siquis forte hæsitauerit, ambas trianguli portiones ad quadrangulas primùm, moxquæ ad quadratas superficies reducat, & veritatem manibus ipsis continget: quemadmodum iamiam explicabimus.


Conuerrà a l'Architetto passar più oltra, cioè saper accrescere vna cosa in che parte egli vorrà, & accrescere il quadrato perfetto, di che parte farà bisogno, sappia anchora accrescere porportionatamente qualunque cosa si sia con tal regola. Sarà vn quadrato perfetto A, B, C, D, il qual si vorrà fare per essẽpio del valore di vn quadro, & tre quarti, ma che'l sia di quadrato perfetto prima se gli aggiungerà dietro quelli tre quarti di più, che sarà E, F, & cosi, A, E, C, G, sarà vn quadro, e tre quarti, ma per ridur quello in vn quadrato perfetto se gli aggiungerà dietro vn quadro come il primo




At Architectus vt magnitudinem omnem propositam quoquouersus augere; atque quælibet ei occurrentia quacunque proportionis specie multiplicare, maioraque reddere calleat. Studiosorum igitur voluntati pro viribus morem gerere, honestissimisque eorum postulatis satisfacere contendamus. Esto Quadratum minus A B C D, quod in Quadratum maius, cuius area prædictum quadratum, tribus quartis insuper adiectis, contineat, transferre permutareque libet. Si autem ad quadrati perfectionem atque elegantiam redigere voluerimus, alterum quadratum quadrato coniungetur, quod quidem E F G H dicetur: Deinde circa ipsum quasi centrum semicirculus circunducatur, qui ambas A F lineæ

che sarà E, F, G, H, & da A, F, sia menato vn mezo circolo, e continuata la linea D. E. fin al mezo circolo, da B, al mezo circolo sarà lo lato del quadro perfetto che era prima la superficie del quadro & tre quarti, la sua proua è questa. Sian circundate tutte queste figure da quattro linee che saran Q, R, S, T, come quì più basso si dimostra & da l'angolo S, à l'angolo R, sia tirata vna linea, certa cosa è che tutto il quadrato sarà diuiso per mezo egualmente. Et come dice Euclide, Se di eguali, leuaremo parti eguali rimanenti saranno eguali, leuato adunque il triangolo K, L, & il triangolo M, N, che sono eguali in se, il quadrato perfetto P, sarà eguale alla superficie O, & con questa regola si potrà accrescere lo quadrato in qual parte si vorrà, & ridurlo sempre al quadrato perfetto. Laqual regola l'Architetto deue hauere molto familiare per le diuerse cose, che gli possono accadere.

extremitates contingat; Lineaque DB ad arcum vsque semicirculi producatur: Omnes iam commemoratæ figuræ in parallelogrammo QRST collocentur acreponantur, ita vt parallelogrammum k parallelogrammo DF, & ex eo parallelogrammo quoque CE, & quadratum P quadrato nouissimè extructo æqualia prorsus existant: & ab angulo T ad oppositum angulum R dimetiens linea TR producatur. Euclidis nobis fauente hunc in modum argumentemur. Si ab æqualibus æqualia auferantur, quæ relinquuntur, æqualia vtique existent: Cùm igitur duo triangula, QTR & SRT, æqualia omnino esse conspiciantur: si ab ipsis duo æqua triangoia O & L, & duo insuper alia inter sese item æqualia M & N sustulerimus; Quadratum P ipsi k parallelogrammo æquum prorsus existere colligemus. Qua quidem regula suppeditante singula quadrata proposita quacunque addita portione augere, & vniuersam mox aream atque capacitatem ad quadrati perfectionem redigere nobis licebit. Quapropter cùm ad quamplurimos vsus hæc regula conferat, ab Architecto etiam memorię commendanda esse videtur.



Et cosi come ho dato regola quì adietro di ridurre qualunque superficie, quadrangola in vn quadrato perfetto farne vna superficie oblonga. Dato vn quadro perfetto A, B, C, D, quanto vorrai che sia larga la superficie farai cadere vna linea dal D, al E, dipoi tirata la linea superiore, quella di mezo, & quella di sotto continuate di egual distantia E, dal C, si faccia cadere vna linea a piombo quanto la linea D, E, che sara E, F, & da l'angolo F, a l'angolo D, sia tirata vna linea continua, fin alla linea di sopra, & doue verra ad incrociare le due linee, che sara G, li cadera vna linea perpendiculare fin alla linea di sotto, che sara H, dico che la superficie D, E, I, H, sara eguale al quadrato A, B, C, D, la proua è questa. Sian serrate il quadrato, & la superficie G, da quattro linee, cioè il quadrato K, & la superficie L, dipoi sia diuisa tutta la figura da vna linea diagonale, & leuato via il triangolo M, N, che son eguali, & leuato anchora il triangolo O, P, che son pure eguali in se, la superficie L, sara eguale al quadrato K, si come si dimostra nella figura quì a basso G, A, H, F.





Quemadmodum autem quadrangulam omnem superficiem in quadratam commutandi rationem tradidimus, ita nunc è contrario quadratum omne propositum in altera parte longiorem superficiem conuertendi viam modumque explicemus. Quadrato ABCD exposito, à puncto C linea CF ipsi lineæ DE æqualis, ab eaque æquedistans super lineam EF ad perpendiculum dirigatur: A puncto autem F ad punctum D oppositum dimetiens linea FD ascendat, quæ eò producatur, quousque ambę lineæ BA & FD in vnum conueniat, sitque punctus conuenientiæ atque concursus G; à quo demùm linea GIH super vtramque lineam, tum CDI tum FEH, ad angulos recte erigatur: Parallelogrammum DEIH quadrato proposito ABCD æquum esse hac ratione confirmo. Cùm & quadratum & parallelogrammum, quæ k & L breuitatis causa à nobis appellabuntur, ab vna eademque quadrangula superficie GEFH comprehendatur: cumque superficies hec quadrangula a diagonali linea FG in duo æqua triangola GBF & GHF resoluatur: si ab ipsis duo equa trigona primò M & N, necnon duo ęqualia item postremò O & P abstulerimus, parallelogrammum L quadrato k æquum esse profectò consequitur.

Potrebbe a l'Architetto venir alle mani vna forma de diuersi, & ineguali lati, doue saria necessario ridurla in forma quadrangolare, imo in quadro perfetto, si per sapere il valor d'essa per apprezzarla, come se accadesse a farne vna giusta particione, quando fosse di più persone, o fosse terreno o qualunque altra materia, e di questa lo agrimensore, cioè il misurator de terreni se ne potra seruire quantunque egli non hauesse Aritmetica cioè numeri, & chi hauerà questa regola alle mani non potra esser ingannato da li sartori ve i

At Architecto posset figura inæqualiũ laterum quandoque proponi, quę non in quadrangulam solùm, verùm in quadratam etiã superficiem ab eo est redigenda: tum etiam vt si ager forte, quodcunque hac vel illa ratione ac figuratum compluribus hominibus diuidendum occurrat, Architectus reductionis huiusce beneficio ipsum iustè rectequedistribuere possit: & hæc regula decempedatoribus quoque, quibus aruorum metiendorum cura demandatur absque vllo numerorum auxilio per vtilis erit: Necnon hæc regula nos ab

veſtimenti perche ſempre gli ſaprà miſurare e ridurre in forma quadrangolare ogni ſorte di panni. Dico che qualunque ſimil forma, ò diuerſa da queſta, o di più, o meno lati, che prima ne faccia vn quadrato, o vna forma quadrangolare di angoli tutti retti di tanta grandezza, quanto potrà cauare di eſſa figura, & appreſſo ſe del rimanente ne potrà trarre altra forma quadrangolare, pur di angoli retti ſarà bene, quanto che nò, ne caui tanti triangoli liquali gli ridurrà in forma quadrangola, come più adietro ne hò dato la regola, & ſian tutte eſſe forme diſſegnate appartatamente. Prima la maggiore dipoi le altre di mano in mano con li ſuoi caratteri a vna per vna, ma la forma di che ſi trattarà al preſente ſarà della ſorte quì ſotto dimoſtrato, benche però come hò detto ne potrà eſſer di più forme.

artificum, ſutorumque præſertim fallacijs & latrocinijs tutos ſecuroſque reddet; cum ea opitulante quamlibet ad veſtes conficiendas aptam accommodatamque materiam, cuiuſcunque ordinis atque menſuræ ea eſſe dicatur, ad quadrangulam ſuperficiem ſtatim prompteque reducere valeamus. Quęcunque igitur figura expoſita fuerit, quadratam aut quadrangulam ſaltem rectangulamquæ ſuperficiem te, fabricari imprimis oportet, quę tantę magnitudinis & quantitatis exiſtat, quanta ex figura propoſita commodè pôt deduci. Quòd ſi ex eo, quod ſupereſt, alia quadrangula rectangulaquæ ſuperficies detrahi poteſt, bene quidem nobiſcum actum erit: Sin minus, ex reſiduo illo plura triangula erunt deducenda, quæ poſtea in quadrangulam ſuperficiem, quemadmodum ſupra docuimus, ſtatim commutari debebunt. Cunctæque poſteriores figuræ, in quas figuram à principio propoſitam diſſoluiſti, ſeparatim eoquæ ordine ſunt collocandæ, vt maior principem ſibi locum aſſumat, cæteræque deinceps ſequantur, necnon proprijs & conuenientibus characteribus ſingulæ diſtinguantur. Verùm vt res hæc, quæ alioqui difficilis obſcuraquæ videtur, exemplorum lumine quodam appoſito & facilitate inclareſcat, præſentem figuram quaſi ſpecimen aliquod tibi ſubiecimus, etſi alię quoquæ præter hanc complurium & infinitarum propemodum formarum effici queunt.



Sarà eſempio gratia vna figura di più lati & angoli inequali, come hò detto ne la paſſata carta, & come quì dietro ſi vede figurato, & della quale per ridurla in forma quadrangolare, prima ſe ne trarrà quella maggior forma di quattro angoli retti che ſi potrà, laqual ſarà A, B, C, D, & il ſuo ſegno L, & appreſſo ſe ne cauarà vn'altra forma quadrangolare, che ſarà E, F, G, H. Sia locata in diſparte la figura A, B, C, D, & ſopra eſſa ſia poſta la ſuperficie E, F, G, H, nel modo che qui ſi vede dimoſtrato nella ſeconda figura quì adietro, & da l'angolo G, à l'angolo I, ſia fatta vna linea à piombo, laqual laſſara di fuori vna porticella della maggior figura L, che ſarà A, C. Sian dipoi continuate in longitudine la linea ſuperiore, quella di mezo, & la inferiore, poi da l'angolo I, à l'angolo H, ſia menata vna linea diagonale continua, & doue eſſa linea interſecarà la ſuperiore, che ſarà K, ſia laſſato cadere vna linea à piombo fin ſu la linea inferiore, che ſarà M. Dico che'l quadrato. B, L, D, M, ſarà eguale alla ſuperficie di ſopra ſegnata M, per le ragioni che più adietro hò dimoſtrato, & coſi delle due figure L, M, ſarà fatto vna ſuperficie oblonga, li angoli della quale ſaranno. L, A, M, C, come ſi dimoſtra qui adietro nella figura più à baſſo, Ridotto adunque il triangolo N, in vna ſuperficie, come quì adietro ſi vede laqual ſarà O, R, P, Q, eſſa ſi potrà medeſimamente collocare ſopra la gran ſuperficie nel modo che ſi vede quì adietro nella figura più à baſſo con la ſopradetta regola, & coſi la ſuperficie che era di ſopra ſarà aggiunta alla maggior ſuperficie, di modo, che le tre figure L, M, N, ſaran ridotte in vna ſuperficie. A, S, T, C, allaquale con la medeſima regola ſi potranno aggiungere tutti li triangoli & dipoi, con la regola che più adietro hò dimoſtrato, ſi potrà ridurre in vno quadrato perfetto eſſa ſuperficie, & coſi ogni forma per ſtrana che ſia, ſi potrà ridurre in vn quadrato perfetto, mẽtre però che non vi ſian linee curue, & ſe pur linee curue ci ſaranno, potrà bene l'huomo con diligentia andar preſſo al ſegno, mà non potrà perfettamente miſurarla, perche il mio parer è queſto, che vna linea curua non ſi può comparare ad vna retta, & ſe ciò foſſe, ſi trouería la quadratura del circolo, laquale hà fatto & fà ſudare tanti pellegrini ingegni per trouarla.

Eſto, exempli gratia, figura compluribus lateribus & imparibus angulis terminata, quemadmodum & iam antea admonuimus, & ex præſenti deſignatione percipi poteſt. Ex ea, vt ad quadrangulam formam commodè reducatur, quadrangula primùm rectangulaquæ figura pro viribus noſtris maxima detrahetur, quæ A B C D literis diſtinguatur, & L à nobis inſcribatur. Alteram inſuper quadrangulam ſuperficiem EFGH ex ea deducamus: Ambæquæ figuræ eo ordine poſtea collocentur, vt ſuperne parallelogrammum E F G H, infernè autem parallelogrammum A B C D conſtituatur, Lineaquæ G extendatur, quouſque in I ſigno contingat; Hæc nempe linea G I ex ampliori figura L particulam quandam, videlicet A C G I detractam ſecludet: Treſquæ deinceps lineæ æquidiſtantes, ſumma E F, media A B, & infima C D in continuum directumque producantur: Deinde ab angulo I ad oppoſitum angulum H diagonalis linea extendatur; & à puncto K, vbi diagonalis hæc linea producta ſummam lineam continget, linea quædam verſus infimam ad perpendiculum decurrat, quæ k l m nuncupetur. His confectis quadratum B D l m ratione iam ſæpe à nobis adducta ſuperiori parallelogrammo, quod M inſcribere libet, æquum eſſe facilimè demonſtratur: Ambæque figuræ, tam inferior L quàm ſuperior M, ad vnam tantummodo L A M C denique redigentur, quemadmodum ex ſecunda eadem deſignatione mox conijcere potes. Ideirco triangulum ipſum predictũ ex regulæ ſuperioris doctrina in parallelogrammum O P R Q eſt commutandum, ſicut figura tertia clariſſimè patefacit: quod quidem parallelogrammum ſupra ambo parallelogramma L & M in vnum coniuncta copulataque extenſum non ſecus, ac iandudum fecimus, cum ipſis ſimul in continuum directumque poſtea producatur; ita vt ex tribus, L, M, & N parallelogrammis coniunctis vnum tantummodo A S T C, idque ſatis amplum parallelogrammum conſtituatur ratione quotquot triangula ex figura plurium laterum, impariumque angulorum principio à nobis propoſita, alia ve conſimili ſuperfuerit, in quadrilateras rectangulaſque ſuperficies antea commutata prioribus parallelogrammis deinceps continuabuntur & coniungentur. Vnde quæcunque pollygonia implicitaquæ figura, dummodo rectilinea exiſtat, ad quadratum hoc pacto demum reducetur. Quod ſi curuæ cum rectis commixtæ lineæ ad eam formandam terminandamque concurrerint, poterit quiſpiam fortaſſe ingenij ſolertia & acumine fretus ad veritatem propius accedere, haud tamen exactam illam abſolutamquæ æquationem aſſequetur. Nec enim curuam lineam cum recta conferri vlla ratione poſſe exiſtimamus: ſecus etenim circuli in quadratum conuerſio, cui tot celeberrimi philoſophi, præſtantiſſimique Mathematici necquicquam inuigilarunt, excogita iam adinuentaque prorſus fuiſſet.

Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D.

IACOBO DE ANGELIS
VRBINATENSI ARCHIEPISCOPO

D. suo Colendiss. Salutem.

CVm mecum animo volutarem, Illustriss. ac Reuerendiss. Præsul, cui potissimum hoc Architectonicum opus temporum iniuria, incuriaq. studiosorum tenebris penè obrutum, at meis laboribus, industria, nec minori sumptu & incommodo Deo auxiliante erutum,& denuò in publicam redditum lucem,ac in Professorum gratian profectumq; duplici idiomate Latino nempe & Hetrusco donatum, mihi inscribendum foret; occurrit tandem percelebre illud Alexandri responsum, qui vltima peragens, interrogatus, cui nam tam magnum relinqueret Principatum, ei, respondit, qui optimus esset. Ipse autem neminem habeo, quem Tibi, præponam vel morum grauitate, animi candore atq; constanta, mentis acumine, deditissima in Deum pietate, in subditos clementia, & quod ad rem facit scientiarum omnium splendore prænitentem; per quas quasi per gradus scalæ Iacobo ab Altissimo præmonstratæ ad ipsius arcana perscrutanda felicissimè contendis: D. Paulo testante, quod inuisibilia Dei à Creatura Mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, illiusq. cognitionem, & amorem in dies feruentiorem assequeris; vt mirum non sit ad tam eximium Episcopale munus tamquan Aaron à Deo vocatum, te fuisse euectum, imò quod tua ipsa virtutū merita iter Tibi facillimum ita aperuerint, vt non dubium sit, quin etiam in Purpuratorū numero breui sis adscribendus: & hinc est quod Gregem tuæ curę commissum semper propriorem ad bona æterna ducere facilè possis, cum Mundi illecebras aspernatus, ad ea tantum, quæ ad comunem vtilitatem Deiq; cultum augendum conducunt sedulo animo incumbas, vt idem sis omnibus hortator & exemplum. Igitur summum rerum omnium opificē in hoc spectatissimo vniuersi Theatro construendo singularem se Architectum præstitisse Te non fugiet: dum Artificis partes suscipiens ex prima materia, quam legislator inanis, vacuæq; Telluris nomine designauit aptissimo ordine, accurataq; distributione elementorum conclauia perfecit, purioribus nempe, atq. sincerioribus Chaos ipsius partibus, è Platonicorum sententia, ad amplissimas Cœlorum curias fabricādas reseruatis: quin insuper propriorum quoq. ædificiorum structuris Architecti sibi partes vindicauit, cum Noe iustissimo, & æquitatis amantissimo Viro Arcę formam ad aquarum diluuium effugiendum proprio ore præscripsit. Quæ omnia Tibi vni scitissimo id opus merito ad dicādum me impulerunt, tum vt animi erga Te mei obsequentissimi in dubium præbere posset argumentum; tum etiam quia exenplar sit explanata doctrina, licet humilè, & imperfectū, perfectissimæ ac supremæ Architecturæ illius sapientissimi Numinis, cuius manibus, tam concinnè, tamque mirificè cuncta quæ Cęli anbitu continentur, cęlumq. ipsum magnificentissimè conditum, atq. ornatum fuit. Grato igitur animo, hilariq. vultu pro tua benignitate accipere ne dedigneris, tuoque nomine decoratum præsens opus permittas, tamquam ab eo exhibitum, qui inter oues Tibi creditas quam maximè lætaur, Vrbinatem Ecclesiam tam digno Pastore ita virtutibus & bonis omnibus florentem vidisse, vt illud Platonis verum esse confiteatur: tunc beatam fore Rempublicam, cum vel regnare Philosophici cœpissent, vel philosophare Regnantes. Diù igitur Te incolumen, ac fœlicem Deus optimus Christiano Populo, nostræq. Ecclesiæ Antistitem seruare dignetur, Meque fratremq. meum, mosq. omnes tua sub peculiari tutela in æternum addictos habere tua summa humanitas testari non grauetur. Vale. Venetijs, Die prima Maij 1663.

Humillimus seruus

Salustius de Plobbicis.

BENIGNI, ET AMICI LETTORI.


PEr la mala Fortuna riceuuta nella ristampatione dell' Architetura di Gio: Antonio Rusconi moderno, & famosissimo Architetto, come mostra il suo picciol volume, nel quale con diligente artificio si veggono rappresentati, Edificij, fabbriche rozze Ciuili, e magnifiche, Tempij, fortificationi, mura, machine, Instrumenti, Alberi, & Piante, con il modo di far la Biacca, Verderame, Minio, Azurro Oltramarino, Cinaprio, Negrofumo, & altre galantarie, il tutto con i suoi disegni. Mi ero talmente auilito d'animo, che se non fosse stato la benignità del Sig. Giouanni La Nou, che con parole, & fatti m'hà inanimito a quest Impresa, come anco il Sig. Gio: Giacomo Hertz, potete esser certi, o Lettori, che le fiamme doueuan godere di questo famoso Autore le fatiche, & non voi; Quale io senza alcun sparamio di fatica hò voluto di nouo comparisca al mondo non solo in beneficio degl' Italiani per la lingua propria, mà di tutte le Nationi per la Latina, & per aggiunta nel quinto vi hò posto il modo di far l'Inscritione de Tempij di più lettere in vn sol quadrato perfetto, & nel Sesto, & vltimo il Quadrante Geometrico di Siluio Belli con tre dimostrationi di pratica per pigliar l'vso di quello. Godete intanto queste mie fatiche, mentre con il fauore de sopradetti vò regolando vn libretto di 500. figure delineate dall'Incomparabil valore del gran Titiano, compresoui 20 figure in Rame del Caloth con i suoi paesini, cosa (per quanto stimo) molto grata, & vtile a Pittori, & studiosi per la comodità di portarlo seco, in riguardo della picciolezza. E viuete sani.


AMICO BENEVOLOQVE LECTORI.


CVm Typis mandari olim curassem Io: Antonij Rusconi inter neotericos præstantisimi Architecti opera vnico volumine contenta, in quibus diligenti artificio Ciuilia, & Rustica ædificia demonstrantur, Templa magnifica, Aedes, Machinæ, instrumenta, addita ratione conficiendi Cerussam, Minium, Cinabrium, & quam plurima huiusmodi satis iucunda cum suis exemplaribus, & aduersam admodum expertus fuissem fortunam, animum profecto despondissem aliquid amplius imprimendum fore mea adhibita diligentia, nisi ad meliora reuocasset, & ad id opus quod tibi nunc impressum exhibeo liberalitas, & humanitas præcipua domini Ioannis La Nou, necnon Domini Io: Iacobi Hertz, qui ne flammis potius damnarem, quam Typis vt cogitaueram, me hæc omnia in præsens parata benignissime suaserunt, immò sic animum potuerunt inflammare, vt vtroque Idiomate latino nempe, & Italico ad comunẽ omnium Populorum cõmodum, & intelligentiam illustratum præsens opus voluerim, addiecto in quinto libro modo inscribendi Templorum dedicationem lıtteris, vnico perfecto quadrato comprehensi, & in sexto Quadrãte Geometrico Siluij Bell vna cum tribus demonstrationibus practicis: Quibus omnibus fruere Amice lector, dum interim compendium tibi parare non desisto, constans quingentis figuris, seù imaginibus, Incomparabilis & Eximij Titiani, simul cum alijs viginti ære expressis Caloth, quæ omnia, vt opinor, gratissima tibi fore non despero. Vale.


Dato vna linea, ò vna verga, ò altra cosa. Sia che si voglia, laqual sia partita in parti inequali, & accaderà vn'altra cosa di maggior longhezza, & che sia partita in altro tanto, parti pure inequali poroportionata à la minore, sarà adunque la linea minore a, b, & la maggiore a, c, sia dalla linea superiore dalli due capi lassato cadere due linee à piombo continuate di egual distantia, sopra vna medesima linea eguale alla superiore, dipoi tirato la linea maggiore transuersalmente, cioè congiunta da vn capo con la linea b], e con l'altro capo tocchi la linea a, & appresso tutte quelle parti che son su la linea minore, siano lassate cadere à piõbo fin sopra a l'altra linea maggiore, che sarà a, b, e doue le dette linee perpendiculari intersecaranno la linea maggiore li saran li termini della linea maggiore proportionata à la minore, e quanto la linea maggiore sarà più longa, sia tirata tanto più bassa col suo capo pendente, e questa regola non solamente sarà al proposito al'Architetto per più cose, come ne dimostrarò alcuna. Mà à molti ingeniosi artefici sarà di giouamento grande in trasportare le loro opere da piccole à grande proportionatamente.

Esto prætcrea aut linea quædam, aut aliud quodcunque consimile in partes inæquales diuisum; aliaque insuper magnitudo hac lõgior eadem omnino ratione, vt breuior, in partes inæquales exponatur diuidenda; lineaque minor A B, maiorque A C nuncupetur. Ipsa quidem maior sub minori primũ collocabitur. Postmodum à superioris minorisque lineæ ambabus extremitatibus duæ lineæ laterales inter sese æquedistantes ad lineam infernè positam, superiorique prorsus æqualem in perpendiculum more dirigantur: Lineaque maior deinde parallelogrãmo confecto trãsuersa quadam ratione itaque coaptetur, vt altero sui apice B, altero autem A lineam contingat: Mox à cunctis breuioris lineæ sectionibũs perpendiculares excitatæ ad lineam A B longiorem transuersaque deducantur: Signa vniuersa, quibus perpẽdiculares modò deductæ transuersam illam lineam abscindẽt, termini sectionum lineæ maioris minoris lineæ iam dissectæ partibus cõmensuratarum nimirum existent. Quò magis autem productior linea A C à principio exposita contractiorem A B longitudine superauerit, eò pronior apice suo inferiori super eã decũbet. Prædictaque regula non solùm Architecto ad cõplura, quemadmodum ostendemus, conferet: verùm alijs quoque opificibus ad eorum opera à minori ad maiorem quantitatem, transferẽda quamplurimum, momenti est allatura.











Sarà esempio gratia diuer ſi caſamenti di diuerſe larghezze, la faccia de iquali ſarà minore, che la parte di dietro verſo li giardini: liquali caſamenti ſaranno, ò per qualche incendio, ò da guerre talmente rouinati che ſolamente ſarà reſtato alla faccia dauanti alcuni veſtigij de' confini, ne ſi vedrà fondamento alcuno, che li quattro confini a, b, c, d, eſſendo queſti tali caſamenti di più perſone, ne ſi cognoſca altre partitioni che come hò detto nella parte dauanti, talmente che ciaſcuno conoſce la ſua parte delle veſtigie de la faccia, mà li confini di dietro non ſi veggono ſe non li due angoli a, b. Potrà in queſto accidente l' Architetto preſuporre che la linea a, b, ſia la linea maggiore, & che la parte dauanti c, d, ſia la linea minore. Et con la regola ch'io hò dimoſtrato nella paſſata carta, darà à ciaſcuno la ſua rata parte, ſi come ſe dimoſtra nella figura quì ſotto.

Sint, verbi gratia, complures ædes ac latitudine differentes, quarum omnium frons militari viæ expoſita poſtico ad hortorũ amœnitates conuerſo anguſtior exiſtat; quæ quidem ędes vel flammarum incendio, vel bellorum tumultu a deò conſumptæ deformatęque remanſerunt, vt in fronte duntaxat nuda antiquorum finium veſtigia ſuperſint, necquicquam ex tanta mole pręter quatuor extremos angulos A B C D conſpici diſcerni ve poſſit. Cùm eiuſmodi fabrica ſuperioribus annis complurium eſſet dominorum; nec pręter terminorum, vt diximus, in fronte derelictorum veſtigia aliæ nunc ędium diuiſionis appareant: poterit nimirum prudentiſſimus Architectus, linea A B poſticum ſignificante quaſi maiori, lineaque C D frontem præſeferente tanquam minori, ad regulam ſuperiorem confugiens antiquorum dominorum lites dirimere, & ſuum vnicuique iuſtiſſimè retribuere; quemadmodum ex ſubiecta conijci facillimè poteſt figura.




Vorrà tal volta l'Architetto accrescere vna cornice cioè d'vna piccola farne vna maggiore proportionatamente, con tutti i suoi membri, con la regola passata si potrà accrescere quanto li piacerà, & quanto la cornice hauerà da essere maggiore de l'altra, sia tanto più allongata la linea B, C, come si dimostra quì sotto.

Volet insuper Architectus coronicem aliquam fortefortuna propositam vnà cum omnibus eius ornamentis amplificare, eademque prorsus vbique seruata proportione ex minori ad maiorem quantitatem promouere. Ad Regulam superiorem mox properabit, propositamque cornicem, quantum quoque modo ipsi libuerit, statim augebit: & quantò coronicem altera maiorem reddere statuerit, tantò vlterius lineam B C producet, quemadmodum præsens patefacit figura.




Et similmente accaderà à l'Architetto à fare vna colonna canellata, o materiale, o in dissegno, & da piccola transportarla in forma maggiore, onde potrà seruirse della regola sopradetta, & benche questa colonna sia Dorica questo se intende de tutte l'altre maniere di colonne, & non solamente questa regola seruirà per queste tre propositioni, mà tante cose, che à volerle dimostrare tutte, io ne farei vn libro solo di questa regola. Mà per non essere prolisso io le lasserò inuestigare al studioso Architetto.

Item si Architectus striatam columnam ex minori ad ampliorem magnitudinem, conuenienti proportione seruata, traducere voluerit; eadem regula vsus propositum suum mox assequetur. Quamuis autem hic Doricam tantùm propter faciliorem addiscentium intelligentiam columnam descripserimus, idem tamen in ceteris quoque columnarum omnium speciebus verum esse comperies verùm ad alia quoque innumerabilia propemodum tibi conducet: quibus, ne opus hoc nostru m in immensum quandoque volumen excurrat, tanquam breuitatis amantes nunc supersedere decreuimus.




Tutte quelle coſe, che ſi allontanano dalla veduta noſtra, tanto più diminuiſcono che l'aere ſpacioſo conſuma la viſta noſtra, & però quella coſa che ſarà più lontana, quantunque ella ſia della medeſima grandezza che ſon le propinque, volendo che le lontane rappreſentino tutte ad vna grandezza, ſarà neceſſario ſeruirſi de l'arte, perilche ſe l'Architetto vorrà in vna altitudine venendo à baſſo fare alcune coſe l'vna ſopra l'altra, che rappreſentino tutte vna medeſima grandezza coſi quelle di alto, come quelle da baſſo, & quelle di mezzo, che tutte corriſpondino alla ſua debita diſtantia. Prima fatta elettione del loco, ò ſia colonna, ò torre, ò pariete di qualunque coſa che gli accada ornarla, o de fineſtre, o ſtatue, o lettere, ſia che ſi voglia. Farà prima elettione di quella più commoda diſtantia à riguardare la coſa, & prima à l'altezza de l'occhio, eſſo occhio ſia lo centro, & tirata la quarta parte d'vn circolo, dipoi nel pariete doue vanno le coſe fatte alla detta altezza de l'occhio, ſia menata vna linea al detto liuello, & dalla linea in sù, ſia fatta quella coſa che ſi vorrà fare, & di quella grandezza che vorrà che rappreſentino tutte le altre. Poi da la ſummità della coſa ſia menata vna linea fin al centro de l'occhio, & doue interſecarà eſſa linea ſopra la linea circolare, ſia partito eſſo circolo in parti eguali, & dal centro ſian tirate le linee che paſſino ſopra eſſo circolo, e vadino à ferire nel detto pariete, & quelle parti andaranno ſempre creſcendo, di maniera che à queſta diſtantia pareranno di vna iſteſſa grandezza, & da queſta regola ſi potranno miſurare le altitudini ſeruandoſi de i numeri.


Quæcunque ab oculorum noſtrorum acie longius recedūt, eo vſque diminuuntur, donec aeris ſpatium maximum intermediumque eorum proſpectum nobis omnino contendit eripitque: Quamobrem eadem res etſi conſimilem vbique retinet magnitudinem, tamen ſi cum viſu noſtro conferatur, non æquè magna; ſed modò maior oculo propius admota, modò minor ab eo longius ſemota apparebit. Si igitur longinqua ęquè ac proxima eandemmet rei propoſitę magnitudinem & quantitatem præſeferre voluerimus, cùm hoc naturæ prorſus repugnet, ab arte nimirum petenda ſunt nobis auxilia. Quapropter Architectus ſi, aliqua ſibi altitudine oblata, à ſummo ad imum gradatim deſcendens res omnino conſimiles, alteras alteris ſuperſtruere atque accumulare decreuerit, ita vt & ſummæ, & mediæ, & infimæ eandemmet nobis magnitudinem repræſentent, conſentaneæ partium ſingularum diſtantiæ inprimis curam habebit. Primùm igitur locorum habito delectu, vel columna, uel turris, uel paries, uel aliud quodcunque feneſtris, ſignis, literis, aut alio quouis illecebrarum genere exornandum condecorandumque ei proponatur, commodiorem aſpectui noſtro diſtantiam ſtatim accipiet, necnon ſcandentis oculi altitudinem diligenter conſiderabit: Deinde oculo ipſo quaſi centro conſtituto, & circuli quadrante non longè ab eo circunducto, ab oculo vſque ad locum exornandum perpendicularem extendito: Poſtmodum ab infima loci parte ſenſim aſcendens, quodcunque ornamentorum genus excogitaſti, effingere aut effodere incipito, quod tantæ ſit magnitudinis, quanta à cæteris conſimilibus ſibique gradatim ſuccedentibus ornamentis ad oculos noſtros eſt deferenda; & ab apice primi huiuſce ornamenti alia recta perducatur: Portio quidem circunferentiæ ipſius circuli ab his duabus rectis, à vertice ſcilicet pedeque ornamenti ad oculum vſque productis, intercepta erit quaſi communis quædam menſura partium omnium, in quas tota circunferentia eſt diuidēda: Tandem ab ipſo centro per medias circunferentiæ ſectiones vſque ad columnam, turrim, ſiue parietem nobis aduerſum rectæ complures extendantur, quæ locum perpoliendum exornandumque ita diſtinguent, vt eius interceptæ ſectiones ornamentaque in his ſectionibus collocata, quanuis ſenſim ac pedetentim augentur, eiuſdem tamen magnitudinis & quantitatis intuentibus ſemper eſſe videbuntur. Eadem quoque regula vſi, numerorum inſuper auxilio opitulante, propoſitæ cuiuſcunque altitudinis menſuram ſtatim inueniemus.


B
A

Tra le forme quadrangolari io trouo la più perfetta il quadrato, & quanto più la forma quadrangolare se discosta dal quadro perfetto, tanto più perde della sua perfettione, quantunque sia circondata dalla medesima linea, che era lo quadrato, esempio gratia sarà un quadrato di angoli retti circondato da quattro linee, & ogni linea sarà dieci talmente che la linea che'l circonda sarà xxxx. sarà un'altro quadro oblongo circondato dalla medesima linea. La longhezza della quale sara xv. & la larghezza sara v. & nondimeno, il quadro perfetto moltiplicato in se sara cento, & il quadrato oblongo sara settantacinque, perche moltiplicati li lati del quadro perfetto diremo dieci volte dieci cento & moltiplicati li lati del quadrato oblongo, diremo cinque volte quindeci settantacinque come qui sotto è dimostrato.


Inter quadrangulas omnes figuras Quadrata tanquàm perfectior nobiliorem præstantioremque nimirum sibi vendicat sedem: & quātò quadrangula quæcunque figura à quadratæ plus excidit perfectione, tantò imperfectior vtique existimatur atque censetur; etsi latera fortasse omnia, quæ vtranque circunplectuntur, simul iuncta ad eandem quantitatem magnitudinemque conscendant. Esto nanque, exēpli gratia, rectangulum quadratū quaternis lateribus inter sese prorsus æqualibus circunseptum, ita vt latus quodcunque in decem æquas omnino particulas diuidatur, omniaque simul iuncta in quadragenarium vtique numerum crescant: Esto deinde quadrangula rectangulaque superficies altera parte longior, cuius longitudo quindecim, & latitudo quinque particulas superioribus prorsus æquales complectatur, lateraque omnia simul capta quadragenarium numerum eundem conficiant. Etsi tum quadratæ tum quadrangulæ superficiei lineares termini hac ratione diuisi ad eandemmet particularum summam perueniant, attamen quadratum in sese multiplicatum atque recurrens centum, rectangulum verò altera parte longius septuagintaquinque duntaxat eiusdem quantitatis areolas comprehendet. Quadrati nanque lateribus vna multiplicatis, denarioque decies repetito centesimus; inæqualibus autem rectanguli lateribus simul ductis, & quindenis vnitatibus quinquies coaceruatis quintus & septuagesimus numerus tandem consurget: quemadmodum ex subiecta figura quiuis percipere potest.






Et più sarà lo sopradetto quadro perfetto del valore di cento, & sarà una forma quadrangolare più oblonga della prima cioè longa xviii. & larga. ii. che saran due volte diciotto trentasei, & due volte dua quattro, che son quaranta, & nondimeno moltiplicati li suoi lati diremo, due volte diciotto trentasei, & quiui si vede che forza hanno li corpi più perfetti delli men perfetti & cosi fa l'huomo, che quanto più si auicina con l'intelletto à Dio, che è la istessa perfettione: contiene in se più di bontà, & quanto più si allontana da essa Dio, dilettandosi di cose terrene, perde più di quella primiera bontà à lui primieramente donata. Lo essempio di questa dimostratione si vede quì sotto figurato, & questa propositione sarà di gran giouamento a l'Architetto, nel conoscere a l'improuiso che differentia sia da una forma a l'altra circa il valore, & non pure a l'Architetto, ma alli mercanti che molte cose comprano cosi ad occhio, & à molte altre cose, ch'io lasso a l'industrioso ad inuestigarle.

Quòd si cùm iam confectum quadratum in centesimum vsque numerum excreuerit, altera insuper quadrilatera figura, quæ superiori longior existat designetur, cuius longitudo in decem & octo latitudo verò in duo superiorib. consimilia æqualiaque segmenta secetur: ambo hi quidem numeri pro quatuor laterum parallelogrammum terminantium numero bis repetiti non secus atque antecedentes quadragenarium eundem numerum procreabunt: attamen duobus eius inæqualibusque lateribus simul ductis, decemque & octo vnitatibus bis congestis accumulatisque trigintasex areolæ prioribus æquales duntaxat proueniet. Ex quo nempe quantum perfectiora corpora imperfectioribus præstant, iudicari perspicuè licet. Necnon idem humano insuper generi euenire videmus: Homo enim quò propius mente sublatus ad immensam Idealemque Dei perfectionem accedit, eò prudentior sapientiorque vtique euadit: quò longius autem à fulgentissimo lumine illo recedit in sensuum illecebras tenebrasque detrusus, à virtutum absolutissima æqualitate in tantò inæqualiores vitiorum deformitates quasi in barathrum quoddam precipitatur. Huiusce autem, demonstrationis hic apposuimus. Eademque præceptio non solùm Architectis ad inæqualium figurarum areas capacitatesque promptè expediteque cognoscendas, verùm mercatoribus quoque ad mercium conducendarum precia ex earum quantitate statim dijudicanda discernendaque, necnon ad alia insuper innumerabilia, quæ breuitatis gratia silentio prætereunda existimamus, mirificè profectò conducet.




Dato tre puntiposti à caso pur che non siano sopra vna linea retta il modo di passargli sopra à tutti tre col compasso, sarà questo. Sia tirato vna linea retta dal 1. al 2. & quella diuisa per mezzo, & po-stoui lo squadro nel modo, che si vede, & menata vna linea conti-nuata alla costa del squadro, & dal 2, al 3. sia menata vn'altra li-nea facendo il medesimo & doue intersecaran le due linee, li sarà lo centro de i tre punti, & sian pur posti in che modo si voglia.

Tribus signis punctis ve, dummodo ne in eadem iaceant recta, ad libitum assumptis atque signatis, vnius circinationis circunductionis-que ambitu singula feriendi hæc vtique ratio existet. A primo signo ad secundum recta quędam perducatur, eaque, medio signo ipsius acce-pto, in duas ęquales abscindatur portiones: à quo norma ad angulos rectos accommodata, quemadmodum ex subiecta perspici potest fi-gura, linea altri normę ipsius lateri perpetuò adhęrens deducatur. Itemque à secuudo ad tertium signum altera linea extendatur: cuius medio puncto adinuenito, normaque, vt modò diximus, opitulante linea recta decurrat. Signum intersectionibus ambarum defluentiũ linearum commune trium propositorum punctorum vtique centrum indicabit. Quę quidem puncta, quacunque ratione à nobis fuerint disposita & collocata, vt eorum centrum inueniamus, ad pręsentem regulam statim confugiemus.




In altro modo si trouerà il centro de i trè punti facendo dal 1. al 2. vna superficie curuilinea & dal 2. al 3. vn'altra simile, & à gli angoli suoi sia menate due linee continuate, & doue quelle si congiongeranno, li sarà lo centro de i tre punti, si come quì à lato si dimostra.

Possumus quinetiam ad eiusdem trium punctorum centri inuentionem ita peruenire, videlicet tùm à primo ad secundum, tum à secundo ad tertiam duas inter sese similes curuilineasque superficies describendo, mox ab earum angulis ad partem inferiorem duas lineas deducendo: quarum communis tandem contactus trium propositorum signorum centrũ nobis aperiet atque recludet, quemadmodum ex subiecta patet designatione.



Mà da questa cosa che pare vn giuoco, nondimeno, l'Architetto ne trarrà pur qualche frutto, & in diuersi accidenti se ne seruirà, & massimamente venendoli alle mani vn pezzo di qualunque rotondità, per picciolo che sia, saperà con la sopradetta regola trouare il suo centro, & sapere il suodiametro, & la circonferentia facendo nel modo, che qui appresso è dissegnato.

Hæc autem Regula etsi minimi fortasse momenti cuipiam videri posset, Architecto tamen in quamplurimis vsui esse comperietur: quemadmodum si rotundi sphæricique corporis insigne aliquod fragmentum quanuis exiguum ante oculos ei proponatur; ipse, hac Regula dirigente centrum, diametrumq; necnon circumferentiam fragmenti illius propositi tibi expeditissimè designabit, quod ex præsenti nimirum constat figura.





Si troua nel'antica, & anco nel moderno di molte colonne, che nella parte di sotto ne l'estremo son rotte in qualche parte, & questo è auuenuto che nel metterle in opera le sue basi, ò che non erano ben spianate à squadro, & ben congiunte con esse basi, ò veramente che mettendole sopra le basi & non le ponendo à piombo al primo, mà caricando più da vn lato che da l'altro, quella parte più oppressa dal peso s'è risentita & nell'orlo suo s'è rotta, mà se l'architetto conoscerà la forza delle linee aiutato dalla Geometria, potrà tener questo modo, che la colonna nel suo piede sia curua cioè colma, si come quì à lato si dimostra nella prima colonna, & così che la sua base sia di tanta concauità, quanto la curuatura di essa colonna di maniera, che posta la colonna à piombo sopra la sua base, da sua posta trouerà il suo loco senza dar passione al orlo suo, ne alla base la curuatura, & la concauità così è da fare, che posta vna punta del compasso sopra la summità della colonna al A, & l'altra punta nella parte di sotto al lato B, & circuendo con esso compasso fin al C, farà la curuatura, con laquale si farà anchora la concauità; & il

Complures tum vetustiores tum etiam recẽtiores passim à nobis conspiciuntur columnæ, quarum infimæ prominentesque partes nonnihil diuulsæ confractęque videntur: quod quidem ea de causa frequenter accidere solet, vel quoniam in earum conformatione spiræ nec ad regulam siue ad libellam admodum complanatæ, nec ęquo plano ve omnino contactu basibus suis illæ aptatæ accommodatęque fuerunt: vel quoniam eis à principio nec ęqualiter nec ad perpendiculum super bases erectis aut collocatis, ex maiori ipsarum ad vnam quàm ad alteram partem inclinatione euenit, vt altera pars nimia ponderis mole grauata nonnihil incommodi senserit, & idcirco ad ipsius extremi marginis, quem haud ineptè forsitan limbum seu apophygem appellare possemus, fracturam viam aditumque patefecit. Verùm cùm primùm Architectus Geometriæ lumine adiutus ad intimas reconditasque linearum vires penetrarit, hac nempe ratione procedens superiores facturas, sublimiùmque columnarum deformationes cutabit. Imam columnæ partem deflexam incuruatamque inprimis constituet, quemadmodum pri

medemo modo si petrà tenere à porre in opera il suo capitello, come si vede ne l'altra colonna quì à canto.


mæ columnæ hic appositæ figura demonstrat, eiusque basim pro curuaminis inflexionisque ipsius columnæ quantitate excauabit: quibus perfectis columna ad perpendiculm super basem erecta, nullo, vel imi columnæ marginis vel basis prorsus incommodo in propria sede mox collocabitur & conquiescet. Columnæ verò gibbositas basisque ipsius concauitas hac ratione describenda videtur, vt altero circini crure. A summæ columnæ vertici infixo, & reliquo ad B vsque infimam partem diducto circinatio vsque ad signum C ipsi B oppositum extendatur: quæ & columnæ conuexum, & basis super concauum tibi mox designabit. Consimilem quoque rationem in columnarum capitulis disponendis obseruabimus & persequemur, sicut columnæ alterius hic appositæ descriptio clarissimè patefacit.






Vorrà l'Architetto fare vn Ponte, ò vn'arco, ò veramente vna volta di minore altezza che il mezo circolo, auenga che molti muratori hanno vna certa ſua prattica, che col filo fanno ſimili volte lequali veramente corriſpondino all'occhio, & ſi accorda anchora con alcune forme ouali fatte col compaſſo. Nondimeno ſe l'Architetto vorrà procedere theoricamente, portato dalla ragione, potrà tener queſta via. Preſuppoſto la larghezza dell'arco che ſi vorrà fare & trouato il mezo, ſia fatto vn mezo circolo perfetto, et quanto ſi vorrà poi che habbia di altezza, il detto arco ſia fatto vn'altro mezo circolo minore di quella altezza, dipoi ſia diuiſo lo circolo maggiore in parti eguali, et tutte tirate al centro, et le medeſime ſian laſsate cadere à piombo, et doue le linee che vanno al centro interſecaranno lo circolo minore, li ſian fatto de' punti, et da eſſi punti alle linee perpendiculari ſian tirate linee rette cominciando di ſopra, venendo à baſſo, et doue eſſe linee rette toccaranno quelle à piombo, li ſia fatti di punti, et coſi da l'vn ponto à l'altro delle linee perpendiculari ſia tirata vna linea curua, laquale non ſi può fare col compaſſo, mà con la diſcretta, et prattica mano ſarà tirata, lo eſſempio di queſta, ſi vede qui ſotto.

Volet quinetiam Architectus pontem, aut arcum, ſemicirculo humiliorem fabricari, hac nempe via incedet. Arcus ædificandi latitudine primùm deſignata, medioque ipſius adinuento, perfectum abſolutumque ſemicirculum circunducet: Mox alterum ſemicirculum ambitu quidem minori, & arcui propoſito altitudine æqualem intra primum collocabit: Circulique maioris æquales deinde portiones aſſumptæ rectis ab earum ſignis ad centrum vſque deductis coniungentur: Poſtmodum punctis illis, quibus rectæ à circuli maioris circunferentia ad centrum extenſæ circuli minoris peripheriam abſcindunt, notatis, ab ipſis aliæ rectæ ad ſuperiores perpendiculares ipſæ quoque ad perpendiculum dirigantur, in quarum communi contactu puncta ſignentur; & ab vno puncto ad alterum punctum perpendicularium, nouiſſimarumque harum linearum linea curua perpetuaque extendatur, quæ doctæ potius expertæque manus vſum quam circini ipſius operam efflagitabit: cuius quidem rei ecce tibi ſubiectum appoſitumque exemplar.




Et quanto l'arco, o altra volta ſi vorrà fare di minore altezza, ſia fatto un circolo minore tenendo il modo che s'è detto di ſopra, & quanto il mezo circolo maggiore ſarà diuiſo in più parti tanto la linea curua tirata a mano verrà più iuſta, & ſi farà con più facilità, & con queſta regola ſi poſſono fare le armature delle uolte a crociere, & a lunette. Hò voluto far l'altra figura quì a canto, benche ſia come la ſuperiore, per dimoſtrare la differentia delle altezze, & da queſta regola, ſi trarrà qualche altra coſa, come nella ſeguente carta ſi vedrà.

Quòd ſi arcum teſtudinem ve propoſitam humiliorem adhuc efficere, & in minorem altitudinem attollere nobis libuerit, eademmet regula prorſus ſeruata circulum duntaxat interiorem præcedenti minorem conficiemus. Quantò autem amplioris ſemicirculi ambitus in plura ſegmenta fuerit diuulſus, tantò melius atque facilius curuam illam lineam, quæ manu poſtremò deſignatur, circunducemus. Et hac regula edocti concameratarum, & lunatarum quoque teſtudinū armamenta promptiſſimè expediemus. Præſentem autem figuram, ſuperiori certè quàmſimillimā, hic apponendam idcirco iudicauimus, vt altitudinū differentia in arcubus erigendis clarius diſcerni ac percipi poſſit.




Considerando alla regola per me dimostrata nella passata carta, mi è venuto in pensiero di far diuerse forme di vasi con essa regola, portato dalla ragione & dalle linee, ne me faticarò, molto in discriuere il modo, perciò che l'ingegnoso Architetto vedendo la figura quì di sotto, potrà di essa regola seruirsi, facendo altre forme diuerse. Mà questo gli sia basteuole che quanto hauerà da essere grosso il vaso nel suo maggior corpo, sia fatto vn circolo minore dentro del maggiore, & con le linee centrali, & le transuersali, facendo poi le perpendicolari, si potrà formare il corpo del vaso, & cosi il collo, & il piede a beneplacito de l'huomo giudicioso.

Verùm ex diligenti regulæ superioris, quam nuper docuimus, notatione animaduersioneque id insuper nobis succurrit, vt ea opitulante, necnon linearum suppeditante ratione, vasa formarum figurarumque dissimilium componamus: Neque in compositionum modis explicandis multum laboris suscepturi videmur, cùm figuræ designatione conspecta ac diligenter animo retractata, studiosus Architectus eandem regulam ad complures alias vasorum formas ducēdas mox queat accommodare. Id vnum admonuisse sat erit, vt, pro vasis componendi maiori crassitudine ambituq; capaciori, circulus minor eiusdemmet quantitatis describatur, intraque maiorem collocetur: lineisque deinde tum à centro tum per transuersum protractis, & perpendicularibus insuper adiectis, integrum vasis ipsius corpus formare, eiusdemque os producere, & pedem extendere, prout magis libuerit, perspicacissimus poterit Architectus.




Et ſe'l vaſo hauerà da eſſere di corpo più formoſo, ſia fatto il circolo di mezzo maggiore, cioè di quella grandezza che habbia da eſſere il vaſo. Prima ſe faranno le linee che vanno al centro dipoi le tranſuerſali, & doue ſegaranno le linee che vanno al centro ſopra il circolo partendoſi dal circolo 2. ſia laſſata cadere la linea à piombo ſopra la linea tranſuerſale 2. & dal circolo 3. ſia laſſato cadere la linea à piombo ſopra la tranſuerſale 3. & dal circolo 4. ſia laſſato cadere la linea ſopra la tranſuerſale 4. & dal circolo 5. ſia laſſato cadere la linea ſopra la tranſuerſale 5. et doue interſecaranno tutte le linee à piombo ſopra le linee tranſuerſali, quiui ſaran li termini da formare il corpo del vaſo, & dalla linea 1 in ſu quella parte del circolo perfetto, ſarà il collo, et il coperchio di eſſo vaſo, li manichi, et il piede ſaranno in libertà del giudicioſo et coſi gli altri ornamenti.

Quòd ſi vas elegantius formoſiuſque tibi conficiendus propoſueris, circulum interiorem pro vaſis componendi amplitudine capacitateque adæquanda, maioris ambitus quàm præcedentem conſtitues. Primùm quidem centrales, tranſuerſæque mox lineæ producentur. Vbi autem centrales ipſæ lineę circuli iam deſcripti circunferentiam attingent, his ſignis contactuum notatis, ordinataque numerorum ſerie inſcriptis atque diſtinctis, à ſecundo ſigno ad tranſuerſam ſecundam, itemque a tertio ad tertiam; necnon à quarto ad quartam, demum à quinto ad quintam propriæ accōmodatæque perpendiculares deducentur, His perfectis, ſigna vbi perpendiculares hæ lineas tranſuerſas offendent, erunt termini vaſis ipſius corpori formando atq; effingendo quammaximè conſentanei. A prima autem linea circuli iam deſcripti ſuperiora capeſſens, collum & operculum vaſis inde depromes. Anſarum poſtremò, & Pedis, cæterorumque ornamentorum curam ſolertis induſtrijque Architecti iudicio relinquemus.



Bella coſa è veramente il ſtudiare col compaſſo ſopra le linee rette, & curue, perche ſi troua tal fiata delle coſe che l'huomo non hebbe per auentura mai in penſiero, come è interuenuto à me queſta notte, che cercando vna regola da fare la forma del vouo naturale, con più breuità di quella di Alberto Durero, homo veramente di grande, & ſottile ingegno, hò ritrouato il modo di formare vn vaſo antico ponendo il pie nell'acuto dell'vouo, & il collo, & la bocca, con li manichi ſopra la parte più rotonda di eſſo, il modo prima di formar l'vouo coſi ſarà. Sia fatta vna croce di due linee, la linea piana ſarà partita in dieci parti eguali, & la linea à piombo ſia di parti. ix. & ſian laſſate quattro parti di ſopra, et quinto di ſotto, et in mezo ſarà il centro A, et prenderaſſi nelle quattro




Cùm enim ouatæ figuræ deſſignandæ rationem, breuiorem animo mecum ipſe reuoluerem, antiquiſſimi vaſis ſpeciem, eiuſque effingendi rationem excogitaui; pede quidem in oui acumine reſidente; collo autem, ore, & anſarum vtraque ſupra rotundiorem ipſius ambitum collocatis. At antequam ad ſubtiliora indaganda procedamus, rationē oui configurandi tradendam inprimis exiſtimamus. Duæ linee ad angulos rectos in crucis formam atque ſimilitudinem ſeſe primùm interſecent, lineaque ſubiecta in decem partes æquales, itemque perpendicularis linea in nouem æquas portiones abſcindatur; quarum quatuor ad ſuperna conſcendant, quinque verò ad inferiora delabantur. Centro autem A medio iacente, ibique latere circini immobili infixo prō quatuor partium li-

parti facendo vn mezzo circolo: li lati delquale saran C, & appresso sia posta vna punta del compasso à l'estremo della linea B, e l'altra punta alla opposita parte C, circuendo in giù, & cosi sia fatto dalla destra & sinistra parte di maniera che l'angolo acuto di sotto verrà a prendere le cinque parti, dipoi cascando due linee perpendiculari alla quarta parte del diametro, doue quelle segaranno la linea curua nella parte più bassa: lì si farà punto, dipoi posto vna punta del sesto al punto O, & l'altra punta ad vn d'essi punti della linea curua, & circuendo in giù, & ritornando in sù à l'altro punto: sarà formato l'vouo, & della parte che rimarrà di sotto, sarà per il piede Il collo, & la bocca ne prenderà due parti & due il mezzo circolo, & cosi saran dispensate le. ix. parti di essa linea, li manichi et il coperchio si saranno à volontà de l'huomo esperto.

neæ subiectæ quantitate semicirculus ad perpendicularis lineæ superiora spectans atque declinans signetur amboque semicirculi huiusce latera C nuncupentur: Deinde altera circini cuspide in termino B lineæ subiectę quasi in centro firmata, & altera vsque ad signum C ipsi B oppositum deducta, arcus ad partem inferiorem circumagatur: qui quidem arcus pro dextrę læuæque numero bis formatus ac repetitus in acutum angulum infra terminabitur & coniungetur, & hac ratione quinque inferiores perpendicularis lineæ portiones cōplectetur: Postmodum duabus perpendicularibus à superiori semicirculo ad quartam diametri ipsius partem hinc inde deductis subtensisque, signa, quibus hæ curuas arcuatasque lineas in imo contingent, statim notentur: Deinceps altero circini radio in puncto O stabilito, ab vno duorum signorum, quæ modò annotauimus, primùm descendendo moxque ascendendo ad reliquum vsque alter circunducatur, & hoc pacto denique ouata compleatur figura. Quibus iam peractis infima perpendicularis lineæ portio vasis ipsius pedi elaborando assignabitur: Collum autem & os duas partes summas, mox semicirculus duas alias subsequentes occupabunt: Et hac ratione profectò nouem lineæ perpendicularis segmenta aptè accommodateque distributa fuisse videbuntur. Ansæ demum & operculum vasis ipsius, quasi totius operis appendices, ad prudentis opificis arbitrium vltimo loco imponentur.


In altro modo si potrà fare vn vaso facendo medesimamente vna croce, et la linea piana de parti x. et quella à piombo di parti. viii. et ponendo il compasso con vna punta al B, et l'altra punta al C, prēdendo sette parti, et circuendo à basso cosi da una come da l'altra parte ueranno le linee curue a riscontrarsi ne l'estremo della linea perpendiculare nella parte di sotto, dipoi cadēdo due linee, alle due parti interiori A, fin à basso doue quelle toccheranno le linee curue, li sarà il termine da formare la punta del uaso mettendo una punta del sesto al E, et l'altra punta al detto termine circuendo fin a l'altro lato: formarà il fondo del uaso, sotto ilquale si farà il piede, Dipoi mettendo vna punta del compasso al punto A, & circuendo in sù, fin alla sua linea, cosi da l'vno come da l'altro lato, si formara il corpo del uaso, & la gola con la bocca occuparāno due parti, facendo poi li manichi & altri ornamenti a beneplacito.



Alter quinetiam vasis effingendi modus ratioque superiori propemodum consimilis tradi assignarique potest. Exponatur, vt iam diximus, crux quędam ex duabus lineis ad angulos rectos sese abscindentibus constituta, transuersaq; linea in decem, perpendicularisque in octo æqualia segmenta diuidatur: Alteraque circini ipsius cuspide in ambabus transuersæ lineę extremitatibus, quæ B vocitantur, infixa, & reliqua ad punctum C è regione positum extensa, septemque transuersæ lineæ vtrinque interceptis segmentis, duæ lineę curuæ ad partem inferiorem inflectantur, quæ ad vltimum vsque perpendicularis lineæ signum circunductæ necessariò in vnum ibi conueniet: Deinceps duabus perpendicularibus ad A signa intermedia excitatis, & ad inferiora vsque deductis, vbi ipsæ curuas lineas contingent, ibi tanquam in termino ad vas acuminandum atque angustandum quammaximè accommodatis consistemus: Circiniq; latere in signo E quiescente, & altero ad terminum nuper inuentum deducto, latus hoc mobile expeditumq; ab vna duarum perpendicularium ad alteram vsque circunducemus; & hac ratione vasis ipsius fundum, quod pedi supposito mox innitetur, inueniemus: Postmodum altera circini cuspide in A signo collocata, reliqua pro quantitate segmenti A C ad partem superiorem, donec cum sua perpendiculari in vnum concurrat, circunducatur: hæ quidem circunductiones bis repetitæ vtranque partem, dextram læuamque, quasi gemini sinus complectentur. His demum perfectis concauum prominentemque vasis ipsius ventrem iam elaboratum habebis, cuius guttur & os duo superiora perpendicularis lineæ à principio olim diuisæ occupabunt segmenta. Ansarum postremò, cęterorumque ornamentorum adiectiones docta opificis manu aptè appositeque distinguentur.

Altri vaſi diuerſi da quei paſſati ſi potran fare, mà a formar il preſente quì di ſotto ſi farà la medeſima croce, mà di parti. xii. ſarà la linea piana, & quella à piombo ſarà di parti. viii. & prima alle due parti più preſſo la croce caderano due linee à piombo della medeſima longhezza di quella di mezzo, appreſſo ſi metterà il compaſſo con vna punta al B, & con l'altra al 1, & circuendo in giù ſin a l'eſtremo della linea di mezzo, & coſi da l'altro B, al punto 2. ſi farà il medeſimo, dipoi al punto farà 1, & A, ſi metterà la punta del ſeſto & l'altra punta al punto 1. circuendo in sù, ſi farà la quarta parte di vn circolo, & medeſimamente à l'altra parte farà A, al 2. che occuparà vna parte, & due ne rimaranno per il collo, & li manichi, dipoi venendo à baſſo ſi metterà vna punta del ſeſto ſopra al punto C, allargando il compaſſo due parti & toccando la linea curua al punto 3. & circuendo fin al quattro farà il fondo del vaſo ſotto delquale ſi farà poi il piede, come ſi vede quì di ſotto.

Nõnulla inſuper alia vaſorum genera à ſuperioribus diuerſa formari poſſunt: verùm ceteris omiſſis vaſis huiuſce ſpeciem, quam ſubiecta nunc expreſſimus & compoſitionem perſequamur. Eandem igitur, ſicut in ſuperioribus, duarum linearum ad angulos rectos ſeſe interſecantium crucem conſtituemus, eo ſolùm diſcrimine intercedente, quòd hic lineam ſubiectam quidem in duodecim, perpendicularem autem in octo æqualia partiemur ſegmenta; & ex vtroque ipſius latere duæ rectæ æquales ſuper duo ſubiectæ lineæ ſegmenta crucis interſectioni propinquiora ad perpendiculum deducentur: Circinique deinde immobili veſtigio in ſigno B ad læuam impreſſo, & altero ad vnitatem extenſo arcus vſque ad imam perpendicularis mediæque lineæ extremitatem circumagatur. Pariter immobili eiuſdem circini latere ipſi B ſigno ad dexteram applicito, & altero ad binarium vſque diducto arcus priori conſimilis deſcribatur: Poſtmodum circino per dexteram eandem adhuc euagante, & altero quidem eius telo punctum inter A & vnitatem medium feriente, reliquum ad ipſammet vnitatem expanſum, ad ſupernaque circunductum circuli quadrantem deſignet: Itemque circino ad læuam conuerſo, & altera ipſius cuſpide in ſigno inter A & binarium ſtabilita, reliqua ab eodem binario ad ſuperiora conſcendens quadrantem alterum priori omnino conſimilem depingat. Hi duo quadrantes vlnarum inſtar perpendicularis lineæ à principio iam diuiſæ ſegmentum vnum tantummodo complectentur, duoque ſuccedentia ſegmenta gutturis anſarumque derelinquentur conformationi. Mox ad inferiora delapſi, & altero circini radio ad C punctum accomodato, circinoque pro duorum ſegmentorum capacitate ad curuam vſque lineam diducto, radium alterum à ternario ſigno ad quaternarium vſque circunuoluemus: ex qua quidem circunductione vaſis ipſius fundum, quod pede ſuppoſito, ſicut præſenti patet deſignatione, conſurget.




Altra maniera di vaſi più nani ſi potrà cauare dalla forma circocolare facendo pure vna croce partita in parti ſei. Prima ſi farà lo circolo perfetto, & il mezzo circolo ſarà per il fondo del vaſo aggiũgendoli vna parte di più, ſi per alzarlo alquanto, come per hauer campo da ornarlo, vn'altra parte ſi darà al collo, & vn'altra al coperchio ſeruando quelle parti che ſon quì ſotto diſſegnate, & il piede ſi farà di tanta altezza quanto ſarà vna parte oltre le ſei. Et benche io habbia dato regola, & modo di formar ſei ſorte di vaſi, nondimeno con le medeſime regole ſe ne potrebbe fare infiniti tutti diuerſi, & et maſſimamente ne i belli ornamenti, de i quali ſi potrebbono veſtire, liquali non hò voluto fare per non dare impedimento alle linee.

Altera quinetiam humiliorum, vaſorum ſpecies ex ſphærica rotundaque figura deduci poteſt, cruce duarum æqualium linearum formata, & in ſex æqua ſegmenta vndequaque diſtincta. Primùm quidem perfecta circinatio deſcribetur; qua in duas æquas portiones diuiſa, altera pars, inferior videlicet ſemicirculus, vaſis ipſius fundo elaborando aſſignabitur, præter tria ſegmenta altero vaſis tum in ſublime attollendi, tum etiam magnificentius exornandi gratia inſuper adiũcto: Quintum ſegmentum deinde in gutturis, ſextum denique in operculi confectionem diſtribuetur, vaſi fulciendo ſubſtratus præter ſenarium ſegmentorum numerum, quæ in vaſis ipſius proceritate formanda conſumpta fuerunt, ſeptimum ſingulis eorum altitudine æquale ſortietur. Quanuis autem ſex generum duntaxat vaſorũ conficiendorum modum rationemque docuimus, tamen ex iiſdem reuglis innumerabilia propemodum, cunctaque diſſimilia vaſorum aliorum genera deduci poſſent, ad quorum omnium cultum & elegantiam innumera quoque ornamentorum genera poſſent excogitari.




In diuersi modi si possono fare delle forme ouali, ma in quattro modi ne darò la regola. Per questa forma quì a canto dimostrata, prima si farà due triangoli perfetti di eguali lati congiũti insieme, a i lati de' quali saranno menate quattro linee che saran 1.2.3.4. & li centri da fare la presente forma saran quattro, A,B,C,D, a cominciare detta forma si potrà da qual centro si vorrà, ma si metterà vna punta del sesto al punto B, & l'altra al punto 1. & circuendo fin al 2. dipoi al punto A, sia messa vna punta, & dal punto 3. al 4. sia menato il compasso, poi al punto D, sia posta vna punta, & l'altra da 2. a 4. circuendo, & cosi al punto C, la medesima punta & da 1. a 3. circuendo sarà formata la forma ouale. Et quanto più si vorrà fare questa forma oblonga, sian tirate le medesime lineę circolari con li medesimi punti tenendosi sempre nella parte inferiore. Et quanto si vorrà fare questa forma più rotonda, sian menate le linee circolari tanto discoste dalli centri, quanto hauerà da essere la sua grandezza, & verra sempre la forma più propinqua alla rotondità, ma non verrà giamai circolo perfetto, per hauer più di vn centro.

Ad Ouatas figuras describendas complures viæ nimirũ & aditus patent: verùm nos vt pote breuitatis studiosissimi quatuor tantummodo regulas huic negotio quammaximè accommodatas hic inferemus. Primùm quidem propter figuræ hic appositæ, primoque ordine collocatæ intelligentiam duo æquilatera implicitaque simul triangula designentur; ad quorum latera numerorum characteribus, 1,2,3,4, distributa quatuor arcus circunducantur: quibus arcubus conficiendis quatuor item, A, B, C, D, centra distincta assignentur, præsenti figura à quocunque quatuor centrorum propositorum magis libuerit, in cepta atque inchoata. Primùm igitur altero circini crure in signo B collocato, reliquum ab vnitate ad binarium vsque circunducatur: Deinde altero circini eiusdem pede in signo A quiescente, a ternario ad quaternarium vsque alter circumagatur: Postmodum circini prædicti vertice signo D innitente, à binario alter ad ternarium vsque circunferatur: Postremò circini commemorati cuspide C signum feriente, altera ab vnitate ad quaternarium vsque circunuoluatur. Quibus nimirum quaternis arcubus perfectis, ouatam figuram mox designatam & complectam habebis. Quantò autem ipsam in longius producere, compressioremque reddere statues; tantò, centris ijsdem seruatis, arcuatas lineas in interiorem partem concludes: At quantò eam ad globum rotunditatemque propius accedere voles, tantò orbiculares lineas à centris propositis maiori interuallo distantes in exteriorem partem compelles. Verùm etsi ipsa, centrorum interuallis relaxatis, sphæricæ rotundæque designationi, vt iam diximus, similior semper euadit: cùm tamen non vnum, sed complura ad eius constitutionem centra requirantur, absolutissimi circuli perfectionem ac dignitatem nunquam mehercle assecutura videtur.




Per questa seconda figura si farà prima tre circoli nel modo quì sotto dimostrato, menando le quattro linee rette, li suoi centri saranno I,K,L,M, & ponendo vna punta del sesto al K, & allargando l'altra punta fin al 1. Poi circuendo fin al 2. & cosi al punto, I. vna punta del compasso sia messa, & l'altra punta al 3. circuendo fin à 4. Sarà formato la forma ouale, & questa forma somiglia molto al vouo naturale.



Antecedẽti figura iam expedita, subsequentis, quæ hic designata conspicitur modo explicationẽ aggrediamur. Quatuor rectis inter sese prorsus equalibus, seseque mutuò abscindentibus, vt in superiori descriptione, productis quaterna earum centra, I, k, L, M, primò notẽtur; tresque circuitiones eiusdem omnino capacitatis ac ambitus, quemadmodum præsens patefacit figura, mox designetur. Deinde altero circini pede k signum comprimente, alter ab vnitate ad binarium vsque percurrat: Postmodum eiusdem circini crure in I signo firmato, reliquum a ternario ad quaternarium numerum circunuoluet. Quibus confectis ouatam figuram pullorum ouis, ni fallor, quamsimillimam mox constructam habebis.


Per la terza form a ouale qui sotto dimostrata il modo da farla sarà, che sian fatti due quadri perfetti congiunti insieme & tirate le linee diagonali, nel mezo di essi saranno due centri G, H, & gli altri due centri saranno E, F, sia dunque messa la punta del sesto al F, & l'altra pũta al 1. circuendo fin al 2. dipoi sia fatto il medesimo al centro E, & dal 3. al 4. sia circuito, appresso posto il compasso al centro G, & allargato fin al 1. girando fin al 3. & il medesimo dal centro G, & allargando il compasso fin al 2. & tirando fin al 4. sarà fatto la forma qui sotto dissegnata.



Duabus superioribus iam absolutis ad tertiam ouatam designationem, cuius exemplar hic appositum habes, enucleandam exponendamque transeamus. Duo primùm quadrata tum angulorum conformi rectitudine, tum laterum absolutissima equalitate conspicua describantur, ambòque vno eodemque latere eorum vtrique deseruiente vna coniungantur: & quatuor diagonijs per transuersum extensis totidem centra duo quidem G & H in medio quadratorum, duoque reliqua insuper E & F in amborum capitibus collocata notentur. Circini postea cuspide in F signo stabilita, reliqua ab vnitate ad binarium vsque numerum circumagatur: Necnon eodem circini telo in E centro firmato, alterum a ternario ad quaternarium vsque rotetur: Item circini eiusdem apice G centrum occupante, alter ab vnitate ad ternariũ vsque discurrat: Postremò vno circini ipsius radio ad H centrum pertingẽte, à binario alter ad quaternarium vsque numerum conuertatur. Quibus perfectis formam ouatæ persimilem a nobis hic designatam statim habebis.

Volendosi formare questa quarta figura ouale, si faran due circoli, che vno tocchi il centro de l'altro, à gli angoli delle linee curue saran due centri. N, O, & alli centri de i circoli saran li due altri centri. P, Q, & tirate le linee continuate da centro à centro, si ponerà vna punta del compasso al centro O, & l'altra punta al. 1. menando la linea curua fin al. 2. dipoi si metterà vna punta del sesto al centro N, l'altra punta al. 3. girando fin al. 4. & sarà formata questa figura ouale, laquale assai grata à l'occhio, & da seruirsene à più cose per la facilità di farla, & per la dolcezza sua.

Ad quartam demum ouatæ figuræ construendæ rationem nunc descendamus. Primùm quidem duo æquales circuli, quorum alter alterius centrum ambitu suo pertingat, efficientur: angulique ex mutuo curuarum linearum contactu prouenientes duo vtique N & O centra nobis suppeditabunt, necnon reliqua duo P & Q insuper à circulorum propositorum centris promptissimè eliciemus. His quatuor centris habitis atq; notatis, quatuor rectæ per ea vtique pertranseuntes quasi commemoratorum circulorum diametri extendantur: Deinde circini pede N signum deprimente, alter ab vnitate ad binarum circunflectatur: Necnon eiusdem circini cuspidi O signum vulnerante, reliqua a ternario ad quaternarium vsque in orbem excurrat. Quibus tandem absolutis, ouatam figuram & propter descriptionis facilitatem, & propter venustatem aspectus, & propter eius commodam quoque tractabilitatem quammaximè commendandam mox formam atque constructam habebis.




Doppo la forma circolare sono molte forme che tendono a quella come è l'ottogna cioè di otto faccie, la esagona cioè di sei faccie, la pẽtagona di cinque faccie, & appresso si possono fare diuerse forme di più lati che tutte rendono alla rottondità, mà al presente trattaremo di queste tre principali che son più al proposito.

Orbiculari figuræ complures rectilineæ superficies, quæ eius ambitũ atq; capacitatem quoquomodo imitantur, deinde succedunt, quemad modum actogona, exagona, & pentagona; quarum prima octo, media sex, postrema quinque lateribus concluditur, & pari quoque angulorum numero singulæ terminantur: quibus deinceps aliæ complurium linearum angulorumque multitudine circunscriptæ superaddi possunt figuræ, quæ quidem cunctæ rotunditatem ipsam tanquam formarum omnium perfectissimam pro viribus imitari contendũt. Verùm nos cæteris omissis tres illas, quas modò commemorauimus, duntaxat tanquam præstantiores oratione nunc persequemur.

Questa figura ottogona si cauarà del quadro perfetto tirando prima le due linee diagonali ponendo vna punta del sesto ad vn'angolo del quadrato, & l'altra punta al centro di esso quadro, & girando dalli due lati di esso quadrato come si facesse la quarta parte del circolo, & cosi facendo all quattro angoli doue insecaranno le linee curue con li lati del quadro, li saranno li veri termini della forma ottogona. Et benche dal circolo questa ancora si potrebbe cauare facendo vna croce, & ogni quarta parte diuidere per metà che saranno otto parti, quello sarebbe alquanto mendicabile, mà questa certissima portata da l'arte.

Octogona superficies, quam hic appositam vides, ex equilatero equiãguloque quadrato hac vtique ratione deducetur. Duabus diagonijs primùm decussatim productis, alterum circini radium ad vnum angulorum quadrati mox applicabimus; & reliquo ad medium quadrati eiusdem centrum extenso, ab vno eius latere vsque ad alterum latus circuli quadrantem describemus: Idemque pro trium reliquorum quadrati angulorum numero ter repetentes signa illa, quibus curuę lineę quadrati ipsius latera abscindent, tanquam terminos ad octogonam figuram designandam quammaximè accommodatos constituemus. Verum posset insuper octogonę superficiei descriptio ex circulo quoque deduci, cruce videlicet ex duobus diametris ad perpendiculum sese intercidentibus primùm cõflata, mox singulis circuli ipsius quadrantibus in duo equa segmenta diuisis, ex quibus octo æqualium partium numerus statim consurget. Attamen octogoni figurandi ratio ex quadrati diuisione, quam modo tradidimus, accepta certior atque arficiosior meo quidem iudicio esse videtur.




La forma esagona, cioè di sei faccie, cosi si farà, Fatto vn circolo senza allargare ne stringere il compasso, mà sopra la linea circolare compassando, doue tocheranno le punte, lì giustamente saranno sei punti, onde da vn punto à l'altro tirata vna linea, saran formate le sei faccie. Et di qui è nato il nome del compasso, che in molti luoghi d'Italia si addomanda Sesto per essere il semidiametro la sesta parte della circonferentia.

Exagona vero superficies, ad cuius constitutionem sex latera æqualia efflagitantur, hoc modo facillimè expedietur. Circuli designato, circinoque neque diducto neque contracto, verùm idemmet interuallum, quo circulum designasti, retinente, circinum ipsius circuli circunferentiæ metiendæ applicabis: qua quidem mensura pro totius circunferentiæ ambitu explendo sexies repetita, & sex signis, quibus circini latera propositam peripheriam contingunt, notatis, sexque linearum ductu coniunctis atque continuatis mox exagonum confectum formatumque habebis. Vnde cùm semidiameter sexta circunferentiæ portio existat, hinc nimirum id arbitror effluxisse, vt compluribus Italiæ locis Circinus Sextæ sibi vendicauerit appellationem.



A formar questa figura pentagona, cioè di cinque lati, nõ è cosi facile come l'altre, per esser di lati dispari & di più numeri che tre, nõdimeno a farla theoricamente, così si farà. Fatto un circolo perfetto, drento di quello si farà vna croce, cioè vna linea piana che sia il diametro, & sopra il diametro caderà vna linea à piombo. Poi dal lato sinistro sia diuiso il mezo diametro in due parti eguali, che sarà 3. & da quello alla summità che sarà vna croce, sia allargato il compasso, & dalla croce in giù fin sopra il diametro sia circuito, non mouẽdo però la punta del sesto dal 3. & doue caderà la linea curua partita dalla croce sopra il diametro, quanto sarà dal 2. alla croce, quello sarà giustamẽte vn de i cinque lati del pentagono. In questa figura si trouano ancora le dieci faccie, percioche dal centro al numero 2. sarà vn lato delle dieci faccie, & più questa figura ne recha ancora lo lato di sedeci faccie, & però dalla circonferentia al 1. verso il centro al punto 2. li si trouarà vno de i lati delle sedici faccie.

At Pentagonæ seu quinque lateribus circunseptæ figuræ constructio, cùm ex imparium laterum, ternariumque excedentium numero constet, haud eam profectò, quam superiores, nobis præstat facilitatem: Verùm vt hanc quoque artificiosè & affabrè construamus, hac nempe ratione incedendum existimamus. Perfecto absolutoque circulo designato, crucem ex duobus diametris, quorum alter alteri ad perpendiculum insistit, mox constituito. Ad læuam deinde figuræ conuersus semidiametrum in duas æquas portiones diuidito, mediumque diuisionis signum ternario numero annotato; à quo ad circuli summitatẽ paruæ cuiusdam crucis imagine significatam circinum extendito, alteroque circini ipsius vestigio in ternario consistente à cruce illa superiori vsque ad transuersum diametrum arcum deducito: Moxque à signo binarium significato, quo arcus à summa cruce descendens subiectum diametrum intercidit, ad crucem superiorem eandem, rectã lineam intelligito: Rectam hanc pentagoni conficiendi latera singula iustissima quadam ratione dimensuram tibi affirmamus. Quinimo ex eadem figuratione nequaquam immutata Decagonum quoque deducere licet: diametri nanque portio à centro propositi circuli, binarioque numero intercepta singula Decagoni latera communiter metietur. Necnon præsens designatio sexdecagoni etiam latus nobis suppeditabit: recta nanque ab vnitate circunferentiæ signum demonstrante ad binarium vsque deducta singulorum sexdecagoni laterum certissimam tibi mensuram & quantitatem ostendet.



La figura quì sotto dimostrata sarà di gran giouamento a tutti quelli a cui bisognarà diuidere alcune circunferentie in quante parti gli accaderà quantũque fossero gran numero, imo dispari, mà essẽpio gratia per non confondere il lettore in grã numero, de parti, vorremo fare vn circolo perfetto diuiso in noue parti giustamente, prenderemo adunque la quarta parte di tutto lo circolo, & quella diuideremo in noue parti, & quattro di quelle parti faranno vna nona parte di tutta la circonferentia infallibilmente, & così di quante parti si vorrà fare una rotondità, sian che numeri si voglia, prenda sempre la quarta parte del tutto, & ne faccia altrettante parti, prendendo sempre di essa quantità quattro parti, le quali saranno vna di quei lati in che hauerai proposto che sia partita la forma circolare. Et questa regola, come di sopra io dissi, seruirà a molti ingegniosi artefici.




Figura hic à nobis apposita ad circunferentiam cuiuscunque propositi circuli in quot partes libuerit, quanuis plurimas ac dispares quoque, diuidendam maximam nimirum vtilitatem est allatura. Verùm ne partium ingẽti numero proposito obscuriores quandoque, indistinctique videamur, in nouem tantummodo segmenta designatum hunc circulum partiri statuemus. Quod quidem vt assequamur, circuli totius assumpto quadrante, ipsum in nouem pariter segmenta partiemur; ex quibus quatuor duntaxat simul accepta collectaque, nonam totius circunferentiæ mox designabunt portionem. Eadem quoq; ratione, in quotquot partes expositam aliquam circunferentiam partiri voluerimus, eius quadrante primùm accepto, in tot etiam segmenta ipsum diuidemus: quorum segmentorum quatuor simul assumpta coniunctaque, singula tũ circuferentiæ totius diuidendæ partium modulos & quantitatem patefacient. Hanc autẽ regulam, cùm præclaris opificibus ad emendatas operum distrubutiones, iustissimasque diuisiones conficiendas mirificè prosit, memoriæ inprimis commendandam existimamus. Quibus iam peractis proportionum modò explicationem aggrediamur.

Le proportioni quadrangolari sono molte, ma io quiui ne pongo sette principali, delle quali l'Architetto a diuerse cose se ne potrà seruire, & accommodarsene in più accidenti, & quella che non sarà per vn loco, potrà seruir ad vn'altro, come saprà vsarle.


Quadrangulæ superficies, si vna cum altera conferatur, complurium quidem ac diuersarum proportionum species procreaturæ videntur: Verùm nos ex multiplici earum farragine septem duntaxat tanquam cæteris insigniores atque præstantiores nunc seligemus: quæ Architectis, prout locorum aptitudines ferunt, ac temporum persuadent opportunitates, & ex vsu esse, & quamplurimũ suffragari profectò conspiciũtur.

Queſta primiera forma è d'vn quadro perfetto di quattro lati eguali, & quattro angoli retti.




Prima hæc deſignatio quadratam elaboratamque ſuperficiem ante oculos nobis proponit; quæ, propter ſummam tum quatuor laterum, tum etiam quatuor rectorum angulorum, æqualitatem, æqualitatis quoque proportionem effundit.

Queſta ſeconda figura è vna ſeſquiquarta, cioè vn quadro, & vn quarto.




Secunda hic appoſita figura cùm integrum quadratum, quarta eius parte inſuper adiecta, complectatur, ſi cum ipſo conferatur quadrato, ſeſquiquartam obtinet proportionem.

Queſta terza figura è vna ſeſquitertia, cioè vn quadro & vn terzo.




Deſcriptio hæc tertia cùm quadratum, & tertiam amplius eius comprehendat portionem, cum ipſo quadrato comparata ſeſquitertiam dicitur rationem habere.

Queſta quarta figura ſi dice proportione diagonea, laquale ſi fà coſì, Sia miſurato il quadro perfetto da angolo ad angolo, & quella linea darà la longhezza di queſta proportione, laquale è irrationabile, ne ſi troua proportione alcuna dal quadro perfetto a queſto creſcimento.




Quarta, quam hic delineauimus, forma diagonalem tibi refert proportionem, quæ hac vtique conficietur ratione. Quadrato extructo ab angulo ad oppoſitum angulum dimetiens ſiue diagonalis linea perducatur; quæ vnà cum quadrati ipſius latere ad rectum angulum coniuncta, parallelogrammum irrationale & cum propoſito quadrato omnino incommenſurabile procreabit: nec inter quadratum confectum, & parallelogrammi huiuſce exceſſum ſpecies aliqua proportionis in medium afferri, explicari ve poteſt.

Queſta quinta figura ſarà ſeſquialtera, cioè d'vn quadro, e mezo.




Quinta hæc ſuperficies cùm integrum quadratum, dimidiamque eius præterea capacitatem contineat, cum eo collata ſeſquialteram ſubit proportionem.

Queſta ſeſta figura ſarà di proportione ſuperbipartiens tertias cioè partito il quadro perfetto in tre parti eguali, & à quello aggiuntenene dua.



Sexta hæc, quam vies, figura cùm & totum quadratum, & ex tribus eius æquis ſegmentis duo inſuper complectatur, tertias ſuperbipartientem parit proportionem.


Queſta ſettima, & vltima proportione ſarà doppia, cioè di due quadri, & ſopra queſta forma nelle coſe buone antiche non s'è trouata forma che eſce dalla doppia, eccetto anditi loggie, qualche porte, & fineſtre lequali han paſſato di alquanto, mà di veſtiboli, ſale, camere & altre coſe habitabili non ſi comporta frà gl'intendenti, perche non è commoda.



Septima, quam hic appoſitam intueris, deſignatio cùm vnum alteri quadratum continuet coniungatque, ſi ad ſimplex quadratum referatur, duplam proportionem introducit. Nec antiquorum ædificiorum, quæ propter elegantes eorum diſtributiones quammaximè commendantur, vllam proportionem hanc duplam exceſſiſſe comperies: niſi quiſpiam ambulationes fortaſſe, porticus, foreſque inſuper, feneſtraſque nonnullas, quæ metam à nobis conſtitutam aliquantulum ſupergreſſæ fuerunt, in medium adducat. At veſtibula, cænacula, cubicula, cæteraque conſimiles habitationes, peritorum cunctorum iudicio, duplam proportionem pertranſire minimè debent: alioquin opifices nec elegantiæ, nec ſymmetriæ, nec incolentium commoditati quicquam conſuluiſſe exiſtimabuntur.


Diuersi accidenti vengono alle mani de l'Architetto, come saria questo che volendo, essempio gratia, fare vn palco, ò solare, ò tassello, che dir lo vogliamo, il loco del quale sarà de piedi quindeci, ma hauerà vna quantità di trauicelli liquali non saran di tanta longhezza, ma gliene mancherà vn braccio a ciascuno, nondimeno egli se ne vorrà seruire. In tal bisogno non hauendo altro legname in quel loco potra tenere il modo quì a canto dimostrato, & l'opera sua sara fortissima, mettendo vn trauicello nel muro da vn lato, et l'altro capo suspeso, come quì si vede espresso.

Complura præter opinionem Architecto sępius accidere solent: Verbi gratia, vt huiusce rei exemplum aliquod afferamus, contignatio ei fortefortuna pedum xv. spatio ac interuallo producenda extruendaque committetur: verùm, compluribus tignis ipsi propositis, nullum eorum ad tantam vtique longitudinem pertinget, quinimo singula bipedali quantitate à prædicta deficient longitudine; quibus tamen, nulla alia prorsus suppetente materia, pro contignatione conficienda necessariò erit vtendum: quid obsecro miser ille Architectus sibi consilij capiet? Rationem hic descriptam persequetur, & opus suum quãsolidissimum reddet, altero nimirum tignorum capite parieti infixo, reliquoque absque vlla fultura suspenso remanente, quemadmodum ex subiecta perspici potest figura.




Strani accidenti vengono tal volta a l'architetto che i passi de' Giometrali gioueranno molto come saria questo, egli ha vna tauola sola longa verbigratia. x. piedi, et larga. iii. et a necessità di vna porticella alta piedi. vii. et larga quattro, hora se'l vorrà di essa tauola fare due parti della sua longhezza, le due larghezze non fan che sei piedi, et sette gliene bisogna. Se'l vorra tor via vn capo della tauola che sara piedi tre, quello non seruira per cosa alcuna, perche la tauola rimane piedi sette, & larga tre, nientedimeno ella ne vuol quattro, faccia adunque così. La tauola sarà piedi x. longa & tre piedi larga, gli angoli d'essa saranno A, B, C, D, partirà detta tauola per linea diagonale dal C, al B, & fatto di essa due parti eguali tiri indietro lo angolo A, tre piedi verso il B, & l'angolo C, verso il D, di maniera che'l capo A, F, sarà. iiii. piedi, & il capo E, D, sarà alto. iiii. piedi, così da A, al E, sarà sette piedi, doue la tauola A, E, F, D, sarà longa. vii. piedi, & larga. iiii. per supplire al bisogno della porticella, & anco gli auanzarà vn triangolo G, F, & vn'altro E, B, G.

Noui quidam inopinatique casus Architectum nonnunquã vexare perturbareq; consueuerunt, quibus profectò, nisi Geometriæ primordia teneat, sese expedire aut explicare nequaquam posset: cuius hoc quidem in præsentia nobis occurit exemplum. Tabula in x. tantummodo pedum longitudinem, triumque duntaxat latitudinem extensa ei fortè proponetur: quam in ostioli formam 7. pedum altitudine, & pedum 4. latitudine componere oportet. Si ipse tabulæ longitudinem in duo æqua segmenta partiri, vnumque alteri superponere voluerit, cùm duæ latitudines simul iunctæ ab 6. pedum tantummodo quantitatem pertingant, ab ostij iam designata altitudine vno pede deficient. Sin alterum tabulæ caput, trium pedum ablata quantitate, diminuere, statuerit, segmentum hoc inutile prorsus existet: tabula nãque septempedalem longitudinem, tripedali eadem latitudine remanente, tunc erit assecuta; cùm tamen ostij conficiendi latitudinem quadrupedalem fore iam antea dixerimus. Vt igitur propositum scopum attingamus, hac vtique procedemus ratione. Cùm tabula pedes denos longa, tresque lata principiò à nobis supposita fuerit, quatuor nimirũ anguli, A, B, C, D, eam terminabunt. Diagonali igitur linea ab angulo C ad oppositum angulum B extenta, tabulaque hac ratione in duo æqua segmenta per transuersum diuisa, segmentum vnum alteri ita aptetur atque superponatur, vt angulus A ad angulum B, & nẽ angulus C ad angulum D trium pedum interuallo propius accedat. Ex hac quidem tabulæ figuratione commutata id consequi inprimis videtur, vt ambo ipsius capita, tum A F, tum E D, in quadrupedalem altitudinem attollantur: & ab A ad E vsque distantia non secus quàm ab F ad D septempedalem retineat extensionem. Quapropter tabula A E F D, prout ostioli conficiendi captus dimensiosque efflagitabat, 7 pedes longa, & pedes 4 lata à nobis tandem reddita fuit: binaque triangula, C F, & E B G insuper remanserunt.



Accade ſpeſſe uolte al' Architetto di fare un'occhio ad un tempio, ò grande, ò piccolo che'l ſia, & perauentura egli non ſapra di che grandezza lo debbia fare. Ma a ſuo proprio parere, & a complacentia d'occhio lo fara. Ma ſe portato dalla ragione, & dalle linee lo uorrà fare, non ſarà giamai da chi intende tal coſa biaſimato, & però l'Architetto miſurara la latitudine di quel ſpatio doue uorra far l'occhio, & in quella fara un mezo circolo, dipoi quello ſerrato da linee rette, et tirate le due linee diagonali, et appreſſo due altre linee da li angoli di ſotto alla ſummità del mezo circolo, doue le due linee diagonali ſuperiori interſecaranno in quelle che uanno alla ſummità, li ſara il termine di fare due linee a piombo, lequali daranno la larghezza de l'occhio, ſi come dimoſtra la figura quì a canto con l'ornamento di eſſo ſi farà, la ſeſta parte del ſuo diametro.

Verùm Architecto id quoque nonnunquam occurrere ſolet, vt ad fanum aliquod illuminandum, vel amplum lateque patens, vel anguſtum exiguumque illud exiſtat, in pariete oculum quempiam ei perfodere oporteat: nec tamen oculi huiuſce certa quantitas, definita ve magnitudo ipſi erit præſcripta, verùm id ad Architecti nutum ac libitum relinquetur: Qui niſi ſenſuum illuſionibus aſſentiri, ſed rationis monitis atq; præceptis potius obtemperare voluerit, linearumque ductu opus ſuum perficere decreuerit; in nullum reprehenſionis genus, peritorum cunctorum iudicio, vnquam incurret. Probus igitur Architectus ſpatij in quo ſedem oculo feneſtrato deſignauit, latitudine primùm dimenſa, ſemicirculoque ibi deſcripto, eum rectarum quatuor linearum ambitu vndequaque concludet: Mox duabus diagonalibus in hoc parallelogrammo per tranſuerſum collocatis, necnon duabus rectis ab infimis angulis ad ſemicirculi ipſius cacumen extenſis: vbi diagonales illæ ſuperiores duas haſcè nouiſſimas lineas, quæ ad ſemicirculi apicem modò perductæ fuerunt, contingent intercidentque; ibi termini duarum perpendicularium deducendarum conſtituentur, quæ nobis oculi effodiendi latitudinem ſtatim determinabunt, ſicut ex ſubiecta perſpici poteſt figura. Ornamenta demum adiecta ſextam diametri oculi ipſius portionem requirunt.




Et ſimilmente ſe l'Architetto vorrà fare la porta d'vn tempio proportionata al loco, prenderà la latitudine del corpo di mezo del tempio, cioè il netto, ò fra li muri ſe'l ſarà piccolo, & fra i pilaſtri ſe hauera le ale dai lati, & a queſta latitudine farà altro tanto di altezza che ſarà vn quadro perfetto, & le medeſime linee che s'è detto di ſopra formaranno l'apertura della porta, & anco daran modo di fare li ornamenti, come ſi dimoſtra qui ſotto, & ſe nella faccia di vn tempio ci andarà tre porte & tre occhi, ſi potrà ne i luoghi più piccoli vſare le

Haud ſecus etiam, ſi Architecto templi alicuius fores extruendæ proponētur, ſymmetriæ vtique memor hac incedet ratione. Medij tēpli inanem ſpatioſamque latitudinem metietur: quæ in ſacellis parietum ſtatim lateribus, in baſilicis verò, quibus alæ præteromataque, vtrinque dependent, duplici pilarum antarum ve ordine hinc indeque interiecto concludetur; cui quidem latitudini pari inſuper altitudine adiecta, quadratum mox deſignatum habebit: Deinceps iiſdem lineis quibus ad oculum templi effodiendum ian [illegible]dum vtebatur, nunc quo-

dette proportioni. Et benche, candidissimo lettore, le cose di varie intersecationi di linee sian infinite, tuttauia per non essere prolisso io gli darò fine.

que perductis,& forium apertionem & ornamentorum collocationem quamprimùm ad iustissimam symmetriam & conuenientem proportionem deducet: cuius quidem rei en tibi exemplum hic appositum & figuratum. Quòd si in sacrarum ædium fronte propter eius amplitudinem triplices valuarum apertiones, triplicataque oculorum lumina constituenda videbuntur: mediæ quidem apertioni, medioque oculo tanquam nobiliori laxior & patentior vtique sedes, extremis autem siue angularibus quasi ignobilioribus angustiores breuioresque fines, eadem vtrobique retenta proportionis specie, assignabuntur. Quanuis autem Candidissime Lector præter has, quas enumerauimus, cæteræ quoque complures, infinitæque propemodum linearum sectiones diuisionesque supersint: ne tamen prolixiores quandoque præter æquum & bonum videamur, Geometricis commentationibus modum terminumque hic statuendum esse existimamus.



Quì finisse il Primo Libro di Geometria.

IL SECONDO LIBRO DI PERSPETTIVA DI SEBASTIAN SERLIO BOLOGNESE.

Trattato di Perſpettiua, quanto à le Superficie.

SEBASTIANI SERLII DE OPTICA FACVLTATE

Liber Secundus.


ANchora che la ſottil arte della perſpettiua ſia molto difficile à ſeriuere, & maſſimamente de i corpi leuati dal piano, anzi è arte che meglio ſe inſegna conferendo preſentialmente, che in ſcritto, & in diſſegno, nondimeno hauendo io trattato nel primo Libro di Geometria, ſenza laquale la perſpettiua non ſarebbe: io mi sforzarò con quella più breue via che per me ſi potrà, darne tanto di luce a l'Architetto, che al biſogno ſuo ſarà baſteuole. Venendo dunque alla prattica & al biſogno de l'Architetto, dirò che perſpettiua è quella coſa che Vitruuio domanda ſcenographia, cioè la fronte, & li lati di vno edificio, & anco di qualunque coſa, ò ſuperficie, ò corpo. Laqual perſpettiua conſiſte in tre linee principali. La prima è la linea piana, dalla quale naſcono tutte le coſe. La ſeconda linea è quella che và al pũto, altri lo dicono il vedere, altri Orizonte, ma l'Orizonte è il ſuo proprio nome, imperò che l'Orizonte è per tutto doue termina la veduta noſtra. La terza linea è quella della diſtantia, laquale è ſempre al liuello de l'Orizonte, mà più appreſſo ò più lontano ſecondo che accaderà, come al ſuo loco ne parleremo. Queſto Orizõte l'altezza ſua ſe intẽde al liuello de l'occhio noſtro, come ſaria a dire, l'Architetto vorrà dimoſtrare vn caſamento in vn pariete, ilquale hauerà lo ſuo naſcimento dal piano, doue poſaranno li piedi de i riguardanti, in queſto caſo ſarà ragione, che l'Orizonte ſia di tanta altezza, quanto l'occhio noſtro, & ſia poſta la diſtantia nel più commodo loco di quella, s'el ſarà in capo di vn giardino, ò di vn andito: ſia la ſua diſtantia a l'entrata di eſſo giardino, ò andito, & ſimilmente in vna ſala, ò altra ſtanza ſia ſempre la ſua diſtantia a l'entrare di eſſe, ſe ſarà in vna ſtrada in vn pariete, la ſua diſtantia ſi porrà da l'altro lato al dirimpetto di eſſa opera, & ſe in tal caſo la ſtrada fuſſe ſtretta, ſarà bene ad imaginarſi maggior diſtantia, acciò li ſcurtij faccino meglio l'vfficio ſuo, percioche come la diſtantia è più lontana, le opere che ſi fingeranno l'vna dopo l'altra parerà che ſi allontanino più, ma s'è vn caſamento il naſcimento delquale ſarà più leuato da terra col ſuo principio: come ſaria per eſſempio quattro ò ſei piedi ò più: il douer vorria bene che l'Orizonte fuſſe alla veduta noſtra, come di ſopra diſſi, ma perche di queſto tal caſamento non ſi potria veder alcun piano: & anco le parti di ſopra diſcaderian troppo con diſpiacere de i riguardanti, in tal accidente ſi potrà bene prendere licentia di mettere l'Orizonte alquanto più alto delle baſi del caſamento, a diſcrettione del giudicioſo, ma non però come certi licentioſi, & di poco giudicio, che in alcune facciate di palazzi in vna altezza di piedi trenta, o quaranta fingeranno vna hiſtoria o altra coſa con caſamenti, la veduta de i quali ſarà a tale altezza, ma in queſto errore non ſon giamai caduti i giudicioſi, & intendenti huomini, come è ſtato meſſer Andrea Mantegna, & alcuni altri anchora, che doue han fatto alcune coſe ſuperiori a gli occhi noſtri: non s'è veduto di quelle alcun piano perche la buona arte della perſpettiua gli a tenuti a freno. Et però, ſi come da principio diſſi, la perſpettiua è molto neceſſaria a l'Architetto, immo il perſpettico non farà coſa alcuna ſenza l'Architettura, ne l'Architetto ſenza perſpettiua, & che ſia il vero conſideremo vn poco gli Architetti del ſecolo noſtro nelquale la buona Architettura hà cominciato a fiorire. Bramante ſuſcitatore della bene accompagnata Architettura, non fù egli prima Pittore & molto intendente nella perſpettiua prima che'l ſi deſſe ad eſſa arte. Il diuino Rafaello da Vrbino non era vniuerſaliſſimo Pittore, & molto inſtrutto nella perſpettiua, prima che operaſſe ne l'Architettura. Et così molti altri, che per breuità tralaſcio; & così cominciando dalle coſe baſſe andarò procedendo gradualmente alle più alte, per quanto potrà l'ingegno mio.

Optica Superficierum ipſarum Pertractatio.

QVanuis ſubtiliſſima illa facultas, quam Opticen appellant, propter corporum præſertim è planis in ſublime ſeſe attolentium naturam & conditionem eam difficultatem præſeferat, vt literarum monumentis vix queat commendari; quinimo longè melius atque facilius familiari collocutione, aſſiduaque ipſorum corporum tractatione, quàm ſcriptis aut deſignationibus explicetur: Cùm tamen in ſuperiori volumine de Geometria, ſine qua Proſpectuum ſcientia conſiſtere minimè poſſet, ſatis ſuperque diſſeruerimus; Optices quoque breuem quandam, & quantum ratio ædificatoria poſtulare videtur, in præſentia cognitionem afferre contendemus. Opticen eam nunc eſſe definiemus, quæ ædificiorem, necnon ſuperficierum & corporum generatim frontes lateraque perpendit, & à Vitruuio Scenographiæ nomine donata fuiſſe videtur. Hæc autem, quam Opticen dicimus, ex tribus lineis potiſſimum conſtituitur atque formatur. Prima quidem linea plana, ex qua cætera deinde originem ducunt, appellatur. Altera autem ad ſignum, quod nonnulli viſum, nonnulli verò, & rectius quidem, Horizonta tanquam viſus noſtri terminatorem finitoremque vocitarunt, extenditur atque pertingit. Poſtrema demum diſtantiæ linea nuncupatur, quæ ad Horizontis libellam perpetuò conſtituta modò ei propinquior, modò ab eodem remotior, quemadmodũ aliàs demonſtrabitur, exiſtit. Horizontis autem altitudo ad oculi noſtri libramentum ſemper eſt efferenda: Verbi cauſa ſi ædem aliquam Architectus, quæ ab imo ſolo ſpectantium pedibus attrito prima ſui exordia initiaque deſumpſerit, in pariete exprimere, & referre voluerit; Horizontis ipſius altitudo oculorum noſtrorum aciei primùm eſt adæquanda, necnon diſtantia ex commodiore atq; opportuniore propoſiti loci regione eſt deducenda: Si nanque ædes in horti aut ambulationis cuiuſpiam fronte fuerit deſignata, diſtantia in ambulationis hor[illegible]e propoſiti faucibus conſtituetur: Quod ſi forte fortuna viæ anguſtiores videantur, vt abſcedentium proſpectuum ratio conueniens ac ſymmetria ſeruetur, eas vtique laxiores amplioreſque mente concipiemus: Quò enim diſtantia fuerit maior, longiuſque extiterit interuallum; quæ ſibi inuicem ſuccedentia ibi effinguntur ſimulachra, ab oculis noſtris eò magis magiſque remoueri exiſtimabuntur. Quòd ſi deſignandarum ædium origo atque veſtigium quatuor vel ſex vel plurium pedum altitudine ſolum ipſum exuperare, Horizon, vt iam admonuimus, ad viſum profectò collocandus videretur: verùm quia nulla prorſus ædium planices ſpectantibus appareret, ſuperioraque inſuper haud mediocri quidem intuentium offenſa incommodoque nimis abrupta ac præcipitia viderentur, idcirco ſupra ædium ipſarum baſes Horizontem nonnihil efferre & collocare tunc æquum eſſe ducemus, quod prudenter tamen & accuratè efficiendum cenſemus. Nec enim nonnullorum inſcitia & arrogantia nobis probatur, qui in ſumptuoſorum ædificiorum frontibus triginta aut quadraginta pedum altitudine hiſtoriam, vel aliud quippiam conſimile figurandum iudicarunt, ædium quoque imaginibus in loca tam ardua tamque ſublimia congeſtis. Verumenimuero in huiuſcemodi errata nunquam mehercle præclaros ac ſapientes viros prolapſos fuiſſe videmus: quinimo Andream Mantiniam, nonnulloſque inſuper illuſtres opifices, ſi quando imagines & ſimulachra oculis noſtris longè ſuperiora in excelſo quopiam ac edito loco collocanda duxerunt, Optica facultate eos admonente, nullam prorſus planiciem ſubſternendam eſſe exiſtimarunt. Quapropter nos, ad munus noſtrum abſoluendum iam accingamur: atque, vt probatum ordinem & laudabilem modum in ſcribendo retineamus, ab infimis & facilioribus ad ſuperiora difficilioraque gradatim aſcendemus.


ET perche dalle cose minime si và alle maggiori, comincierò à dar il modo di collocare vn quadro perfetto in scurzo, dalquale nasceranno poi tutte l'altre cose. La base di esso quadro sarà, A, G, l'altezza dell'Orizonte come s'è detto, se imaginerà a liuello dell'occhio, & sarà I, alquale concoreranno tutte le linee, ma prima sian tirate le due linee da i lati A, G, e dipoi continuata la linea piana G, K, in longitudine, & così la linea dell'Orizōte paralella a quella, & quanto se vorrà star lontano a guardar esso quadro: tanto si discostarà da H, che sarà come al punto I, & questo sarà la distantia, ma da A, fin a I, sia tirata vna linea: & doue quella intersecarà la linea perpendicolare H, G, che sarà B, li sarà il termino del quadro in scurzo, come si dimostra nella figura qui auanti, & volendosi far più quadri l'vn dopo l'altro partendosi da l'angolo primo sopra A, fin al punto I, doue quella segarà la linea perpendicolare, che sarà C, li sarà il termine del secondo quadro, & così da l'angolo superiore del secondo quadro sopra A, si menarà vna linea fin alla distantia, & doue quella toccara la linea à piōbo, che sarà D, li sarà il termine del terzo quadro, & così si potrebbe seguitare fin sotto à l'Orizonte con questa regola.

CVm igitur, in scientijs à simplicioribus ad summa, sit contendendū: quanam ratione perfectum absolutumque quadratum, vnde cætera postea deducentur, inflexo inclinatoque situ collocandū videtur, tradendum inprimis existimamus. Proponatur quadrati constituendi basis A G, Horizontisque altitudo, quemadmodum supra admonuimus, ad oculi ipsius aciem æquata & perlibrata intelligatur; & in I signo exempli gratia, quò omnes lineæ concurrunt, Horizon ipse modò ponatur: Necnon ab A & G propositæ basis extremitatibus duæ lineæ vtrinque in Horizontali angulo terminantes excitentur: Lineaq; plana A G in continuum & directum ad k signum vsque producta, Horizontalis linea æquali spatio ab ea, parique interuallo vbique distans extendatur; & quò e longinquiori quadratum designandum intueri libuerit, eò amplius ab H signo recedemus: at nunc I signo distantiæ constituto ac definito, ab A ad I rectam ducemus. In quocunque autem signo linea A I perpendicularem H G tetigerit atque secuerit, quod quidem in B modo contingit, ibi terminum inflexi inclinatique quadrati mox statuemus, quemadmodum ex subiecta figura quiuis percipere potest. Quòd si plura insuper quadrata eadem ratione gradatim decrescentia designare libuerit, ab angulo supra A mox constituto ad I rectam aliam extendemus: signumque C, quo ipsa eandem G H perpendicularem abscindit, quasi terminum alterius diminuentis quadrati capiemus. Itemque ab angulo superiori secundi huiusce quadrati ad A conuerso, recta ad I vsque distantiæ signum perducatur: & puncto D, quo ipsa perpendicularem intercidit, tertij quadrati fugientis metam atque terminationem definiemus.




La regola che hò dato qui sopra, è probabile, & bonissima per virtù della linea H, G, che si addomanda la linea del squadro: nondimeno per essere molto intricata de linee, & anco più longa, questa qui à canto è più breue, & più facil via dell'altra. Perche tirato il lato del quadro A, G, & le due linee dalli lati a l'Orizonte, anchora continuate le due linee parallele, cioè quella del piano, & quella dell'Orizonte: & quanto si vorrà star lontano a mirar l'opra, tanto si allontana dall'angolo G, doue sarà I, K, & li sarà la sua distantia: dalla quale si tirarà vna linea fin à l'angolo A, & doue quella segarà la linea G, P, li sarà il termine del primo quadro, & volendone far de gli altri vn dopo l'altro, si farà come è detto di sopra. Et benche per diuerse vie si tira vn piano in perspettiua, io nondimeno hò eletto questo modo per il più breue, & più facile da mettere in scrittura.

Regula à nobis hactenus tradita ac assignata ex H G, quæ normæ linea appellatur, totam vim, omnemque robur suum desumpsisse videtur: at cùm prolixior, & propter linearum anfractus perturbata quodammodo existat, alteram & breuiorem & simpliciorem vtique hic apponemus. Quadrati nanque latere A G ad k vsque signum producto atq; continuato, duabusque lineis ex vtroque latere cum Horizonte connexis & copulatis; necnon duabus parallelis, altera Plana, altera Horizontali in perpetuam longitudinem extensis atque deductis; oculique interuallo ab angulo G modò longiori modò breuiori ad intuentium libitum constituto, & I k distantiæ lineam significante, ab eaque ad angulum A recta quadam in radij morem emissa: vbi radius hic lineam G P dissecuerit, ibi quadrati prioris terminus mox annotabitur & statuetur. Quòd si cæterorum etiam quadratorum seriem gradatim tibi proposueris describendam, ad superiorem figuram statim confugito, eiusque designationem ad vnguem imitator.




Diuersi piani, & diuerse distantie è necessario hauer gli familiari, & perciò il piano quì à canto ilqual'è di più quadri, cosi si farà. Sia tirata la linea piana A, B, di quella longitudine che hauerà da essere l'opera, & sia diuisa in tante parti quanti quadri vorrai fare in latitudine, & tutte quelle tirate a l'Orizonte, che sarà P, dipoi si metterà la distantia quanto lontana si vorrà, ma quì non si troua il termine di essa distantia per non ci essere spacio, ma essa è tanto lontana da l'angolo A, quanto è vna volta & meza longa la linea piana, laqual linea essendo di quattro quadri in longhezza, il primo quadro contiene in se sedeci piccoli quadri, & cosi tirata vna linea da l'angolo B, alla distantia doue quella segarà le linee che van à l'Orizonte, li saranno li termini de i quadri in scurtio: che saran sedici, onde formati i detti quadri con le linee parallele a quella del piano. Et volendone formar de gli altri in più lontananza: dalla quarta linea sopra il B, sia tirata vna linea alla distantia, & doue quella toccarà le linee che van a l'Orizonte, li saran li termini li altri quattro quadri per ogni lato: che saran pur sedici, & il medesimo farai dalla ottaua linea sopra il B, tirando vna linea de lì alla distantia, & formarai come ho detto di sopra altri sedeci quadri, seguendo più oltra quanto vorrai, & le linee in capo delle quali è il D, tutte concorreno alla distantia.

Complurium quidem planorum, frequens meditatio, necessaria esse conspicitur. Quapropter nos plani hic appositi, quod ex compluribus constat quadratis, compositionem interpretandam aggrediemur. Linea quidem plana A B pro operis conficiendi producatur, quæ in tot segmenta, quot quadratorum construendorum designata postulabit latitudo, diuidetur; & à cunctis segmentis ad P signum Horizontale rectæ extendentur: Postmodum distantia ab Horizonte maiori aut minori remotione, seu longiori breuiori ve interuallo ad libitum constituta; & hic quanuis propter inopiam spatij terminum suum suamque metam minimè fuerit assecuta, ab angulo A pro lineæ planæ integra dimidiaque insuper longitudine distante: cùm plana ipsa linea quatuor quadratorum conficiendorum spatio in longitudinem porrigatur, primum quadratum sexdecim minora, complectetur quadrata. Ab angulo enim B ad distantiam vsque recta quadam extensa, signa cuncta, quibus recta hæc Horizontales lineas intercidet diuidetque, quasi fines ac termini sexdecim diminuentium quadratorum capientur: Quamobrem quatuor parallelis ab ipsa plana linea pari interuallo vbique distantibus, & per signa modò notata transeuntibus perductis, omnia iam commemorata quamprimùm consurgent quadrata. Quòd si alia insuper quadrata à plana ipsa linea remotiora adhuc designare volueris, ab extrema quarti ordinis parallela supra B consistente ad propositam distantiam rectam alteram priori omnino consimilem perducito: & signa communem rectæ huiusce, lineacumque Horizontalium contactum indicantia terminos quatuor quadratorum singulis classibus distribuendorum tibi quamprimùm significabunt.




Et s'el si vorrà fare vn piano di quadri grandi circondati da fascie, sia fatta vna linea piana A, B, & sopra essa sian partite le fascie & i quadri a volontà de l'huomo, & tutte quelle linee sian tirate à l'Orizonte. Dipoi la distantia cosi da l'angolo B, alla distantia, sia menata vna linea che sarà D, B, & doue quella intersecarà le linee Orizontali, iui saran li termini de i quadri, & delle fascie, & similmente volendosi fare più quadri: sia tirata vna linea da l'angolo superiore della quarta fascia a l'Orizonte, & doue quella segarà le linee, che và a l'Orizonte: li saran li termini di esse fascie, & de i quadri, & il medesimo si farà de gli altri, & la distantia di questa figura è tanto lontana dal A, quanto è longa la linea piana, & in questi quadri volendosi fare diuerse forme come saria mandole cioè vn quadro ne l'altro quadro, croce, otto faccie ouero sei, io dimostrarò più auanti il modo con breuità.

At si planum aliquod comitatu fascijs quibusdam vndique circunfusis. Exponatur linea plana A B, quæ tum in latiora quadratorum intermediorum spatia, tum etiam in angustos fasciarum vtrinque dispositarum calles ad libitum nostrum diuidatur, & à segmentis ad Horizontem rectæ complures perducatur: Postmodum, distantia constituta, ab angulo B ad ipsam distantiam B D recta contendat: quæ vbicunque Horizontales lineas secuerit, ibi fines & quadratorum designationibus, & fasciarum marginibus conuenientes statuentur. Item si amborum numerum adaugere & multiplicare volueris, à summo quartæ fasciæ ipsius angulo ad propositam distantiam rectam extendito: quæ quocunque in lineas Horizontales iucurret, ibi signa notata quasi termini proprij fasciarum quadratorumque secundis classibus instruendis distribuentur. Distantiæ verò signum in præsenti figura ab angulo A tantum vtique aberit, quantum planæ ipsius lineæ extenditur longitudo. Quanam autem ratione in hoc quadratorum genere diuersæ figurarum formarumque species, modò Amygdalæ, quadrato scilicet intra quadratum extructo, modò crucis imaginem referentes, nec non exagonæ insuper octogonæque sunt collocandæ; breui dilucidaque simul, ni fallor, oratione exponemus.




La figura quì auanti dimostrata è vn quadro, dentro del quale è vn'altro quadro della medesima grandezza, mà li angoli di quel di dentro toccano li lati di quello di fuori, mà posto in scurzo rappresenta vna mandola, il modo da formare essa figura è questo. Prima si farà vn quadro come da principio hò dimostrato, prendendo quella distantia, che si vorrà, & in esso quadro se tiraran le due linee diagonali cioè da angolo ad angolo, dipoi le linee in croce, & dal mezzo de i quattro lati saran li angoli del quadro interiore, & in ogni quadro in scurzo si potrà accommodare questa figura senza cercare altra distantia ne Orizonte.




Figura, quam hic descriptam intueris, quadrati aliud intra sese pari maguitudine quadratum ambientis exemplar tibi demonstrat, ita vt quadrati interioris anguli latera exterioris vndequaque contingant: verùm in diminuente quadrato forma hæc collocata Amygdalæ speciem quandam præseferre videtur. Primùm, vt in superioribus habitum fuit, quadratum, quacunque distantia ad libitum hominis capta, conficietur: mox que ab angulo ad oppositum angulum duæ diagonales transuersa perducantur, duæque lineæ ad angulos rectos decussatim postmodum subiungantur: quibus expeditis media singulorum quadrati exterioris laterum signa notata quatuor interioris quadrati angulos nobis statim suppeditabūt. Præsensque figura, absque vlla prorsus distantiæ vel Horizontis molesta inquisitione, cuicunque decrescenti quadrato perbellè aptari accommodarique potest.

Nella figura prossima si dimostra vna croce di quattro lati eguali, & è posta in vn quadrato perfetto, la linea piana di esso quadrato, è diuisa in cinque parti, & vna di esse è la larghezza della croce donde son tirate le linee à l'Orizonte, & appresso tirate le linee diagonali, & quelle dimostrano chiaramente la croce formata, laqual croce si può accommodare in qualunque quadro che scurza.




Alterum autem, quod hic apposuimus, diagramma crucem ex quatuor æquis lateribus conflatam, & in perfecto absolutoque quadrato collocatam repositamque demonstrat; cuius quidem quadrati linea plana in quinque portiones diuisa, media earum crucis ipsius latitudini designatur: lineisque Horizontalibus extensis, necnon diagonalibus insuper ductis, crucem mox distinctam formatamque habebis, quæ in quocunque nimirum diminuente quadrato collocari optimè potest.

La forma ottogona, cioè di otto faccie, si mette in perspettiua per diuerse vie, & ciascheduna assai difficile, mà perche in questa mia fatica, si come ancora nelle altre, voglio esser sì breue & facile quanto à me sarà possibile, io ne hò eletto vna molto facile. Tirato adũque vn quadro in perspettiua, sian fatto della linea piana dieci parti & lassandone tre per lato, & quattro nel mezzo, sian tirate le linee à l'Orizonte, dipoi le line diagonali si tireranno, & doue quelle che van a l'Orizonte, se interseçaranno con le diagonali, sian tirate le due linee di mezzo parallele alla linea piana, & doue quello toccheranno li lati del quadro, & così doue giungeranno le linee di mezzo che uan a l'orizonte, la linea di sotto & quella di sopra di essi quadri: quiui saran li termini de gli angoli de otto faccie, come chiaramente si dimostra quì sotto.



Octogona figura octo laterũ numero circunscripta cõpluribus quidem rationibus, eisque difficilioribus ad prospectum deduci solet: cùm tamen tum in præsentia, tum vbique locorum breuitati simul atque facilitati quammaximè studeamus, è cunctis vnam cæteris lõgè faciliorem expeditioremque seligemus. Quadrato igitur aptè appositeque inprimis ad prospectum accommodato, linea plana in decem ęqua segmenta mox secetur & diuidatur; ac tribus vtrinque, quatuorque in medio segmentis relictis, lineę Horizontales primò, diagonalesque postremò ducantur, & à communibus Horizontalium atque diagonalium intersectionibus. duæ mediæ lineæ à plana ipsa linea æquè distantes ad vtranque partem extendantur: & vbicunque tum hæ parallelæ quadrati maioris latera, tum mediæ Horizontales extremas, imam videlicet summamque, quadratorum nimirum lineas offendent; ibi fines angulis octogonam figuram complectentibus statuentur, quemadmodum ex præsenti clarissimè habetur descriptione.


La via breue per tirar in perspettiua la figura essagona, cioè di sei faccie sarà questa. Sia prima tirato vn quadrato perfetto, come s'è detto di sopra, a quella distantia che al proposito tornarà, & della linea piana di esso quadro ne sian fatte quattro parti eguali, due si daranno alla parte di mezzo, & vna per lato si lassarà tirando le linee a l'Orizonte, & appresso si tireranno le linee diagonali, nel mezzo delle quali si tirerà vna linea parallela a quella di sotto, & toccando il lato destro & sinistro del quadro, li saran due angoli, & doue le due linee che van a l'orizonte, tocaranno le linee inferiori & superiori, iui saran li altri quattro angoli, & così sarà formata la forma essagona tirando poi li lati de l'essagono da vn punto a l'altro.




At nunc exagonam quoque, quæ ex laterum numero circunuallatur, figuram ad prospectum deducendi rationem modumque doceamus. Perfecto inprimis absolutoque quadrato, vt iam diximus, in commodiori distantia collocato, & planæ ipsius linea in quatuor æquas portiones diuisa, duæ mediæ medio spatio, duæque angulares spatij extremis distribuantur: moxq; tum Horizontalibus tum diagonalibus lineis extensis, à signo communem diagonalium contactum indicante linea ipsi planæ parallela ad ambas partes ducatur. Vbi hæc parallela duo angularia quadrati, dextrum videlicet sinistrumque, latera offendent; ibi duo extremi rectique anguli constituentur: Item vbi mediæ Horizontales imam summamque quadrati eiusdem lineam attingent, ibi quatuor reliqui anguli obtusi medij quapponentur: Quibus iam expeditis, & ab angulis ad propinquiores angulos lineis perductis, exagonum sex lateribus munitum ac terminatum quamprimùm habebis.

Quì à dietro hò dimostrato come si debbono fare le superficie semplici, cioè quadri in più modi essagoni & ottogoni: hora dimostrarò come si debbono fare duplici, cioè circondare ogni forma semplice da vna fascia. Formata adunque la semplice superficie essagona, come quì à dietro hò dimostrato, quanto vorrai che sia larga la fascia, tanto larga la formarai dalla destra & sinistra banda del quadro nel quale è la forma essagona: & tirerai le dette linee à l'Orizonte tutte di punti, che si dicono linee occulte: & doue quelle segaranno le linee diagonali similmente sopra l'intersecationi tirerai due altre linee parallele, vna da basso, & l'altra da alto, nelle parti interiori d'esso quadro, & sian tal linee di punti doue il quadro sarà di già circondato da vna fascia, & appresso da tutti li angoli de l'essagono al centro tira linee occulte di punti: & doue quelle intersecaranno sopra le quattro linee interiori, che circondano il quadro, iui saran li termini de gli angoli interiori de l'essagono, & così da termino à termino menarsi le linee, & sarà formata la fascia che circonda detto esagono.

Quibus rationibus simplices puræque superficies, tum quadratæ cõplures, tum exagonæ, tum octogonæ sunt designandæ, ipsique prospectui accommodandæ, hactenus quidem tradidisse videmur: modò reliquum est vt duplicium commixtarumque, quæ simplicibus singulis fasciam quandam ambientem circumponunt, constitutionem compositionemque aggrediamur. Exagona igitur simplicique superficie, quemadmodum postremò docuimus, formata; eaque pro fasciæ circumponendæ spatio ac latitudine vtrinque relaxata, quadratique ipsius, in quo forma hæc exagona collocatur, latera, tam dextrum videlicet, quàm læuum, feriente; præter superiores Horizontales duas alias occultas, & punctis tantummodo designatas lineas ad Horizontem item perducemus: & duas alias insuper parallelas, alteram imam, alteram autem summam à diagonalium, occultarumque Horizontalium contactibus in interiori quadrati ipsius spatio ad vtranq; partem extendemus: quæ quidem duæ parallelæ non secus ac duæ illæ Horizontales punctis tantummodo designentur, & iam quadratum fascia circunuolutum habebimus. Ab omnibus angulis deinde exagoni designati ad centrũ vsque lineis punctim & occultè cõtinuatis, signa, quibus hæ quatuor lineas interiores, duas videlicet Horizontales duasq; parallelas quadratum intimũ circuncludentes abscindent, quasi fines ad exagoni interioris angulos describendos accõmodati capientur: moxq; ab vno termino ad terminũ alterum lineis extensis, fasciã ac zonam exagonũ hoc intimum vndequaq; complectentẽ iam perfectã & elaboratã habebis.




Similmente si farà della forma ottogona, laqual sarà formata dentro vn quadrato, & quello circondato di vna fascia di quella latitudine che vorrà l'huomo, & dipoi da tutti li angoli di esso ottogno sian tirate linee al centro, & doue quelle toccheranno le linee interiori della fascia: li saranno li termini degli angoli de l'ottogono interiore & così da angolo ad angolo sian tirate le linee, & sarà formata la fascia che circonda essa forma. Queste forme si possono accommodare in qualunque quadro che sia in vn piano tirato in perspettiua, ne fa di mestiero cercar altra distãtia, mà solamente seguitare la regola data quì sopra & questa forma ottogona, & così le fascie che la circondano si potrebbono ridurre in vna rotõdita, prẽdendo il mezzo di tutti li lati, et con la destrezza della mano menare esse linee circolari, così di dentro come di fuori, õde la forma prenderia la sua rotondità.



Idem pariter artificium ad Octogoni ipsius cõduplicationem faciendam adhibebimus: Octogona nanque figura, quemadmodũ suprà docuimus in exteriori quadrato primùm constituta, deinde interiori quadrato à fascia cuiuscunque latitudinis voluerimus circunsepto, à cunctis Octogoni ipsius ãgulis obscuras quasdam lineas ad centrum postmodũ deducemus; quæ vbi fasciæ intimas lineas attingent, ibi termini interioris Octogoni angulis componendis statuentur: Vnde ab angulo ad proximum angulum lineis perductis, fasciam prædictũ Octogonum circumplectẽtem mox completam absolutamque cõspiciemus. Formæ autem, quæ hactenus à nobis commemoratæ fuerunt, in quouis quadrato, quod in plano iaceat ad prospectum accõmodato, reponi collocari ve queunt: nec propter distantiam inueniendã laborare nos quicquam oportet sed regulam modò assignatam tantummodo persequemur.

Benche qui à dietro hò dimostrato come della forma ottogona se potrebbe fare vna rotondità, la quale nel vero faria bene l'vfficio suo: nondimeno ci è vna via più sicura, & che tende più alla perfettione, percioche quella forma circolare la qual sarà di più lati, prenderà meglio la sua rotondità. Ma per formar questa è necessario fare vn mezzo circolo: & di quella circonferentia farne tante parti eguali quanto vorrai: pur che sian pari, & quanto saran più parti, la rotondità prenderà più perfetta forma. Mà in questa quì a canto il mezzo circolo sarà di otto parti, onde il tutto sarà sedici. Tirata adunque la linea piana sopra il mezzo circolo, & tutte quelle parti di essa circonferentia portate à piombo sopra essa linea, & esse parti tirate a l'Orizonte, & fatta elettione della distantia, sia formato vn quadrato serrato da quattro linee, dipoi sian tirate le linee diagonali, & doue esse linee intersecaranno l'orizontali sian tirate tante linee rette parallele, le quali formaranno in esso quadro sessantaquattro quadri, liquali saran maggiori nella parte interiore, & minori alli lati estremi di esso quadro, sia cominciato nel mezzo poi d'vn de i lati di esso quadro a fare vn punto: che sarà l'angolo di vn picciolo quadro, & vn'altro punto à l'opposito angolo, & così da angolo ad angolo facendo punto, sempre per linea diagonale: verrà formata di punti la rotondità perfetta, & da punto à punto con la diligente mano sian menate le linee circolari: percioche col compasso non si possono fare, & sarà perfetta essa rotondità in perspettiua, & questa figura, discreto Lettore, ti conuiene hauer familiarissima, dellaquale à molte cose ti potrai seruire, si come à suoi luochi ne parlerò.

Etsi, quopacto ex octogona superficie rotunda figura satis aptè deducatur, tradidisse videmur, aliam tamen hic tutiorem octogonę superficiei rotundandæ subiungemus rationem. Vt igitur propositum assequaris, semicirculum inprimis te circunducere oportet; eiusque peripheriam in tot æqualia, quot libuerint, partieris segmenta, dummodo cuncta in vnum composita parem aliquem numerum conficiāt. Quantò autem in plura eam deduces segmenta, tantò rotundior forma vtique euadet. Verùm in subiecta figura semicirculum in octo distinximus portiones; adeò vt tota postea circinatio, sexdecim æqua complectetur segmenta. Plana igitur linea vna eademque cum semicirculi ipsius diametro existente, à cunctis peripheriæ segmentis perpendiculares ad eam perducantur, moxque ab eiusdem diuisionibus rectæ lineę ad Horizontem contendant. Postmodum, distantię habito delectu, quadratum quatuor lineis conclusum designetur: diagonijsque productis, à signis, quę communem diagonalium harum ac Horizontalium linearum contactum demonstrāt, tot quoque parallelæ ad ambas partes extendantur; moxque quatuor & sexaginta quadrata sese conspicienda exhibebunt: quę in medio quadrati ipsius sinu laxiora, sub extremis autem quadrati eiusdem finibus terminis ve angustiora vtique apparebunt. Medio postea lateris quadrati maioris accepto, signum ibi primùm notetur, deinde aliud signum in opposito quadrati eiusdem minimi angulo constituatur: & consimili deinceps ratione ab angulo ad oppositum angulum signis in diametri morem instructis termini complures in orbem sese conuoluentes iam stare cōspicientur. Postremò à signo ad signum flexuosis quibusdam lineis docta manu, quàm vlla prorsus circini ipsius ope figuratis, diminuentem & ad Opticas leges constructam rotunditatem ad exoptatum finem perduces. Præsentem autem designationem, studiosissime Lector, tibi sæpius versandam pro nostra authoritate præcipimus.




Mà più auanti ti conuien procedere, & circondare essa rotondità da vna fascia, laquale quanto la vorrai larga tirerai il mezo circolo nella parte interiore & le medesime parti andando al centro farai nel circolo minore, & quelle portate à piombo sopra la linea piana, mà sian de punti per non confondere le altre linee, & quelle medesime tirate à l'Orizonte, doue toccheranno le linee diagonali iui sarà il termine della fascia che circonda il quadro, & così da tutti li angoli della prima rotondità sian tirate linee al centro pur di punti, & doue

Insuper rationem, qua rotunditatem mediam fascia vndequaque ambiente constringere possis, meditare. Quamprimùm igitur fasciæ latitudinem definieris, interiorem semicirculum ab exteriori distantem circunducito: ambasque peripherij earundem rectarū per vtrasque ad commune centrum definentium auxilio in æqua consimiliaque segmenta diuisis, ab interioris hemicycli segmentis ad planam lineam perpendiculares perducito: verùm omnes hæ nouissimæ lineæ superioribus adiectæ, propter confusionem euitandam, punctis quibusdam


quelle intersecaranno le linee di punti che vanno a l'Orizonte, li saranno li angoli da formare la interiore circonferentia tenendo il modo che si è detto di sopra: come si dimostra qui di sotto. Ne ti rincresca, ò studioso di questa arte, di faticarti bene intorno à queste due figure lequali son certo, che à molti saran difficili percioche senza queste non si possono fare molte cose che accadono, et con questi si faran tutte le cose a chi le hauerà ben familiari.

minutioribus designentur: Perpendicularibusque ad Horizontē vsque punctim continuatis, vbi rectæ a minoris semicirculi extremitatibus ad Horizontē ipsum extensæ diagonales linea abscindent, ibi termini fasciæ quadratum interius ambientis statuentur: Mox ab angulis omnibus amplioris rotunditatis lineæ punctis item signate ad centrum confertim omnes proficiscantur, quæ vbi in Horizontales lineas punctis minutioribus adumbratas incurrent, ibi anguli ad interiorem circunferentiam siue rotunditatem formandam accommodati capientur. Postremò ab angulo ad angulum linearum flexibus manuum opera circunductis, quemadmodum subscripta patefacit figura, rotunditatem fascia vndequaque circunligatam & irretitam habebis. Nec te, duabus hisce propositis designationibus quanuis difficilioribus diutius insistere, pœniteat: nec enim absque earum cognitione opera complura, quorum sæpe sæpius indiget vsus decenter construi queunt.



Accade molte volte à l'Architetto di voler dimostrare vno edificio di fuori, et di dentro, per ilche sarà ben cosa sicura, et breue, hauer primieramente fatto tutta la pianta de l'edificio in perspettiua, et dipoi leuar su dal piano quelle parti che gli vorrà che si veggono, et l'altre parti lasare su'l piano per dinotare il rimanente de l'edificio, onde volendosi mettere in pespettiua vna pianta, sarà necessario, volendola far bene, di fare essa pianta in propria forma, et da quella tirarla in perspettiua, però io hò formato vno edificio tutto vacuo, acciò che'l sia più facile à comprendere per questo abozzo, mà hauendo l'huomo familiare questa via, potrà ben poi altre cose più difficili tirarle in perspettiua. Il modo à tirar questo in scortio non mi faticarò molto à descriuerlo, percioche gli è così facile et chiaro, che ben si comprende, perche portate tutte le linee che si portano da gli angoli, et da i lati delle cose in propria forma: sopra la linea del piano che vorrai fare in scortio: et dipoi quelle tirate à l'Orizonte, et fatta elettion della distantia poi serrata la quadratura del quadro in scortio: et appresso tirate le due linee diagonali: quelle dimostrano la via di formar tutte le colonne, et pilastri, di maniera ch'egli è impossibile à fallire, et massimamente à coloro che saran bene instrutti delle cose dimostrate più adietro.


Verùm id insuper Architecto nonnunquam occurret, vt ædificium aliquod tum exterius, tum etiam interius oculis nostris subijcere velit. Quapropter si certo quodam & compendioso itinere propositum suū assequi cupiet, totius ædificij aream opticè eum inprimis constituisse oportebit: mox à planicie, fabricæ ipsius partes conspiciendæ excitabuntur; cæteris in eodem plano ad reliquas ædificij partes significandas derelictis. Si igitur area aliqua ad Opticas leges erit nobis effingenda, vt rectam eius designationem efficiamus, primò quidem propriam ipsius formam figuramque describemus, moxque eam ad prospectum accommodabimus ac traducemus: Quod nempe vt facilius percipi possit, vacuum vndique & inane hoc ædificium apposuimus. Idque firmissimè tibi persuadeas velim, si designationum harum nostrarum vim ac artificium perfectè cognoueris, te alia quoque his longè difficiliora ad prospectuum rationem quamprimùm fore deducturum. Quopacto autem præsens ædificium à nobis figuratum paulatim diminui & contrahi debeat, cùm per se patens ac manifestum hoc esse videatur, haud est profectò quòd in huiusce rei explicationem multum laboris insumamus. Singulis namque lineis ab angulis & lateribus rerum earum, quæ proprijs formis designatæ circunscriptæque fuerunt, ad planiciei ipsius, quam abscedentem quodammodo, & fugientem efficere volumus, lineam translatis atque perductis, mox que eisdem cum Horizonte copulatis, necnon commodioris distantiæ habito delectu, & diminuente quadrato insuper concluso ac circunsepto, duabusque diagonijs tandem extensis: hæ columnarum omnium, cunctarumque pilarum collocationem atque conformationem citra vllum errorem nobis suppeditabunt. Quæ quidem eò facilius consequemur, si, quæ ex superioribus iam didicimus, memoria firmiter tenaciterque retinuerimus.



La seguente figura è alquanto più difficile della passata, perche procedendo per gradi: più facilmente si comprendono le cose, & sopra il tutto chi vorrà bene instruirse di tal'arte: non è da lassarsi indietro cosa alcuna: anzi metterci ogni suo studio per intendere bene il tutto, & prenderne diletto & piacere, ma chi uorrà passare questa & quell'altra figura doue trouarà qualche passo difficile da intendere: benche però mi son sempre sforzato di fuggire le difficultà, egli farà poco profitto in questa arte. Il modo adunque di tirar la presente figura in perspettiua, si comprende chiaramente senza dirne più oltra: ma si dee seguitare il modo che si è detto nella passata carta, & auuertir sempre a questo, che le linee diagonali son quelle che reggono ogni cosa intersecandole con le Orizontali. Et benche molte & diuerse piante intorno a questo suggetto: si potrebbono fare, nondimeno per hauer da trattare di molte cose, queste due saran basteuoli circa a tal materia, perciò che'l studioso Architetto con questa poca luce, ne farà dell'altre al suo proposito secondo gli accidenti, & cosi volendo egli dirizzare sù quelle parti che'l vorrà dimostrare: sarà necessario far il diritto in propria forma misurato con la istessa misura con la quale fù fatta la pianta, & dipoi con lo squadro sopra la pianta in scurtio dirizzare tutte le parti, come più chiaramente ne parlerò al suo luoco.

Subsequens figura præcedenti difficilior aliquantulum magisque inuoluta esse videtur: à patentioribus nanque ad obscuriora, atque à simplicioribus ad magis composita gradatim proficiscendo rerum cognoscendarum veritas humanis mentibus facilius nimirum illabitur imprimiturque. Quod quidem institutum si ad artis facultatis ve vllius confert explicationem, ad Architecturæ inprimis scientiam tanquam cæterarum longè difficillimam percipiendam addiscendamque profectò conducet: Quinimo si quis in hac celeberrima præstantissimaque facultate longius progredi & quammaximè excellere concupierit, nihil vtique oscitanter ipsi prætereundem existimamus: verùm omnes neruos potius, vt aiunt, ad singularum rerum intelligentiam assequendam intendet, & horum studiorum vehementissimo flagrans amore in ea totus denique incumbet. At siquis rerum difficultate perterritus, modò hac modò illa subobscuriori designatione sibi oblata, citra vllam animaduersionem conniuentibus oculis eas prætererit (etsi facilitati & claritati in dicendo quammaximè certè studemus) id illum inprimis admonitum volumus, eum in hac facultate parum admodum profecturum. Quanam igitur ratione ad prospectum subiecta deducatur figura, absque vlla prorsus explicatione facillimè percipi potest: quæcunque enim in altera designatione modò à nobis tradita præceptaque fuerunt, hic denuo quoque sunt iteranda ac repetenda. Id vnum in præsentia subiungemus, communes diagonalium atque Horizontalium intersectiones eas vtique fore, quæ totum hoc opus moderabuntur. Quanuis autem duabus iam descriptis cæteræ quoque complures arearum species superaddi possent, cùm tamen ad alia sit nobis in præsentia properandum, duas hasce tantùm proposito nostro satis superque fore existimamus: industrius nanque & perspicacissimus Architectus harum exemplar intuitus ac imitatus alias quoque, quotquot ei occurrerint, promptè expediteque designabit. Quod si conspicuas etiam nonullas ædificiorum partes ab ipsa planicie educere atque in altum extollere ipsi libuerit, propriam antea partium assurgentium formam, eademmet prorsus areæ accepta obseruataque mensura, describet: moxque regula normaque opitulante, super diminuentem aream partes easdem eriget & excitabit, quemadmodum vberius diffusiusque postea offendemus.






F

Trattato di Perſpettiua quanto alli corpi. 3

Quanto alli piani & altre ſuperficie in forme diuerſe, voglio hauerne detto à baſtanza, hora io trattarò dei corpi leuati dal piano, & prima io hò dimoſtrato più à dietro di far la forma ottogona per ſe ſola: & poi circondata da vna faſcia, mà vorrà l'Architetto, eſſempio gratia, dimoſtrare in perſpettiua vna forma ottogona come ſaria vn pozzo, farà prima il fondo di eſſa forma nel modo dimoſtrato più a dietro, & quanto vorrà che ſia alto eſſo pozzo dal ſuo fondo cioè ſopra terra, faccia la medeſima forma à tale altezza, & tirata al medeſimo Orizonte, dipoi a tutti li angoli di eſſa forma ottogona ſuperiore coſi quei di fuori come quei di dentro ſian laſſate cadere le ſue linee perpendicolari ſopra li medeſimi angoli della forma di ſotto: & coſi ſarà formato il corpo ottogono tranſparente, come ſi dimoſtra nella figura qui auanti.


Optica corporum Pertractatio. Cap. 3.

Quod ad planorum ſuperficierumque formas, ſpectat, abundè iam locuti fuiſſe videmur: Nunc verò ad corpora, quæ è planis in altitudinem attolluntur, orationem noſtram deflectemus. Cùm igitur in ſuperioribus octogonam ſuperficiem tum ſeparatim, tum etiam faſcia quadam ambiente conſtrictam deſignare Architectum iam docuerimus. volet ipſe fortaſſe octogonum inſuper corpus, vt puteum quempiam octo angulis concluſum ad optica præcepta, accommodare. Octogonam formam, in ima profundiorique parte primùm conſtituet: & quãtam putei ipſius è fundo ſupra terram emergentem altitudinem mente conceperit, ad tantam vtique altitudinem formam eandem octogonã proueхatque, eamque ad Horizontem accommodet: Poſtmodum à cunctis formæ ipſius octogonæ atque ſuperioris, tam videlicet exterioribus quàm interioribus angulis, ad pares conſimileſque formæ eiuſdem inferioris angulos perpendiculares lineæ deducantur: & hac tandem ratione octogonum corpus perſpicuum atque tranſlucens, conſtructum formatumque habebit.




A baſtanza s'è detto circa al corpo ottogono tranſparente, ilquale è ben neceſſario ſaperlo formare prima che ſi venga à fare il corpo ſolido, come è queſto quì a canto, ilquale il medeſimo di forma, & di miſura, mà tutte le linee che non ſi poſſono vedere, ſono occulte: ne altra differentia è da vn corpo tranſparente a vn corpo ſolido, che ſia a vedere l'oſſa dura di vn corpo morto priua di carne, & vedere vn medeſimo corpo viuo con la ſua carne, laquale cuopre quelle oſſa dura quantunque ella ſia là dentro naſcoſa. Et coſi come quei diſſegnatori che han veduto le anotomie de gli huomini, & di animali, ſon più valenti & intendono meglio l'arte, che non fanno quelli che ſe ne paſſano via coſi ſuperficialmente, ſeruendoſi ſolamente di quella apparentia di fuori: coſi quei perſpettiui che vorrà bene intendere & mettere a memoria le linee occulte, intenderanno meglio l'arte: di quelli che ſolamente ſi contenteranno di prendere le parti apparenti. Ben è il vero che hauendo l'huomo frequentato, & poſto alla memoria le dette parti occulte, operando poi, ſi ſeruirà delle principali, & di molte coſe farà di prattica, laqual però ſarà nata dalla theorica.

Et hac quidem de octogono corpore, quod pellucidum perſpicuumque appellamus, dicta ſufficiant, cuius configurandi modum optimè tenebis, antequã ad denſum corpus conſtruendum accedas: Quod, ſicut appoſita deſignatio oſtendit, cum altero forma atque menſura conuenire prorſus videtur, eo tantummodo diſcrimine intercedente, quòd corporis huiuſce lineæ, quæ viſu comprehendi minimè poſſunt, occultæ & latentes exiſtunt. Nec inter perſpicuum ſolidumque corpus quicquam aliud intereſt, quàm ſi nuda cadaueris alicuius oſſa, carneq; deſtituta; idemque corpus viuens carnis mollitie operiente contectum aſpiciantur. Sicut enim pictores quicunque hominum & animantium diſſectiones ſæpe ſæpius contemplati fuerunt, ijs, qui eorundem corporum extimam tantummodum faciem, externaque duntaxat lineamẽta intuiti ad interiora minimè penetrarunt, præſtantiores excellentioreſque iudicantur: haud ſecus Optici, quibuſcunque abditarum occultarumque linearum vis atque artificium innotuerit, ijs longè præſtabunt, quibus apertæ duntaxat manifeſtæque partes erunt cognitæ atque perſpectæ.



La maggior parte dei fiumi impetuosi, che discendono da monti, giunti nelle pianure tal volta mutando alueo, quanto terreno tolgono ad vn vicino, tanto ne donano à l'altro. Cosi fa la perspettiua nelle cose angolari: che quanto di quello angolo si perde dal canto della veduta de riguardanti, tanto ne accresce da l'altro di fuori. Laqual cosa si dimostra nella presente figura qui appresso. Nota dunque bene, Lettore, che'l quadro perfetto di mezo rappresenta la grossezza di vna colonna quadra, & quella parte minore, che'l circonda dinota la grossezza, & il sporto sì della base come del capitello, la figura sotto questa è la base: & quella di sopra, il capitello. Il modo di far scurtiare le dette cose sarà questo. Prima farai la colonna in faccia senza grossezza, & li formarai la base, & il capitello, facendo li suoi sporti eguali, tanto dalla destra, quanto dalla sinistra parte: & tutto questo sarà de linee occulte cioè di punti: come dimostra la figura. Dipoi tirato à l'Orizonte quel lato della colonna che s'hà da vedere: & trouato quãto deue esser grossa quella parte che scurtia, come al suo loco ne parlerò. Poi trouato il fondo di essa colonna, sian tirate da angolo ad angolo le linee diagonali che sian occulte, & da l'angolo della base, perche di quella parlo hora, che è verso la veduta, sia tirata vna linea à l'Orizonte, laquale si stenda tanto più basso che tocchi quella linea diagonale, che è nel fondo della colonna: li sarà il termine quanto perda quell'angolo, cosi dal detto angolo che minuisce, à l'altro che cresce: sia tirata vna linea piana laquale sarà alquanto più bassa che'l fondo della colonna, come è il douere. E cosi la proiettura della base dimostra quanto si stende su per il piano, & quanto si scurta vn'angolo, e quanto cresce l'altro, dipoi dalla linea superiore della base al lato verso la veduta sia tirata vna linea à l'Orizonte, & cosi da l'angolo di sotto che perde sia tirata vna linea a l'Orizõte, & doue quella segarà la linea diagonale del fõdo della colonna, li sarà il termine de l'altro angolo: come si vede espresso nella figura qui auanti. Et quello ch'io dico della base, s'intende del capitello.





Pleri que amnes cùm de mõtibus præcipites ruunt, valles maximo impetu aggredientes, & alueum quandoq; mutantes, quantum agri colono huic adimunt auferuntque, tantum alteri adijciunt atque restituunt. Haud secus etiam Optico in angulorum ipsorum prospectu contingit: quantum enim de interiori, aspectuique nostro propinquiori angulo detrahitur ac imminuitur, tantundem angulo exteriori atque remotiori tribuitur ac super additur: quod quidem optime, ni fallor, ex subiecta designatione cuiuis percipere licet. Tibi autem id inprimis, studiosissime Lector, memoriæ commendandũ præcipio, medium videlicet quadratũ quadratæ columnæ crassitudinem; minoremque portionem quadratum extrinsecus ambientem, tam basis quàm capituli ipsius columnæ proiecturam, prominentemque crassitudinem significare: inferior autem figura basim, & superior capitulum columnæ eiusdem designant. Verùm quanam postea ratione hæc omnia sint diminuenda contrahẽdaque, iam accipe. Primò quidem columnã è regióne absq; vlla crassitudine prorsus effinges, eique basim præterea capitulumque adijcies, proiecturis tam dextra quàm sinistra equalibus cõstitutis, & ad vniuersum hoc opus expediendum occulte quedam lineæ minutioribus punctis tantummodo connotatæ, quemadmodum subiecta patefacit descriptio, erunt tibi adhibendæ. Postmodum columnæ ipsius latere, quod conspiciendum proponitur ad Horizontẽ vsque perducto; patisque diminuentis & decrescẽtis, quemadmodum postea ostendemus, crassitudine inuẽta; columnæq; insuper ima profundiori; parte constituta, ab angulo ad oppositum angulum diagonales quædam occultæ producantur, & ab angulo basis (de ea nanque in præsentia sermonem habemus) qui ad aspectum propius accedit, linea ad Horizontem extendatur, quę infrà continuata eousque deducatur, donec diagonij lineam in ima columna iam designatam contingat: ibi nimirum diminutionis anguli ipsius terminus statuetur. Mox ab angulo hoc diminuente ad alterum accrescentẽ plana quædam linea perducatur, quæ, sicut ratio quoque efflagitare videtur, infra imam colũmnam aliquantulum deprimemetur. Hac nempe ratione basis ipsius proiectura, & quantum ea extra planum extendatur, & quanta anguli vnius detratio, alteriusque adiectio & incrementum existat. Demùm à superiori basis ipsius linea, ad Horizontem recta ducatur; & pariter ab inferiori angulo ac decrescente ad eundem Horizontem recta alia extendatur: quæ vbi imæ columnæ diagonalem lineam intersecuerit, ibi alterius anguli terminus statuetur.


Le tre figure quì appresso son le medesime passate, mà quelle senza membri & ignude, & queste con tutti li suoi membri & ornate. Hora perche nelle passate non hò dimostrato come si debbono formare li membri, che nel vero saria stato cosa molto confusa, & perche anchora è molto difficile à mettere in scritto, hò voluto solamente dimostrare li primi termini: acciò se imprimano bene nell'intelletto, & appresso hò voluto dimostrare le presenti figure, come riescono à l'occhio acciò si vegga lo effetto che fanno, mà più auanti per essere, come hò detto, cosa ben difficile, io ne formarò vn'altra con tutti li suoi membri de linee occulte, dando dipoi il modo, quanto per me si potrà, di trouare li termini de i detti membri ad vno per vno, perche tutti cresceno alquanto, mà in questo mezo è da considerar bene questi corniciamenti della base & del capitello, & come minuiscono, & cresceno. Poi mandarg: bene alla memoria accioche nella seguente lettione, l'huomo sia bene instrutto della cosa laqual vorrà fare, perche nel vero, la theorica stà nell'intelletto, mà la prattica consiste nelle mani, & perciò lo intendentissimo Leonardo Vinci non si contentaua mai di cosa ch'ei facesse, & pochissime opere condusse a perfettione, & diceua souente la causa esser questa: che la sua mano non poteua giungere al l'intelletto. Et inquanto a me, se io facessi come lui: non haurei giamai mandato fuori cosa alcuna delle mie, ne manderei per l'auuenire, percioche, a dire il vero, cosa ch'io faccia, o ch'io scriua non mi contenta, ma (come dissi nel principio del mio quarto Libro per me mandato fuori) quel piccol talento che alla bontà di Dio piacque donarmi io l'ho voluto, & voglio più presto essercitare: che lassarlo marcire sotto il terreno senza alcun frutto. Che se io non giouarò alli curiosi di saper cose assai, & di toccare il fondo di ogni cosa: giouarò almeno a quelli che san nulla, o poco, che questa fù sempre la mia intentione.

Tres à nobis adiunctæ figuræ cum superioribus conuenire videntur, eo tantùm discrimine intercedente, quòd simplices, proprijsque ornamentis destitutæ illæ quidem, hæ autẽ ornatæ, mẽbrorumq; suorum appositione auctæ amplificatæq; esse conspiciuntur. In superiorib. igitur propter confusionem obscuritatemq; euitandam, qua ratione columnarum membra sunt effingenda atq; formanda, explicare cõsultò pretermisimus; verùm ibi primorum terminorum duntaxat, declarationem duximus præponendam, vt ea frequenter repetita intellectui nostro firmius imprimantur: proximè autem nunc presentes subiecimus designationes, vt gratissimum earum aspectum ac symmetriam aliqua saltem ex parte degustare possis: Illud interea reliquum esse videtur, vt in proposita figurataq; columna tum basis tum capituli coronices, earumq; incrementa, & decrementa diligenter perpendamus: & eiusmodi nempe coronicum dispositiones memoria sunt à nobis firmiter retinendæ, vt his optimè instructi in sequentibus deinceps operum conficiendorum rationem facilius assequamur. Ex quo nimirum id arbitror contigisse, vt Leonardus Vincius, peritissimus nempe Architectus, nunquam de operibus suis vehementer lætari aut gloriari videretur & pauca admodum ab ea absoluta elaborataq; fuisse comperiũtur: Cuius quidem rei, nonnunquam rogatus, eam rationem in medium adducere solitus erat, quòd manibus intellectus ipsius assequi perfectionem sibi nequaquam liceret. Verùm hoc præclarissimi viri institutum si ego quoque sectandum imitandumque mihi proposuissem, nec vllum antea meorum operum in lucem egredi permisissem, nec eorum vllum posthac in medium omnium proferri ac diuulgari sustinerem. Vt enim verum proloquar fatearque, siue quid reipsa construã atque conficiam, siue quid literarum monumentis tradam atque consignem, mihi plenè absoluteque satisfacere nequeo. Verùm, vt alias quoque me dixisse recordor, exiguum illud talentum, quod Deo Optimo maximo propter summam quandam eius liberalitatem mihi tribuere commodareque visum fuit, ad vsum studiosorumque cunctorum vtilitatem cæteris quoque cõicare ac impertire, quàm sub terra propter segnitiem aut socordiam absque vllo prorsus emolumento detodere malo.










Perche come hò detto più a dietro parlando di queste proietture in perspettiua egli è molto difficile à trouare il termine di tutti li mēbri per causa de l'accrescimento suo. Si à mirargli di sopra come di sotto in sù: io non hò voluto temere la fatica di farne vn'altra figura per essere meglio inteso, & formarla con tutti li suoi membri. Nella passata carta penultima à questa, hò dato il modo di trouare li termini de gli angoli senza li membri: hora darò la via di trouare lo accrescimēto di tutti li detti membri. Primieramente si formarà la presente base con tutti i suoi membri con le sue giuste proietture come ella fusse in faccia, & sian tutte linee occulte, dipoi, come prima hò dimostrato, sian trouati li suoi perdimenti & accrescimenti; la onde la linea piana sotto essa base verrà più a basso quanto guadagna del suo fondo: sian da gli angoli del plinto, ò zocco che dir vogliamo, leuate due linee alquanto più alte del primo plinto: dipoi dalli detti angoli del primo sian tirate due linee a l'Orizonte, lequali tocchino le due linee leuate del plinto più basso, & li saran li termini del plinto alquanto maggiore, che sian terminati di linee ferme, & appresso da l'angolo del plinto verso la veduta sia menata vna linea al superiore termine della base sopra laquale si termineran tutti li membri in questo modo: da l'Orizonte à tutti li angoli de i membri della base fatta de linee occulte sian tirate linee, che tocchino la detta linea che si parte da l'angolo del plinto maggiore: & giunge alla superiore linea della prima base. Doue adūque le linee Orizōtali toccheranno essa linea, li saran li termini di tutti i membri, liquali saran tutti accresciuti alquanto, così formati tutti li membri su l'angolo verso la veduta, sian tirati tutti à l'Orizonte, & formato l'altro angolo, come appare nella detta base, & il medesimo si farà de l'angolo che cresce. Et quel ch'io dico della base, s'intende della cornice, mà auuertisci bene Lettore, che tutte le linee à piōbo se hanno da intersecare con le sopradette linee Orizontali, come dimostra la figura dalla quale se impara più che dalla scrittura per essere cosa difficile a scriuere, ne si deue però stancar l'huomo se ne i primi studij non potrà comprendere questa lettione, percioche pratticandola più volte la trouarà, questa cornice seruirà a tutti li angoli più alti, & più bassi tirando sempre le cose à l'Orizonte: anchora che fossino di altri membri variati.

Quoniam, vt modò diximus de columnarum proiecturis ad opticam rationem accommodandis sermonem habentes, membrorum cunctorum propter eorum incrementa terminos inuenire perdifficile valdeque laboriosum existit: Nunc quopacto membrorum omnium incremente reperire valeamus, modum atque rationem trademus. Primò quidē basis, omnibus eius particulis ac ornamentis adiectis, necnō proiecturis insuper iusta ratione ac symmetria distributis, haud aliter quã si è regione collocata fuisset, constituatur: ad quod vtique munus expediendum occultiores lineæ sunt adhibendæ. Deinde propositæ basis, vt iam ostendimus, imminutiones atque incrementa assumantur: lineaque plana infra basim tantum vtique deprimetur, quantum ipsa basis eiusdem fundum excedit. Mox ab angulo plinthi inferioris duæ lineæ eductæ in maiorem aliquantulum altitudinem, quàm plinthus superior, attollantur. Postmodum ab angulis plinthi superioris duæ rectæ ad Horizontem ducantur, quæ duas lineas ab inferiori plintho iam excitatas contingant: ibique plinthi maioris aliquantulum ac amplioris termini, qui perpetuarum ac stabilium linearum extensionibus cōtineantur, sunt statuendi. Deinceps ab angulo plinthi aspectui nostro propinquiori ad superiorem basis ipsius terminum recta ducatur: in qua membra omnia iam à nobis cōmemorata sequenti ratione, quemadmodum mox audies, terminabuntur. Ab Horizonte ad cunctos mēbrorum basis ipsius, quam lineis occultioribus distinctam conspicis, angulos rectæ complures ducantur: quæ lineam à plinthi maioris angulo exeuntem, & ad superiorem vsque primę ipsius basis terminum profluentem contingant. Vbicunque igitur Horizontales lineæ lineam hanc tetigerint, ibi termini membrorum omnium incrementa suscipientium ac fines designabuntur. Quibus quidem mēbris ad angulum aspectui viciniorem compositis cuncta ad Horizontem denique perducentur. Postquam autem angulum hunc decrescentem, ornamentis appositis, quemadmodum ex basi à nobis subiecta perspicere licet, formaueris: haud aliter quoque ad alterum angulum accrescentem conuersus in eo exornando atque perpoliendo elaborare debebis. Quæcunque verò de columnarum basibus tradita hucusque à nobis preceptaq; fuerunt, ad coronices quoque applicanda esse videtur. Ei autem Lector inprimis vt mentem adhibeas rogo, quòd perpendiculares omnes lineæ lineas, quas modò commemorauimus, Horizontales intersecare ac abscindere debent, quemadmodum designatio hic à nobis apposita clarissimè ostendit: quæ quidem designationes in huiuscemodi rebus explicatu difficilioribus ad earum intelligentiam assequendam plus momenti, quàm ipsamet oratio frequenter habere conspiciuntur. Id vnum modò superioribus adiungemus, nempe coronicem, quam hic descriptam intueris, omnibus tum eleuatioribus tum etiam depressioribus angulis optimè inseruiturã; cunctis, etiam si præter hæc apposita alia quoque membrorum genera adijcerentur, ad Horizontem semper redactis.






Diuerse vie ci sono a collocare le colonne sopra vn piano l'vna dopo l'altra: per far porticali archi, ò altre cose simili. Mà questa sarà la più facile, primieramente si farà vn piano di buona quantità di quadri, come nel principio hò dimostrato, a quella distantia che a l'huomo parcrà meglio imaginandosi, essempio gratia, vn di quei quadri due piedi, & così le colonne saran grosse tanto: benche ne i suoi fianchi non saran che vn piede, per essere queste congiũte con li muri della destra, et sinistra banda, fra l'vna & l'altra di queste prime colonne sarà otto quadri, & così tirata a l'Orizonte la grossezza d'esse colonne, et alzate quelle a quella altezza che vorrà l'huomo: sian terminate, et sopra esse tirato il mezzo circolo, ilquale sarà partito in tante parti, quanto a l'huomo parerà, et quelle sian tirate al suo centro ilqual sara nel mezzo della linea superiore fatta di punti sopra esse colonne, l'altro cẽtro da formare la grossezza del sotto arco sarà nel mezo della linea sotto quella, et così tutti quei termini dal primo arco si menaranno a l'Orizonte, et sara formato lo primo arco, l'altre colonne più lontane saran medesimamente otto quadri l'vna distante dall'altra che saran vn quadro per tutti i lati et il medesimo si farà come delle prime, et così delle terze et delle quarte. Quì non hò anchora voluto fare li suoi archi in scurtio per non ti faticar tanto (Lettore) in vna lettione, ma ben lo farò al suo loco. Quelle due porte quadre da li lati son coperte vna parte d'esse dalle prime colonne, ma la sua apertura viene ad essere quattro quadri percioche da l'angolo di vna porta alla colonna son due piedi, et altro tanto dall'altra banda et così la porta occupa quattro quadri. Quei trauicelli che son sopra gli archi ben si comprendono assai senza ch'io mi fatichi a dirne in scritto, alle colonne non hò voluto metter le basi: ne i capitelli per non confondere l'huomo, mà nella seguente carta dimostrarò il tutto.


Quoniam, vt modò diximus de columnarum proiecturis ad opticã rationem accommodandis sermonem habentes, membrorum cunctorum propter eorum incrementa terminos inuenire perdifficile valdeque laboriosum existit: Nunc quopacto membrorum omnium incremente reperire valeamus, modum atque rationem trademus. Primò quidẽ basis, omnibus eius particulis ac ornamentis adiectis, necnõ proiecturis insuper iusta ratione ac symmetria distributis, haud aliter quãsi è regione collocata fuisset, constituatur: ad quod vtique munus expediendum occultiores lineæ sunt adhibendæ. Deinde propositæ basis, vt iam ostendimus, imminutiones atque incrementa assumantur: lineaque plana infra basim tantum vtique deprimetur, quantum ipsa basis eiusdem fundum excedit. Mox ab angulo plinthi inferioris duæ lineæ eductæ in maiorem aliquantulum altitudinem, quàm plinthus superior, attollantur. Postmodum ab angulis plinthi superioris duæ rectæ ad Horizontem ducantur, quæ duas lineas ab inferiori plintho iam excitatas contingant: ibique plinthi maioris aliquantulum ac amplioris termini, qui perpetuarum ac stabilium linearum extensionibus cõtineantur, sunt statuendi. Deinceps ab angulo plinthi aspectui nostro propinquiori ad superiorem basis ipsius terminum recta ducatur: in qua membra omnia iam à nobis cõmemorata sequenti ratione, quemadmodum mox audies, terminabuntur. Ab Horizonte ad cunctos mẽbrorum basis ipsius, quam lineis occultioribus distinctam conspicis, angulos rectæ complures ducantur: quæ lineam à plinthi maioris angulo exeuntem, & ad superiorem vsque prime ipsius basis terminum profluentem contingant. Vbicunque igitur Horizontales lineæ lineam hanc tetigerint, ibi termini membrorum omnium incrementa suscipientium ac fines designabuntur. Quibus quidem mẽbris ad angulum aspectui viciniorem compositis cuncta ad Horizontem denique perducentur. Postquam autem angulum hunc decrescentem, ornamentis appositis, quemadmodum ex basi à nobis subiecta perspicere licet, formaueris: haud aliter quoque ad alterum angulum accrescentem conuersus, in eo exornando atque perpoliendo elaborare debebis. Quæcunque verò de columnarum basibus tradita hucusque à nobis præceptaque fuerunt, ad coronices quoque applicanda esse vidẽtur. Ei autem Lector inprimis vt mentem adhibeas rogo, quòd perpendiculares omnes lineæ lineas, quas modò commemorauimus, Horizontales intersecare ac abscindere debent, quemadmodum designatio hic a nobis apposita clarissimè ostendit: quæ quidem designationes in huiuscemodi rebus explicatu difficilioribus ad earum intelligentiam assequendam plus momenti, quàm ipsamet oratio frequenter habere conspiciuntur. Id vnum modò superioribus adiungemus, nempe coronicem, quam hic descriptam intueris, omnibus tum eleuatioribus tum etiam depressioribus angulis optimè inseruituram; cunctis, etiam si præter hæc apposita alia quoque membrorum genera adijcerentur, ad Horizontem semper redactis.





Questi seguenti archi son fatti solamente per accommodargli le sue basi, & capitelli dellequal cose come habbino à minuire, ò crescere l'hò dimostrato più à dietro in due lettioni separatamente, acciò l'huomo sia meglio preparato à porle qui in opera, perche, nel vero, se personalmente si potesse conferire: meglio, & con più facilità se insegnarebbe, mà in iscritto, & in dissegno alli absenti, & à l'età futura è ben ragione a dilatarsi più amplamente: per essere meglio inteso, & acciò che li angoli si discernino meglio (cioè quei delle linee occulte da quei de linee ferme) hò fatto la distantia assai curta, & l'Orizonte basso, & hò posto le colonne sopra il piano in vn'altro modo: che per via de quadri, ilquale è questo. Poste le due prime colonne sopra la linea piana di che grossezza si vorrà che saran solamente le due linee per colonna, sian tirate quelle a l'Orizonte, & appresso sia imaginata la sua distantia, come da prima dissi, & sia posta questa distantia da due lati dipoi dalla parte di fuori della colonna destra alla distantia della parte sinistra, sia tirata vna linea, & il medesimo sia fatto da l'altro lato. Queste due linee diagonali daran le grossezze delle prime colonne intersecandosi sopra le linee d'esse colonne, & anco trouerranno sopra il piano il termine dell'altre due colonne più lontane, come si vede di linee occulte sopra il piano. Delle grossezze de i sotto archi s'è detto quì à dietro & in questo seguente se dimostra nelle quattro linee rette fatte di punti sopra le colonne, nel mezzo delle quali saran li centri de gli archi. Quel quadro sfondrato sopra gli archi si vede espresso il modo da farlo, ilquale seruirà quando non si farà volta, ò crociera.

Subsequentes arcus idcirco à nobis designati fuerunt, vt ijs tum bases suas subijcere, tum propria quoque capitula superinducere valeamus: quæ quidem omnia quibus rationibus diminui augeriq; debent, duabus lectionibus superioribus separatim iam ostendisse videmur. Inprimis autem vt occultarum ac patentium linearum anguli facilius distinguantur ac secernantur, breuiorem distantiam, imumque Horizontem nunc constituimus; necnon columnas, diuersam à superiori quadratorum complurium instituto rationem secuti, super ipsum planum in præsentia sic vtique collocamus. Primis duabus columnis, earum crassitudine ad libitum nostrum definita, super planiciei lineam erectis, duabusque extremis lineis ad vnamquanque columnam designandam tantummodo acceptis, ad Horizontem ambæ mox perducantur: earumque intercapedo quemadmodum supra quoque admonuimus, mente concipiatur ac terminetur; quæ quidem intercapedo duabus ex partibus pariter statuatur: Postmodum ab extima parte dexterioris columnæ ad læuæ partis distantiam recta ducatur, eademque ratione ex altero latere recta huic omnino consimilis extendatur. Ambæ hæ diagonales primarum columnarum crassitudinem nobis significabunt, supra columnarum earundem lineas sese mutò intersecantes: necnon eædemmet planiciem suppositam supergressæ in terminos duarum longinquiorum columnarum denique incurrent; quemadmodum ex occultioribus lineis super planum constitutis perspici potest. De partium autem inferiorum crassitudinibus & in superioribus iandudum sermonem habuimus, & idem quoque ex quatuor rectis punctim super columnarum scapos designatis cuius percipere licet, in quibus medijs centra ad arcuum circunductiones accommodata reponuntur. Excauatorum autem quadratorum supra arcus ipsos constituendorum modus ratioq; ex subiecta clarissimè patet designatione: quibus, siquando testudinum aut concamerationum extruendarum forte nos satietas ceperit, perbelle nimirum vti poterimus.



La ſeguente figura è come la paſſata, mà vi è di più li membri delle baſi & de i capitelli, per auuertir più l'huomo come hà da riuſcir la coſa quando ſarà finita & terminata, benche però l'hò dimoſtrato più adietro, nondimeno quando l'huomo hauerà queſte tal coſe familiari: ſi ſeruirà molto della prattica, vſando ſempre vna diſcrettione, & ricordanza delle coſe già impreſſe nella memoria, perche nel vero, tenendo queſta via che ſi addomanda la via del piano laquale è la più breue, molte coſe ſi poſſono fare di prattica, che s'elle ſaran fatte con bona diſcrettione, & da mano eſſercitata nel diſſegno, faranno ſempre l'vfficio ſuo beniſſimo, come al preſente queſto ſott'artco, ilquale è compartito à quadri & è fatto in queſto modo Due centri ſono per formare la groſſezza di queſto arco, ſarà, eſſempio gratia, diuiſo il ſott'arco in otto parti, & ſei parti ſarà lo sfondro del quadro, & due parti la ſua cinta che'l circonda, biſognarà medeſimamente da l'vn centro a l'altro fare otto parti, ma che diminuiſcano, & coſi vna parte più giù del primo centro ſtringere il compaſſo, & formare l'altra cinta ſuperiore, & anco vna parte più sù dal centro inferiore ſtringere il compaſſo, & formare l'altra cinta più baſſo, & dipoi compartire li quadri duplicando le faſcie, & facendoli la ſua groſſezza quanto ſi vorrà, laqual groſſezza ſi forma al centro poco più alto di quel di ſotto, & con queſta regola ſi potran fare diuerſe forme & compartimenti: ſempre però aiutandoſi da vna buona diſcrettione, & però tutto queſto potrà fare l'huomo bene inſtrutto, operando ſolamente li primi termini: & il rimanente fare di prattica. Mà mi pare di ſentire alcuni rigoroſi in tal'arte che riprenderanno queſta mia licentia: & io gli riſpondo che doue io manco loro ſuppliſcano, & prouino vn poco che differentia è da detti à fatti.

Poſterior hæc figura præcedenti omnino conſimilis baſium tantummodo capitulorumque membra ei ſupperaddidiſſe videtur, vt de futurorum operum conuenientia, cùm ad finem & exitum denique ea fuerint perducta, rectius antea iudicare poſſimus: etſi huiuſcemodi operum conficiendorum præiudicium ſuperius quoque, ni fallor, attulimus. Id tamen à facultatis huiuſce ſtudioſis memoriter tenendum exiſtimamus, quòd cùm primùm ipſi præceptionum harum noſtrarum ſenſum vimque optimè fuerint aſſecuti, in operibus deinde conſtruendis vſui quamplurimum tribuant; præter rerum hucuſque dictarum, & in memoria penitus inſidentium recordationem manus quoque dexteritate, &, vt ita dicam, æquitate quadam adhibita. Rationem etenim hanc, tanquam cæteris compendioſiorem ſequentes quamplurima conſtruere homines poterunt: quæ ſi à prudenti artifice, manuum inſuper in deſignationibus iandiu exercitatarum attritarumque opera concurrente, perficientur, optimè nimirum ſingula eorum membra conuenient; vt in præſentia ex inferiori parte arcus ſubiecti intelligere ac animaduertere licet, qui quidem in complura quadrata diſtributus hac nempe conficietur ratione. Duo centra pro arcus huiuſce craſſitudine formanda primùm capientur, parſque eius inferior in octo ſegmenta diuidetur; ex quibus quadrati ipſius caueæ ſex, duoque reliqua balteo ſeu cingulo quadratum illud ambienti aſſignabuntur. Item ab vno centro ad alterum octonæ, quæ minores ſemper minoreſque reddantur, partes conſtituentur. His ita diſpoſitis, pro vnius partis à ſuperiori centro deorſum vergentis quantitate circino contracto, ſuperior cingulus deſignabitur: moxque ad vnius partis ab inferiori centro ſurſum tendentis quantitatem circino compreſſo, cingulus inferior deſcribetur. Deinceps quadratorum diſtributio, faſcijs eorum inſuper duplicatis, iuſtiſſima ratione erit conficienda, quadratorum eorundem craſſitudine ad libitum noſtrum accepta, & ad cetrum inferiori ipſo centro paululum eleuatius conſtituta. Hac autem regula ſuppeditante complurium formarum atque diſtributionum genera promptiſſimè expedientur, prudenti tamen conſilio, & firmo certoque iudicio ſemper adhibito.






Il modo di far questa crociera è stato sempre difficile ad insegnarla presentialmente, non che discriuerlo & volerlo insegnare à quei che hanno hauuenire, nondimeno essendo molto necessario mi sforzerò di mostrarlo quanto io potrò. Primieramente fatta elettione della larghezza, & de l'altezza de l'arco, & appresso fatto nel piano vn quadro perfetto, come fusse tra quattro angoli de pilastri: sia diuiso l'arco maggiore in otto parti eguali, & quelle tirate a l'Orizonte fin a l'arco minore, dipoi con quelle parti sia fatto vn circolo dentro dal quadro con quella regola più adietro dimostrata, li termini della quale saranno su la linea piana 5.4.3.2.1. quei medesimi termini sian portati dal principio del mezzo circolo in sù, sopra la linea sinistra che sarà 5.4.3.2.1. & quei tirati a l'Orizonte, & sian medesimamente leuati in alto tutte le linee le quali nascono dal circolo del piano. Poi doue si trouerannο le medesime intersecationi che son al detto circolo: iui si formerà quel mezzo circolo che si vede cosi dalla destra: come dalla sinistra parte. Formati che saran li due mezzi circoli, prima alla summità di essi che sarà 5. sia menata vna linea retta, & doue quella toccarà la linea di mezzo che cade dal circolo maggiore, li sarà il termine & il mezzo della crociera, & cosi da tutti li termini che han formati li due semicircoli tirando le linee rette: doue quelle segaranno le linee del grã mezzo circolo che saran sette, iui saran li termini da formare li due mezzi circoli che si parteno dalli angoli per far la crociera: onde con la gentilezza della mano, da termino a termino con li minuti punti se anderà formando la detta crociera, come si vede apertamente nella seguente figura, & il medesimo si farà, se ben la veduta & l'Orizonte saran da vn lato, mà prima è d'hauer questa in faccia bene alla memoria, che poi più facilmente si faran quelle, la veduta delle quali sarà da vn lato.


Modus ratioque subiectæ concamerationis extruendæ, non modò vt scriptura & designationibus posteris ipsis tradatur, verùm etiam vt viua doctoris voce præsentibus discipulis explicetur, difficillima vtiq; existit: attamen cùm huiusce rei intelligentia ad studiosorum cunctorum vtilitatem quamplurimum proficiat atque conducat, id pro virili parte modò explanare ac declarare enitemur. Primùm igitur arcus tum latitudine tum altitudine definita, moxque in planicie quadrato, haud secus quàm si inter quatuor pilarum parastatarum ve angulos constitueretur, descripto, maioris arcus ambitus in octo æqualia diuidatur segmenta: quæ quidem cuncta ad Horizontem, & ad arcus vsque minoris circinationem deducantur. Mox earundem partium vel segmentorum ope circulus intra quadratum iuxta regulam superiorem à nobis traditam designetur, cuius termini in planiciei ipsius linea numerorum characteribus notabuntur, 5,4,3,2,1. Deinceps ijdem termini, 5,4,3,2,1, à semicirculo incipiente sursum ad læuam traducantur, cunctique ad Horizontem pariter redigantur: necnon omnes insuper lineæ, quæ à plani ipsius circinatione oriuntur, in altitudinẽ educantur. Postmodum quocunque eædem intersectiones, quæ in prædicta, vt modò vidimus, habentur circinatione, superius inciderint: ibi ambo ij semicirculi, alter quidem ad dexteram, alter verò ad læuam constitutus, describentur. Quibus expeditis, inter amborum summitates quinario numero figuratas recta extendatur: quæ vbi mediam lineã ex amplioris arcus peripheria decidentem attinget, ibi medius terminus concameratæ testudinis statuetur. Eademq; ratione à cunctis signis, quæ amborum semicirculorum designandorũ viam modumq; iam nobis aperuerunt, rectis extensis, quocunq; hæ arcus amplioris lineas offenderint atque secuerint (hoc autem septies contingit) inde termini duorũ aliorum semicirculorum accipientur, qui ab angulis inferioribus exeuntes propter cameræ ipsius constitutionẽ ad superiora conscendunt. Quapropter apta compositaq; artificis manu à termino ad terminum puncta quædam minutiora mox designante, proposita iam concameratio sensim formabitur ac effingetur, quemadmodum subiecta hic abunde, ni fallor, demonstratur figura. Haud secus etiam prospectu & Horizonte ad latus apposito, erit nobis efficiendum. Verùm præsens hæc, quæ è regione & in fronte constituitur, designatio memoriæ est antea optimè commendanda: facilius enim eæ quoque, quarum prospectus ad alterum latus collocatur, postmodum expedientur.






Poiche qui adietro nella crociera hò dimostrato l'arco in scurtio ma semplice: io vorrò appresso dimostrare l'arco in corpo & il suo modo di scurtiare. Ma prima ch'io venga a tal dimostratione laqual è ben difficile: io dimostrarà li pilastri che han a sostenere li detti archi, li quai pilastri son così chiaramente dimostrati che io non mi faticarò molto a scriuere il modo. In questa figura non hò voluto fare l arco dauanti ne quelli da i lati, per non impedire le altre parti, ma solamente hò così accennato li archi da i lati: liquali sempre si cauano del quadro come si vede il suo ordimento: che è quadro, ma bene hò fatto l'arco di dietro il quale non impedisce le altre parti, & quella forma circolare di sopra da il modo come si farebbe vna cuppola ò vn catino, & anco seruirebbe per essa forma: ma sfondrata alquanto. Il nascimento de i pilastri è tutto guidato dalle due linee diagonali, & esso pilastro viene ad esser tre quadri perfetti congiunti insieme il quadro de l'angolo seguita su il cantonale: & sopra li due si leuan li archi li quali vengono ad esser quattro, che fanno nel cielo vn quadro perfetto: nelquale si potrà fare crociera, cuppola, catino, ò qual si voglia cosa, & volendosi seguitare in lontananza più di questi ordini, sia sempre osseruata questa regola, & doue la scrittura non fusse così bene intesa: la figura è tanto chiara che faticandosi vn poco l'huomo da se troueria il modo senza scrittura alcuna.

Postquam hactenus concameratæ testudinis arcum, simplicem illum quidem ad prospectum accommodauimus; corporeum modò arcum, opticamque ipsius collocationem in præsentia subiungemus. Verùm antequam rei huiusce demonstrationem, difficiliorem; eam quidem, attingamus; pilas, quibus huiuscemodi arcus incumbunt, inprimis constituemus: quarum descriptio ita per sese patens manifestaq; existit, vt orationis lumen haud magnopere efflagitare postulareque videatur. In præsenti autem designatione nec anteriorem arcùm, nec arcus ad latera apponendos censuimus, ne ceterarum partium prospectum impederemus: verùm lateralium arcuum vestigia nonnulla tantùm subiecimus. Huiuscemodi autem arcus, quos laterales appellamus, ex quadrato semper deduci consueuerunt, quemadmodum ex eorum quadrata vtique textura intelligere licet. At arcum posteriorem tanquam reliquis partibus minimè officientem duntaxat hic designauimus: cuius forma rotunda in superiori parte constituta rationem, qua sphæricam testudinem, aut catilli imaginem quandam, aut eademmet rotundam figuram, sed aliquantulum excauatam ibi collocare possemus, nobis tradit ostenditque. Pilarum deinceps cunctarum originem duarũ vtiq; diagonalium extensiones moderantur; pilæq; singulę trium integrorum vnaque cohærentium quadratorum spatium adæquare videntur: Angulare quidem quadratum angulum ipsum consequitur; super cætera autem duo quadrata arcus ipsi eriguntur, qui cùm quaternario numero comprehendantur, in Cœlo perfectum absolutumque constituent quadratum: quò concamerationes, sphœricæ ve testudines, catillorum ve imagines, alia ve consimilia construi accommodari ve poterunt. Quòd si præter has nostras institutiones longius adhuc prosequi quispiam fortè voluerit, hac regula duce semper vtatur: Et si cui scripturæ sensus difficilior obscuriorque videtur in exemplar subiectum quasi in lucidissimum speculum oculis coniectis, modicoque studio insuper addito, ex sese absque explicationis vllius ope huiusce generis rerum conficiendarum modum rationemque profectò comperiet.







Tù vedi hora, Lettore, la via che si conuien tenere a voler far questi archi in scurtio, & per prima nelle tre superficie in rotondità, dimostrai molto à pieno la via che si deue tenere a formar vn corpo solido in rotondità, ma in questa figura lo dimostro più apertamente, onde s'hà da imaginare che'el corpo rotondo quà giù più basso sta per li due archi & formato esso, come io dimostrai, & hora meglio si vede s'hà primieramente da alzarsi col nascimento de gli archi in scurtio sopra l'Orizonte, & le medesime linee che sono della metà del corpo sopra il piano alli angoli: quelle istesse se han da portare dal lato destro, & dal sinistro, come ben si comprende nella figura, & auuertir bene che nel corpo sul piano quelle due croce son li centri di esse rotondita. La croce più a basso è lo centro della circonferentia da basso, & quella sopra essa e medesimamente lo centro di quella di sopra, lequali vengono ad essere dell'altezza de l'arco, & formano vn corpo. Ma nota bene che le linee ferme son quelle che formano le circonferentie di fuori, & le linee occulte di punti fanno le parti di dentro, di maniera che li archi si veggono come transparenti fatti di pezzi: dalli quali nel fondo d'essi archi si può imparare a far diuersi compartimenti: & questi archi, hauendoli l'huomo ben familiari, non accaderà far sempre questa fatica, ma con due linee principali seruendosi della prattica. formarà essi archi, & massimamente che l'arco dauanti viene sempre ad occupare talmente questi in scurtio, che poco se ne vede il quale non hò voluto fare, percioche hauerebbe occupato li due in scurtio. Da questo corpo rotondo, come più adietro dissi, si potrà fare diuerse cose.

Ad arcus diminuendos & Opticè describendos quænam requiruntur, ex ijs placidissime Lector, quæ habita hucusq; fuerunt, te abundè iam perspexisse arbitramur. Et olim quidem in tribus rotundioribus superficiebus propositis, qua ratione sphæricum solidumq; corpus esset constituendum, cumulate nimirum absoluisse videmur: verùm idem in præsenti quoq; designatione clarius ac manifestius ostendemus. Quapropter rotundum corpus in infimo loco hic collocatum binis arcubus inseruire, inprimis est cogitandum: cuius perfecta conformatione, quēadmodum, & alias docuimus, & longè melius ex apposito schemate nunc perspici potest, vnà, cum arcubus, qui Opticè collocantur, emergentibus, supra Horizontem sublime est attollendum: & eademmet lineæ, quæ super planum constitutæ ex vtraque parte dimidij corporis ad angulos inclinant, ad dextram læuamq;, sicut ex ipsamet patet descriptione, traijci debent. Idque inprimis est aduertendum, quòd duæ cruces in propositi corporis planicie figuratæ rotunditatum ipsarum centra nobis ostendunt. Crux quidem inferior inferioris, superior item superioris peripheriæ centrum demonstrat. Binæ autem hæ cruces arcus altitudinem æquare, & corpus quoddam conficere formareq; videātur. Verùm id quoque prætermittendum neutiquam existimamus, stabiles videlicet perpetuasque lineas exteriores peripherias, occultas verò punctisque notatas partes interiores effingere atque formare; adeò vt arcus tanquam ex fragmentis constituti quodammodo introspiciātur atque traluceant: ex quorum fragmentis, quæ in arcuum ipsorum profundioribus partibus disponuntur complurium diuisionum distributionum ve conficiendarum rationes deduci possunt. Cuicunque autem arcuum horum constitutio familiaris extiterit, haud ei semper tantos subire labores, implicitas ve huiuscemodi designationes repetere profecto opus erit: Verùm duabus tantummodo lineis tanquam primis & insignioribus acceptis, vsu atque exercitatione cætera deinde edocente, propositos arcus fœlicissimè expediet atque distinguet: eoque magis, quòd arcus ipse in fronte constitutus arcus hosce diminuentes deinde, & Opticè collocatos adeò impedire & occultare consueuit, vt eorum aspectum vix nobis concedere videatur. Quapropter nos, ne duorum abscedentium inclinatorumque arcuum prospectum impediremus, eum consultò hic prætermittendum existimauimus. Ex corporibus autem hisce rotundioribus complura insuper alia, quemadmodum in superioribus etiam diximus, depromere nobis licebit.








Circa al collocar colonne ſopra li piani con li ſuoi archi ſopra: voglio hauer detto a baſtanza, & quello che hò detto delle quadre, io intendo delle tonde, percioche tutte le coſe tonde ſi cauano del quadro, & coſi le baſi come i capitelli rotondi. Chi hauerà ben familiare il corpo qui à dietro, ſaprà ſeruirſene non ſolamente a queſte: ma ad altre coſe ancora le quali ſe io tutte le voleſſi dimoſtrare d'vn picciolo trattato ch'io penſai farei vn grandiſſimo volume, & forſe mi mancherebbe il tempo a far gli altri libri già promeſſi: percioche quante ſono le coſe che poſſono accadere ne gli edificij, tante ne conuerria dimoſtrare in perſpettiua. Mà vegniamo hora a leuar dal piano gli edificij che ſi veggono in faccia, & da vn lato, come più adietro io diſſi. La più breue, & più ſicura via ſi è fare vn piano di molti quadri, preſupponendo che ſian piedi, bracci, o altra miſura, ma diremo ogni quadro eſſere due piedi, & coſi come quà in faccia ſon quattro quadri da vna colonna a l'altra: & la colonna occupa vn quadro: coſi in lontananza ſempre ſar an quattro quadri da vna colonna a l'altra, come ſi vede nella figura ſeguente. Leuate dunque le colõne a quella altezza che parerà a l'huomo ſian fatti li ſuoi archi: il modo de i quali ſi vede eſpreſſo: & benche gli archi più adietro non ſi poſſono vedere hò voluto però farli acciò ſi vedino li termini ſuoi: parte de linee ferme, & parte di occulte. Sopra li archi ſi farà l'architraue, fregio, & la cornice, la protettura della quale ſi farà nel modo già dimoſtrato: ſi come accennano le due linee diagonali al ſporto di eſſa cornice, & coſi l'altra cornice ſuperiore a quella, con la medeſima regola ſi farà, come ſi vede da l'altro angolo, nel mezzo, & di ſopra: doue ſon quelle linee diagonali, le porte che ſon ſotto il portico ſon larghe due quadri, & alte quattro. Qui dauanti nel piano quei due che paion chiodi dinotano la latitudine della fineſtra in faccia ſopra la cornice la quale ſe fuſſe integra ſaria alta quattro, li medeſimi chiodi nel piano fra le colonne che diminuiſcono ſon la larghezza delle fineſtre che ſcortiano: le quali ſon alte quattro quadri, ma ſon occupate dalla cornice. Il pezzo de l'arco più lontano è ſeparato da queſto portico, come dinota il piano. Io non ci hò fatto le baſi ne i capitelli per non confondere l'altre coſe, ma ſe intende che ci vadino come più a dietro dimoſtrai, & con queſta regola ſi potrà leuare dal piano diuerſi edificij, come nella carta ſeguente ne darò diuerſe forme. Li centri de gli archi tutti ſi vedono ſopra la linea Orizontale che ſi parne dal primo centro de l'arco in faccia.


Quod ad columnarum ſuper ipſa plana arcuatam ſpectat diſpoſitionem, hæc iam dicta ſufficiant. Quæ autem de quadratarum columnarum generibus a nobis hactenus tradita commemorataq; fuerunt, eademmet ad rotundas inſuper tereteſque columnas ſunt transferenda: tam enim baſes, quam capitula, cæteraque demum omnia rotundiori figura prędita ac inſignita ex quadratis originem ſuam deducere comperiuntur. Idq; Lectorem admonendum in primis cenſemus, ſi ipſe corpus proxima deſignatione nuper elaboratum memoria optimè continuerit, fore, vt non modò ad hæc, verùm ad cætera quoque complura vſum eius atque rationem extendat: quæ quidem omnia ſi ſigillatim recenſere, legentiumque aſpectui ſubijcere vellemus, ex compendioſa quadam rerum Opticarum pertractatione, quam paucis abſoluere decreuimus, in immenſum vtiq; volumen opus hoc noſtrum producere mus; nec ſatis otij ad reliqua volumina, quæ polliciti ſumus, conſcribenda proficiendaq; nobis fortè ſuppeteret: quot enim in ædificijs cõſtruendis occurrere ſolent, tot quoque ad proſpectum deducere Opticiſque deſignationibus figurare profectò oporteret. Verùm id obſecro in præſentia aggrediamur, vt quanam ratione ædificia, quæ tum è regione, tum ex altero latere tantummodo intuentibus conſpicienda proponuntur, è planis aſſurgant, oſtendamus. Quemadmodum autem in ſuperioribus habitum fuit, breuior ſimul tutiorque rei huiuſce conficiendæ modus ex complurium quadratorum in patentiori aliquo plano conſtitutione ſumendus accipienduſque videtur; vel pedali, vel cubitali, vel cuiuſcunque alterius generis menſura in huiuſcemodi quadratorum dimenſu à nobis accepta ac definita: nunc verò ſingula quadrata bipedalia, exẽpli gratia, eſſe ſupponantur. Sicut autem hic ſubiecta, quę è regione conſtituitur, figura quatuor quadratorũ vtique ſpatium inter duas intercedit columnas, columnæq; ipſius ſcapus vnum ſibi vendicat quadratum: haud ſecus etiam in maiori diſtantia duæ viciniores columnæ quatuor media intercipient quadrata, quemadmodũ in altera deſignatione hanc ſubſequente intueri vnicuique licet. Colũnis igitur ad eam altitudinem, quæ nobis commodior viſa fuerit, eductis, earum mox arcus circunducantur: quorum quidem conſtruendorum ratio ex præſenti patet deſcriptione. Quanuis autem poſteriores arcus ab intuentibus diſcerni minimè poſſint, eos tamen partim ex patentioribus, partim ex obſcurioribus lineis hic effingendos curauimus, vt eorum termini ſaltem conſpiciantur. Supra arcus deinde epiſtylium, zophorus, coronixque ſtatuentur: cuius quidem coronicis proiectura ratione à nobis ſuo loco ſuperius iam aſſignata conficietur, quemadmodum duæ diagonales ad coronicis ipſius proiecturam appoſitæ innuere ſignificareq; videntur. Superiorem quinetiam coronicem, eadem regula opitulante, rectiſſimè conſtruemus: quemadmodum tũ ex medio tum ex ſummo anguli alterius, quò diagonales illæ extenduntur, perſpici poteſt. Fores autem ſub porticu conſtitutæ quadratorum duorum latitudinem, & quaternum altitudinem aſſecutæ fuerunt. Clauique bini in plano, vt ita dicam, affixi feneſtræ ipſius ſupra coronicem in fronte exiſtentis latitudinem nobis oſtendunt: quæ ſi perfectionem atq; integritatem ſuam haberet, ad quaternum vtique quadratorum conſcenderet altitudinem. Iidem inſuper claui in plano inter columnas, quæ contrahuntur, medij conſiſtentes inclinantium feneſtrarum determinant latitudinem: quæ ad quatuor quadratorum altitudinem profectò pertingunt, verùm ab imminente coronice earum impeditur proſpectus. Remotior autem arcus ipſius portio, quemadmodum planum quoque demonſtrat, à porticu diuulſa ſeparataque exiſtit. A baſium verò capitulorumque deſignationibus hic abſtinendum eſſe cenſuimus, ne cætera tot rerum inuolucris quandoque confunderentur. Eadem autem regula dirigente, complura ædificiorum genera è planis in altitudine educentur.



Quì adietro hò dimostrato la via di far vn portico di archi con le colonne, & altre cose pertinenti ad esso. Hora dimostrarò con facil modo di leuare su dal piano qualunque faccia di casa, ò altra cosa simile. Sia fatto vn piano di quadri continuati in gran longitudine: li quali saran due piedi l'vno, & per prima. Al principio di questa prima facciata sarà vna porta: la latitudine della quale sara cinque piedi, perciothe occuperà due quadri, & mezzo nel scurtio, l'altezza sua sarà piedi dieci: per occupare cinque quadri pel trauerso del piano, le sue pilastre saran di vn piede per occupare mezzo quadro in scurtio, il fregio sarà altrotanto, & la cornice sarà tanto di più, quanto importarà il suo crescimento per la veduta più bassa, & sarà fatta con la regola già dimostrata, il poggiolo, ò pergolo, che si sia: li suoi modiglioni saran sul viuo delle pilastrate di essa porta, & così la porticella sarà nel mezzo sopra la porta, & sarà larga due piedi. Nell'altro angolo di questa prima maggione sarà vn'altra porta, la sua larghezza sarà sei piedi, è potrà essere quadra: & tonda come si vorrà. Mà a che tanto faticarmi per scriuere queste misure, lequali si veggono cosi espresse nel dissegno quì auanti? Solamente hò da ricordare al studioso di questa cosa, che tutte le cose nascono dal piano, che son tre principali. Longhezze, cioè tutta vna facciata di tanti piedi. Larghezze, cioè porte, finestre, botteghe, & cose simili. Altezze, cioè porte, finestre, poggiuoli, cornice, tetti, colonne, & cose simili. Mà ce n'è vn'altra, ch'è la grossezza de i muri, delle colonne, & alcune pilastrate. Le longhezze si prenderanno dalli quadri che scurtiano, & anco le larghezze, & cosi le pilastrate, che son pur larghezze, come s'è detto. Le altezze si prenderaano dalli quadri pel trauerso, come saria la porta è alta piedi dieci ella si misurarà da l'angolo più presso di quà sopra la medesima linea oue nasce l'angolo, & questa se dimanda line a retta: & prenderasi cinque quadri, & quella misura si leuarà sù & sarà la sua altezza & quel ch'io dico della porta s'intende di tutte l'altre cose. La grossezza del muro sarà due piedi, perche si vede espresso, ch'ella occupa vn quadro. Il sporto della seconda casa è sei piedi misurati sul piano, & lo trouarete occupar tre quadri. In somma tutte queste cose (come hò detto) nascono dal piano per tutti i lati, in questa figura non hò voluto mettere corniciamenti ne colonne ò altri ornamenti, acciò la cosa sia ben facile da intendere. Mà il copioso d'inuentione col suo buon giudicio, sapendo li termini, saprà ben poi accommodarsi di belli, & bene intesi edificij, & forsi se'l tempo non mi manca ne farò alcuno ne l'estremo di questo Libro.


Quanam ratione arcus in porticibus constituendis columnis suppositis incumbere debent, nonnullaque insuper alia ad porticuum ipsorū dispositionem spectantia, abunde, ni fallor, cuncta iam ostenta declarataq; fuerunt; Nunc verò, facilitati inprimis studentes, quo pacto ædiū, aliorum ve consimilium frontes è planis in altitudinem sunt excitandæ atq; attollendæ, monstrare aggrediemur. Planum igitur ex compluirib. quadratis in satis amplum longitudinis spatium extensis sit constitutū, singulaq; quadrata bipedalia existant. Moxque primo frontis huiusce ingressu ostium sese conspiciendum exhibeat: cuius latitudo cùm in duorum quadratorum & semis spatium in clinatione sua porrigatur, quinq; pedum sibi vendicabit interuallum: altitudo autē cùm quinque quadratorum in transuersa planicie intercapedinem occupet, pedum denum quantitatem assequetur: antepagmenta verò, quæ vulgò pilastratæ dicuntur, cùm dimidium quadratum earum proclinata impleant collocatione, pedis vnius magnitudinem minimè excedent; eademque pedalis distantia zophoro assignabitur: coronix autem tantò amplior existet, quantum eius incrementum propter oculi ab imo ad summum prospicientis maiorem longinquitatem efflagitabit, & ex superioribus præceptionibus constructio eius deducetur. Podium deinde seu Menianum, eiusque mutuli in antepagmentorum ostij ipsius solido collocabuntur, vnde ostiolum medium ipsi ostio vtique superincumbet, bipedalique latitudine finietur. In altero præterea primæ partis huiusce angulo ostium aliud sexpedali latitudine constituetur, quod vel quadratum vel rotundum, prout nobis libuerit, formabitur atque conficietur. Id vnum studiosos in præsentia admonuisse sufficiat, quæ è planis oriuntur, ternario numero inprimis comprehendi: Primò quidem longitudines, quemadmodum Frontes Lateraque ædificiorum, in tot pedum quantitatem extensa atque continuata: Secundò latitudines, quemadmodum Ostiorum, Fenestrarum, Officionarum seu Tabernarum, aliorumque consimilium laxamenta: Postremò altitudines, quēadmodum Portarum item & Luminum excelsitates, necnon Meniana præterea, Coronices, Tecta, Columnas, & eiusmodi cætera. His tribus quartum insuper genus accedit, Murorum videlicet, Columnas, & eiusmodi cætera. His tribus quartum insuper genus accedit, Murorum videlicet, Columnarum, Parastatarumque nonnullarum crassitudo. Lōgitudines quidem, itemque Latitudines, necnon Pilarum Parastatarum ve series, quæ, vt alias diximus, inter latitudines connumerantur, ex inclinantibus atque diminuentibus sumuntur quadratis: Altitudines autem è quadratis transuersis deducuntur. Quemadmodum cùm ostium hic figuratum decempedalem altitudinem obtineat, eius dimensio ab angulo hoc propiori è linea angulum eundem procreante capietur, quæ quidem recta linea vocitatur, & quinque quadratis in ea acceptis ascendens hæc dimensio propositi ostij altitudinem explebit. Quæque de ostio dicta fuerunt, eademmet in cæteris quoque intelligenda subaudiendaque profectò videntur. Parietis autem crassitudo, cùm eam quadrati vnius spatium sibi vendicare clarissimè pateat, bipedalis vtique erit. Aedis verò alterius proiecturam sex pedum è planicie acceptorum quantitatis dimetitur, eamque trium quadratorum spatium sibi sumpsisse comperiemus. Atque, vt paucis rem complectamur, cuncta hæc, vt iam diximus, è planicie ortum ducentia ad varias partes postmodum diffunduntur. Verùm solers profectò, inuentorumque varietatibus affluentissimus Architectus, terminis quamprimùm sibi cognitis & perspectis, iudicioque mox adhibito, elegantium recteque distributorum ædificiorum symmetrias persequetur.






Le ſcale ne gl'edificij ſon molto neceſſarie, & però intendo dimoſtrarne di più ſorte, & cominciare dalle più facili. Per l'ordinario vn grado è mezzo piede in altezza, & vn piede in larghezza cioè il ſuo piano. Diremo adunque li quadri di queſto piano eſſere vn piede, & vorremo fare vna ſcala di cinque piedi in altezza, & la ſua larghezza tre piedi. Su la prima linea del piano perenderemo la miſura della larghezza, & appreſſo ſi miſurarā ſopra eſſa linea li cinque piedi, liquali ſi drizzaranno alli due angoli d'eſſa ſcala, & partiranſi in dieci parti & queſti ſaranno A, B. Poi tutte quelle parti ſian tirate a l'Orizonte con linee occulte, dipoi ſian numerati noue quadri in longitudine & dirizzata vna linea la quale ſegarà quella del B, li ſarà l'angolo del vltimo grado, alquale ſarà vn ripoſſo di tre piedi per quadro: li angoli del quale ſaran C, D, dipoi ſi formerà lo primo grado, & dalli ſuoi angoli del ripoſso ſi menaranno due linee, & appreſso ſi leuaran tutte le linee de i quadri: & doue quelle toccaranno le dette linee: li ſaran tutti li angoli de i gradi: come ſi vede eſpreſso nella ſigura. Queſta ſcala è in ſcurtio per fianco, l'altra ſcala viene ad eſsere in profilo, & è alta vn grado manco, che ſon quattro piedi & mezzo, & è medeſimamente larga tre piedi, come dinotano le linee occulte del piano ſotto eſsa ſcala: & con queſta regola ſi poſsono fare le ſcale di tanta altezza: quanto ſi vorrà, & farci alcuni ripoſsi nel mezzo, togliendo ſempre la miſura da i piedi del piano, & per il ſcurtio, & per il dritto.

Scalarum quidem rationes, propterea quòd ipſæ in ędificiorum conſtructionibus non modò vtiles, ſed etiam apprimè neceſſarię exiſtimantur, complures hic recenſere demonſtrareque decreuimus, à facilioribus primum exordio ſumpto. Scalarum ordinarij conſuetique gradus altitudine ſemipedali, pedalique latitudine planicieque paſſim ab omnibus terminantur. Quapropter nos quoque in propoſita planicie, quadratis pedalibus aſſumptis, ſcalam pedes quinos in altitudinem erigere, eius latitudine tripedali exiſtente, aggrediemur. In prima igitur plani ipſius linea latitudinis accepta menſura, & quinque pedum interuallis in ea ſignatis; mox pedes ijdem quinque ſuper duos ſcalæ erigendæ angulos A & B ad perpendiculum ſtatuentur, & in decem ſegmenta iuſtiſſima ratione diuidentur: quæ quidem ſegmenta omnia ad Horizōtem occultioribus lineis producantur. Poſtmodum quadrata nouem ſecundum longitudinem numerentur: lineaque quadam, quæ lineam B interſecet, erecta, ibi poſtremæ gradationis angulus vtique ſtatuetur: cui tripedalis quadrataque areola ſiue retractio, quam vulgus requiem appellat, deinceps ſuccedet; retractioniſq; huiuſce anguli, C, D, nimirū exiſtent. Primæ deinde infimæque gradationis conformationem aggreſſi, ab extremis angulis areolæ primæ huiuſce gradationis duas rectas producemus, cunctaſque quadratorum ipſorum lineas ſurſum attollemus: quæ vbi rectas modò commemoratas attingent, ibi graduū cunctorum anguli ſtatuentur, quemadmodum ex ſubiecta patet deſignatione. Scala quidem hæc obliquam & inclinatā habet collocationē, altera verò ſemiperfecta dimidiaque tantùm apparet: quæ à ſuperioris altitudine adæquanda vno gradu deficiens, quadrupedalem duntaxat & ſemipedalem inſuper habet aſcenſum tripedalemque, non ſecus ac illa latitudinem obtinet, quemadmodum occultæ plani ipſius lineæ eidem ſcalæ ſubſtantes oſtendunt. Hac autem regula edocti ſcalas, ad quantamcunque altitudinem voluerimus, medijs quibuſdam tamen areolis interpoſitis, educemus; à plani ipſius pedibus, tam in directis quàm in inclinatis ſcallarum collocationibus, commenſibus ſemper acceptis.




Queſte Scale in profilo han gran preſentia, & ſono ben facili da collocare in ogni luoco, dico in diſſegno, & à più coſe poſſono ſeruire, ancora ne gli edificij doue ſi habbia à montare dolcemente ſon molto cõmode & agiate, & danno a riguardanti non sò che di contentezza d'occhio, & maſſimamẽte à luochi publici, percioche eſſendo ſempre due per vna ſi può ſalire da vna banda, & per l'altra deſcendere, ſenza impedimento delle perſone à riſcontrarſi. Et coſi come ſon due ſalite ſolamente, l'huomo da ſe con queſta inuentione potrà farne delle altre & variando ancora. Come queſte ſcale ſian fatte, & con che ragione, ben ſi comprende il tutto ſenza che altrimenti ſi ſcriua, perche, come altre volte hò detto, li quadri ſon piedi comuni, & li gradi ſon di altezza mezo piede, & il ſuo piano vn piede, la latitudine d'eſſe ſcale è piedi cinque, coſi le prime, come le ſeconde, il ſuo Orizonte ſi troua molto alto, acciò meglio ſi vedino li ſuoi piani, la porta ruſtica non è larga che tre piedi, & alta ſei, & benche paia eſſer chiuſa: ſi potrà nondimeno farla aperta, & ſeguitare più oltre con altre coſe, & anco li due angoli della deſtra, & ſiniſtra banda, doue è il terzo grado, & riposso vuole eſsere largo cinque piedi, come la ſcala, mà quì ſono ſolamente vn piede, per l'anguſtia del foglio, & della Stampa, & quelle linee drizzate sù ſopra eſſi gradi: rappreſentano ferri per li appoggij, ò veramente balauſti, liquali anchora ſtaran bene qua dauanti per appoggiarſi, & anco per non cadere à tempo di notte, non ci eſsendo lumi, mà non gli hò fatti per non confondere l'altre coſe.

Publicis autem locis ſcalarum huiuſce generis forma ac diſpoſitio inprimis conducit: cùm enim binæ ad oppoſitas partes inſtructæ ſibi mutuum præſtent reſponſum, per alteram quidem aſcendere, reliquãque deſcendere abſque vlla penitus occurrentium atque aduerſantium offenſione expeditiſſimè licet. Quanuis autem duo tantummodo hic ſcalarum aſcenſus deſcripti conſpiciuntur: aliarum tamen tum conſimilium tum diſſimilium quoque ſcalarum genera, exemplar hoc obſeruantes, per nosmetipſos inueniemus & cõſtruemus. Verùm quo artificio, qua ve ratione ſcalæ hic à nobis appoſitę conficiuntur, facillimè, vt arbitror, abſque vlla explicatione percipi poteſt: Sicut enim alias diximus, quadrata communium pedum menſura definiuntur; gradationibus ſingulis ſemipedalem altitudinem, earumque planiciei pedalem quantitatem, & ſcalis vtriſque, tam primis quàm ſecundis, quinpedalem latitudinem obtinentibus. Horizon autem ſublimis admodum eſt collocatus, vt plana viſu expeditius diſcernantur. Ruſtica ianua haud amplius quàm in tripedalem latitudinem, & in altitudinem ſexpedalem extenditur: quæ quidem etſi clauſa videtur, eam tamen adapertam atque patentem efficere, aliaque præterea ei adiungere poſſemus: dueque angulares verſuræ dextra læuaque conſtitutæ, quò gradatio tertia & areola ſiſtitur, in quinquepedalem haud ſecus quàm ipſamet ſcala latitudinem dilatandæ profectò fuiſſent; verùm hic propter ſpatij, paginæque ipſius anguſtiam pedales factæ fuerunt. Lineæ demum illæ ſuper gradationes erectæ ferreos vectes, vel humiliores quaſdam latioreſque columellas, quas hodie Baluſtrias vocant, ad ſcandentium ſuſtentationem & fulcimentum excogitatas imitantur, quæ cæteris etiam ſubſequentibus gradibus tum propter incumbentium commoditatem, tum etiam ne quandoque per noctem luminibus deſtituti ex alto imprudentes decideremus, ſunt apponendæ: at hic propter confuſionem euitandam continuatam earum ſeriem interpellauimus.




Fra le cose che hanno gran forza nelle dimostrationi delle perspettiue: io trouo le scale tornar molto bene, & quanto han più ritorni fanno l'effetto migliore, & perciò hò voluto fare queste due scale che riuoltano, le quali sono in profilo, mostrando però il suo piano. Questa prima scala salisse tre piedi, & è anchor largha tre piedi, come dimostra il piano de linee occulte sotto il riposso, il quale per ritornare e ben necessario che ei sia di due larghezze che cosi dinota il piano di sei piedi sotto il riposso, sopra ilquale si troua vna porticella, la latitudine della qual è due piedi, & le sue p. lastrate son di mezzo piede per lato che viene ad essere in tutto tre piedi, per occupare tutto il riposso. Quelle linee dirizzate da questa destra banda del riposso, dinotano lo parapetto per appoggiarsi, ò ferri o balausti, & il medesimo si farà dauanti cioè ad ogni grado vn diritto, ma non l'hò fatto per non confondere la figura, l'altezza sua è due piedi & mezzo, che cosi è commodo à sostenere la mano. Il modo come sia leuata dal piano questa prima: & anco la seconda scala, si bene senza scrittura se intende che non accade a scriuerlo, ma questo è solamente per alcuni che non son cosi capaci. La porta rustica sotto il secondo riposso, non passa più oltra, che la latitudine della scala, come dimostra il piano sotto essa porta. Entro la porta sopra il secondo riposso dimostra esserui vna scala che salisse più alto, & è in faccia, laquale volendosi fare ben giustamente, conuerrà continuare il piano de i tre piedi sotto la porta rustica, & da quello leuare su la detta scala, nel modo che quì a dietro nell'altra scala hò dimostrato.

Ex compluribus, quæ ad Opticas designationes conducere existimantur, scalarum ratione maximas nimirum vtilitates ac venustates præstare videntur; quæ quò plures versuras habuerint, eò melius commodiusque munere suo funguntur. Quapropter duas hasce scalas vertentes nunc figurauimus, quas dimidias tantùm depinximus; earum tamen planicie subiecta, conspicuaq; existente. Prior quidem scala ternos pedes in altitudinem ascendit, itemq; tripedalem latitudinem obtinet, quemadmodum planicies occultioribus lineis sub areola seu requie designata nobis ostendit: quæ quidem areola vt commodiorem nobis præstet versuram, latitudine duplo maiorem habebit, sicut sexpedalis planicies ipsi supposita patefacit. Huic autem areolæ ostiolum quoddam desuper imminet: cuius latitudo quidem bipedalis, antepagmentaq; ad vtranq; partem collocata semipedalia existunt; cunctaque simul composita ad tripedalem magnitudinem extendunt, ut totiusq; areolæ expient interuallum. Lineæ verò stantes, & ad dexteram, areolæ partem excitatæ podium, cui tutò hærere incumbereque possimus, vel ex ferreis vectibus, vel ex lapideis fulcimentorũ generibus cõstans præseferunt, quæ in singulis pariter gradationibus, antequam ad areolam pertingas, sunt disponenda. Huiusce generis aut fulcimentorum altitudinem, vt manus commodius firmari sustinerique possit, bipedalem, semipede insuper addito, esse decet. Qua ratione deinde scalarum propositarum vtraque, tam videlicet prior quàm posterior, e planicie in altum assurgat, pauca hæc propter nonnullos ingenio tardiores hebetiores ve duntaxat adiungentur. Rustica ianua sub altera areola siue retractione constituta scalæ ipsius latitudinem minimè prætergreditur, quemadmodum planicies ipsi ianuæ substrata commonefacere nos videtur. Interior ianua postremò secundæ huic retractioni siue areolæ superposita tertiam scalam cæteris altiorem conspiciendam proponit, quam è regione siue in fronte descriptam intueris: quæ quidem si recta iustaque ratione esset à nobis conficienda, tripedalem planiciem rusticæ ianuæ substantem hic quoque extendere, ab eaque præsentem scalam in altitudinem gradatim attollere, quemadmodum in altera mox demonstrauimus, profectò oporteret.




Di questa diuersità di scale son certissimo che vna parte sara intesa senza scrittura, massimamente quella di mezo, che salisse da due lati & anco la superiore a essa che salisse più sù: percioche quella è leuata dal piano come tutte le altre, & questa viene ad essere di larghezza sei piedi, come si vede sotto l'entrata quadra del primo riposso nel pauimento che occupa sei piedi. Li due archi sotto la seconda scala, le sue grosezze son vn piede, & però la scala che discende sotto terra, è larga quattro piedi, & è cauata dal piano come le altre. Quella che è più oltre fuori de gli archi: si vede il modo come è fatta molto chiaramente, & cosi questi due gradi che a man sinistra si veggono, si conosce in che modo son fatti, & se'l pauimento venisse più in quà si vederebbe meglio il suo finimento. La scala più lontana a canto la porta rustica, si conosce apertamente come è leuata dal piano: la quale troua vn riposso che viene in quà, & vna scala la quale salisse in alto & viene in quà: laquale è pur tolta dal pauimento come l'altre, cioè li gradi alti mezzo piede, & il suo piano vn piede, ma in cosi piccola cosa mal si può misurare, ma rimane nella intelligentia de l'huomo: che poi facendola grande, la trouarà riuscire. Sotto questa scala passa vna porta, laquale è larga cinque piedi. Sopra questo piano, & sù per queste scale il buon pittore haueria ben soggetto da trauagliarsi in collocar figure in diuersi modi, in piedi: a sedere sopra li gradi, & distesi per terra in scurtio, in questo modo, & con questa misura. Sia la figura doue si voglia con li piedi, prendi cinque di quei quadri per linea retta & tanto sarà alta la figura percioche vna persona comune, ò mediocre che dir vogliamo, è di tale altezza, & cosi farai da presso: in mezzo & da lontano. Se la figura sarà sopra vna scala, prendi la misura di quel grado, doue ella si troua, & la farai di quelle altezze che son cinque piedi, & cosi s'ella sarà a giacere: sia il medesimo. Se vorrai ch'ella scurti giacendo sopra il piano: fà che sia cinque di quei quadri che scurtiano & veduta dal modello, o dal vero farà l'vfficio suo.


Differentium scalarum, quæ hic designatæ conspiciuntur, nonnullas absque interpretationis vllius ope facilem sat intelligentiam exhibituras certò scio, præsertim scalam illam medianam, quæ ex vtraq; parte commodos præstat ascensus, necnon superiorem alteram ad altiora scandentem: illa nanque è planicie cæterarum more sublimis assurgit, hæc autem sexpedalem intercepit latitudinem, quemadmodum intra prima areolę quadratum vestibulum in pauimento pedum senum spatium item occupante clarissimè apparet. Quòd verò ad duos arcus secundę scalę suppositos attinet, eorum crassitudines pedales vtique existunt: & idcirco scala ad inferiora descendens, quæ e cæterarum scalarũ consuetudine à plano originem suam deducit, quadrupedalē obtinet latitudinem. Altera autem, quæ ab arcuum ambitu liberata vlterius procedit, scala qua ratione conficiatur, perspicue admodum patere arbitror: duarumq; gradationum, quæ ad læuam appositæ conspiciuntur, constructio atque artificium satis intelligitur: eiusque profectò si pauimentum ad læuam amplius extenderetur, melius adhuc & clarius nimirum discerneretur. Scala deinde remotior iuxta rusticam ianũam collocata quemadmodum planicie in altum assurgat, dilucidè quidem percipitur: quæ gradatim ascendens in areolam quandam interiori parte constitutam, & in scalam deinceps altiora atque interiora loca adhuc petentem incurrit; scalæque nouissimę huiusce commensus non secus ac reliquarum a pauimento accipiũtur: gradus enim semipedali altitudine, pedalique planicie terminantur. Verùm huiuscemodi symmetriæ in tanta exemplaris exiguitate vix locum habere videntur: sed cogitatione ac mente firmiter comprehensæ, & ad maiorem quantitatem deinde traductæ, optimè nimirum conuenire comperientur. Sub scala denique hac postrema ostium quoddam intercurrit quinquepedali latitudine definitum. In exposita quidem planicie, scalarumque iam designatis exemplis figuras compluribus situum ac positionum varietatibus egregius pictor aptissimè collocabit, alias directas, nonnullas gradibus insidentes, aliasque demum prostratas simul & reclinatas: quarum omnium expediendarum rationes breuibus percurremus. Figuræ pedibus quocunque loco insistentibus, rectorum quadratorum, quina tantummodo capiantur, & tanta altitudine figuram ipsam constitues: Pedictamque mensuram, semper obseruato. Sin super scalam figuram aliquam erectam ac stantem effinges, gradus illius, quo ipsa consistet, mensuram accipito, & quinque pedalem altitudinem figuræ tribuito.



Più ſorte di ſcale hò dimoſtrato, mà ve ne ſono anchora dell'altre, lequali (nel vero) a chi non ſarà bene inſtrutto in quelle paſſate: poco ò nulla intenderà le due che quì auanti voglio dimoſtrare. Queſta prima ſarà vna limaca quadra, mà chi ſaprà far queſta, ſara anchora la tonda che è tutto vno: ſeruendoſi di quella regola che à far li corpi tondi hò dimoſtrato. La figura ſegnata P, è la pianta di eſſa limaca, ma di forma minore, acciò capire ci poſſa. Queſta medeſima pianta ſi metterà in ſcurtio, & ſe imaginerà quel primo piano alto mezo piede dal pauimento, appreſſò ſi leuaranno ſul dritto tutti li angoli de i gradi ad vna altezza, ſegnando ſopra eſſe linee li mezi piedi di quella altezza, che ſarà il primo piano doue eſſe linee naſceranno, queſti dauanti, che ſon cinque anderanno tutti ad vna altezza: che ſon noue gradi col primo piano, liquali ſi tiraranno à l'Orizonte & terminaran quei dal deſtro, & dal ſiniſtro lato, & coſi anche quelli nella faccia di là ſaran a l'altezza de gli angolari. Terminati adunque tutti li gradi ſopra le linee dirizzate, ſi leuarà il termine di mezo, partendo ſopra eſſa linea tanti mezi piedi di quella altezza che ſi trouerà il primo piano nel mezo, dipoi ſi leuarà ſu il primo grado mezo piede, & coſi al centro altrotanto, & tirate le due linee ſarà formata l'altezza del primo grado. Al grado ſecondo il termine delquale e a l'angolo ſiniſtro: ſi farà il medeſimo, & da l'angolo del ſecondo grado ſia tirata vna linea à l'Orizonte, laquale trouarà il termine del terzo grado & da quel termine ſia leuato il terzo grado mezzo piede: & da quello al centro ſian tirate le due linee, doue ſara formata l'altezza del terzo grado, & dal ſuo angolo à l'orizonte ſi menarà vna linea che toccarà il termine del quarto grado: & leuata la ſua altezza poi tirate le due linee al centro, ſara fatta l'altezza del quarto grado. Così da l'angolo ſuo all'Orizonte ſi tirarà vna linea che trouarà il termine del quinto. Leuata adunque la ſua altezza, & tirate le due linee al centro ſarà trouata l'altezza del quinto grado, & dal ſuo angolo ſi menerà vna linea à l'Orizonte, laquale trouarà il termine del ſeſto grado che ſara sù l'angolo, & leuata la ſua altezza ſe tiraran le ſue linee al centro, coſi ſara trouato il piano del ſeſto grado, & dal ſuo angolo al termine del ſettimo grado ſi menara vna linea al liuello, non a l'Orizonte per eſſer queſto ſu l'altra faccia, & il medeſimo ſi farà di grado in grado, & rinotandoſi da queſto lato deſtro li gradi, ſi tenerà ſempre queſta regola laqual è infallibile.


Scalarium complurium genera in ſuperioribus quidem recenſuimus: verùm aliæ inſuper præter eas comperiuntur, quarum artificium, niſi eorum, quæ hactenus dicta fuerunt, plenam perfectamque intelligentiam aſſecuti fuerimus, vix vtique deguſtare nobis licebit; quemadmodum duarum ſcalarum, quarum formas hic inferius ſubiecimus, deſignationes ſatis ſuperque indicare videntur. Prima quidem cochlidem quadratamque ſcalam repræſentat: cuius texturam ſiquis rectè perceperit, rotundam quoque, regulæ ſuperioris ad corporum rotundorum conformationem conducentis auxilio, promptè expediteque cõficiet. Figura P, cochleę imam aream minori forma concluſam, vt comprehẽdi continerique commodius poſſit, ſignificat. Hæc eadem area inclinata etiam ſtatuetur, primaque planicies à pauimento in ſemipedalem altitudinem excitata mente concipietur. Poſtmodum cuncti gradationum anguli in eandem altitudinem directi educentur, in ipſis lineis ſemipedibus primæ planiciei, vnde huiuſcemodi lineæ originem ducunt, altitudini prorſus æqualibus dimenſis atque notatis. Quini autem gradus anteriores ad eandem altitudinem omnes conſcendent, qui cũ prima planicie ſimul accepti nouem conficiunt gradationes: cunctique ad Horizontem perducentur, anguloſque tum ad dexteram tum ad læuam appoſitos terminabunt. Haud ſecus etiam gradus ex altera parte conſtituti angularium harum gradationum altitudinem adæquabunt. Singulorum igitur graduum terminis à lineis ſeſe in altum erigentibus definitis, media excitabitur terminatio, tot quoque ſemipedibus primæ planiciei mediæ parem altitudinem obtinentibus in eadem linea ſignatis. Prima deinde gradatio in ſemipedis vnius altitudinem educatur, pari quoque in centro ipſo altitudine definita; rectiſque duabus extenſis, primæ gradationis ſcanſionem mox & formatam habebis. Eademque prorſus arte ad ſecundam gradationem, quæ à ſiniſteriori angulo ſuam accipit terminationem, effingendam adhibita, ab eius angulo ad Horizontem recta linea perducatur: qua quidem tertiæ gradationis terminum attingente, ab eo tertiam gradationem ſemipedem vnum altam conſtituito; & ab eodem rurſus duabus rectis ad centrum continuatis, tertiæ gradationis mox altitudo apparebit. Haud ſecus etiam à tertiæ angulo ad Horizontem recta extendatur, quæ quartæ gradationis terminationem continget: moxque eius altitudine ſurſum educta, rectiſque duabus ad centrum continuatis, quartæ gradationis quamprimùm ſcanſionem expedies. Item à quartæ angulo linea quintæ gradationis terminum prætercurrente ad Horizontem vſque perducta, quintæque gradationis eiuſdem altitudine erecta, duabuſque lineis ad centrum extenſis, ipſius aſcenſionem perficies. Pariter ab angulo quintæ recta per ſextæ gradationis angularem terminationem mediam ad Horizontem vſque pertingente, eiuſque altitudine elata, linearumque duarum extenſionibus ad centrum peruenientibus, ſextæ gradationis planiciem aſcendentem habebis. A cuius angulo ad ſeptimæ gradationis terminum non quidem Horizontalem, quemadmodum in cæteris ſed perpendicularem lineam potius extendes.






Per non lassare a dietro di quante maniere di scale si possono fare, & massimamēte di quelle che souente accadono, hò voluto dimostrar questa che da tutti li lati si monta, la pianta della quale è qui sopra a man destra. Benche però è di minor forma de la propria & questa montata cosi si farà. Sia leuato dal piano vn corpo quadrato perfetto: ma in scurtio, l'altezza delquale sarà mezzo piede, & fara vn piano spacioso. Sopra questo piano sian tirate le linee diagonali, & dalli angoli nella parte interiore, sia lassato vn piede per lato sopra la prima linea di questo piano, & quel termine sia tirato a l'Orizonte di linee occulte, & doue quelle toccaran le linee diagonali, quiui saran li quattro angoli del secondo grado. Leuati adunque sù diritto li quattro angoli a l'altezza di mezzo piede (cioè in quel luogo oue si trouera il fondo del primo piano) sara tirata vna linea da angolo ad angolo, & l'altre due linee a l'Orizonte, lequali trouarangli altri due angoli più oltre, & cosi sara formato il grado secondo, & il medesimo si fara del terzo, & cosi del quarto, & anchora a maggior salita si potrà andare. Quella piramide vi è posta cosi per vn capriccio, per empire quel campo della stampa. Alcuna volta si vorrà fare vna simile scala dauanti ad vna porta: che la metà di questa seruirà in altro simil luoco, a tribunale, a qualche altare, & cose simili: & con questa via si potra fare le scale rotonde, & anchora di otto faccie, ò di sei, come più a dietro dimostrai in esse forme.

Ne scalarum genus aliquod inexplicitum inexploratum ve relinquamus, earum præsertim, quarum frequentior vsus tempestate nostra esse conspicitur; scalæ, quæ vndique præstat ascensus, typum hic figurauimus: cuius aream, etsi minori forma, quàm par sit, descriptam, ad dexteram collocauimus, eiusque ascensio talis nimirum existet. E plano quadratum perfectumque corpus, propendens tamen aliquantulũ & inclinatum, in sublime excitetur; cuius altitudo semipedalis erit, spatiosamque planiciem constituet, in qua diagonales extendantur: & ab interioribus angulis in prima planiciei hiusce linea ex vtroque latere pedis vnius spatium relinquatur, eaque terminatio occultioribus lineis ad Horizontem perducatur; quæ quidem vbi diagonales lineas contingent, ibi quatuor secundæ gradationis anguli statuentur: Quibus ad semipedis vnius duntaxat altitudinem eductis (vbi scilicet primæ planiciei fundum inuenietur) ab angulo ad oppositum angulum recta ducatur, duæque cæteræ lineæ ad Horizontem extendantur; quæ quidem Horizontales lineæ in duos angulos vlteriores incurrent, & hac vtique ratione secundæ gradationis perficies conformationem. Haud secus in tertia, in quarta, & in cæteris deinceps gradationibus ad quãtamcunque altitudinem conscendentibus tibi erit elaborandum. Pyramidatam autem illam figuram, vt vacuum paginæ ipsius laxamentum decoræ, & speciosæ formæ huiusce interpositione exornaremus, apponendam censuimus.




Io haueuo promesso d'instruire tanto nella perspettiua il studioso di queste mie fatiche: che gli sapesse dimostrare in perspettiua li suoi concetti di qualche edificio che gli volesse fare, pensando darne alcuni semplici termini, come saria di formare vn piano semplice o doppio, & leuar sù qualche corpo, & che questo hauesse a bastare. Ma trasportato di vna cosa ne l'altra: io sono entrato in vn pelago forsi tropo profondo alle forze mie, & questo hanno causato li prieghi di qualch'vno che mi può comandare, & perciò: hora ch'io voleuo dar fine a questo libro incomincio a trattare delle cose più difficili, lequali se addimandano fuori di quadro, benche però si tirano a l'Orizonte & alla distantia, come la presente figura quì disotto, laquàl dimostra vn quadro perfetto, l'angolo del quale è posto sopra la linea piana, & cosi come se ne vedono due lati egualmente, cosi anchor le distantie sono eguali, le quali sono al D. Et quanto si vorrà far scurtiare più esso quadro sian poste le distantie più lontane, & quanto si vorrà far larga la fascia intorno al quadro: sia da l'angolo C, verso l'angolo A, terminato: & tutti li termini di questo quadro vanno alle distantie & niuno và a l'Orizonte, eccetto il quadro doue è collocato questo.

Architectonicæ facultatis studiosos eousque in Optice instituendos nobis proposueramus, vt quascunq; ædes conficiendas elaborandasque ipsi in se recepissent, Graphicis designationibus eas ad prospectum componere accõmodareque possent, simpliciores tantummodo quasdam rerum consimilium terminationes, veluti simplicium duplicatarumque arearum conformationes, & corporum nonnullorum in altũ eductiones nos tradituros existimantes, sic vtique rebus Opticis extremam manum tandem impositurі. Quapropter cùm voluminis huiusce modum iam statuere decreuissemus, difficiliora aggredi nunc videmur: quæ etsi ipsa quoque ad Horizontem atque distantiam non secus atque superiora perducuntur, extraquadrata tamen appellari consueuerunt, quemadmodum præsenti schemate patet, quod absolutũ quadratum, cuius angulus planiciei lineam contingit, designat. Huiusce autem quadrati sicut duo latera æquali vtrinque ratione conspiciuntur, ita quoque distantiæ in signo D constitutæ pares existunt. Quantò autem quadratum plus inclinare & propendere voluerimus, tantò longiori interuallo distantias collocabimus. Fasciæ verò quadratum ambientis maior minor ve latitudo, ab interuallo inter angulum C & angulum A medio existente, modò longiori modò breuiori definietur. Cunctique quadrati huiusce termini ad distantias contendunt, nullo eorum prorsus ad Horizontem proficiscente, nisi de altero quadrato huic circumposito sermonem fortasse habuerimus.




Quà sopra hò dimostrato la via di porre vna superficie in scurtio fuori di quadro, hora dimostrarò il modo di leuare il suo corpo di quella istessa grandezza: col medesimo Orizonte, & le istesse distantie, il qual corpo è vacuo, & si può leuare à tanta altezza, quanto parerà a l'huomo, mà io l'hò tenuto così basso acciò si vegga il fondo suo, & da questa medesima figura si comprende à quante cose ella potrà seruire, & tanto più ò meno seruirà, quanto l'huomo sarà più ò meno giudicioso, & questo sia basteuole quanto a li corpi quadri, mà voglio ancora dimostrare il modo di corniciargli nella seguente carta.

Nunc quopacto corpus æquè magnum, eodemmet Horizonte iisdemque terminis manẽtibus, ex ea educatur, mõstrare aggrediemur: quod quidem corpus vacuum introrsus existit, & ad quodcunque altitudinis fastigium, prout opportunius commodiusque esse ducemus, extolletur. Verùm nos in præsentia humile idcirco ipsum constituimus, vt eius ima pars commodius conspici possit. Ad quot autem præsentis designationis vsus extendatur, studiosis vtique iudicandum relinquimus: idque tantùm illos admonitos volumus, descriptionem hanc ad eò plura vel pauciora esse profuturam, quò plus vel minus iudicio ipsi præstiterint. Et hæc de quadratis corporibus dicta sufficiant.




La presente figura è formata col medesimo Orizonte, & con le medesime distantie che son formate le qui adietro: vero è che l'Orizonte & le distantie sono alquanto più basse, & a voler corniciare il detto corpo di sopra: & di sotto, si farà elettione della grandezza delle cornici. Poi tirate le linee diagonali cosi disopra, come nel fondo del corpo solido: prima alle cornici superiori si darà il suo conueniente sporto, & cosi dalli suoi angoli caderanno linee perpendicolari, sopra le parti da basso, & termineranno la proiettura delle basse cornici, lequali (come hò detto qui adietro) vanno alle distantie, & non a l'Orizonte; & cosi come li quattro angoli d'esso corpo vanno chiusi dentro del quadro: cosi si vede il fondo, & il di sopra delle cornici vscire fuori del quadro, & questo è solamente per le cornici senza membri, per non confondere l'huomo, ma appresso se dirà de i membri.

Præsens figura, eadem Horizontis, quemadmodum in superioribus, remanente constat dispositione: nec aliud quippe intercedit discrimē, nisi quòd hic & Horizon & distantiæ humiliores aliquantulùm constituuntur. Vt autem corpus hoc tum in summo tum in imo prominentibus coronicibus exornetur, earum magnitudinem inprimis statuere oportebit: Postmodum diagonalibus tum in summis tum in imis solidi corporis partibus extensis, superioribus coronicibus propriam & conuenientem assignabimus proiecturam: Deinde ab earum angulis perpendiculares ad inferiora decidentes inferiorum quoque coronicum, quæ (vt iam diximus) ad distantias, minimè autem ad Horizontem cōtendunt, proiecturam definient. Vnde quemadmodum quaterni corporis ipsius anguli in interiori concluduntur quadrato, ita è contrario imæ summæque coronices extra quadratum spatium procurrere conspiciuntur. Hæcque de puris tantum & simplicissimis coronicibus, ne legentium animo primo impetu confusi quandoque impliciti ve reddantur, dicta fuerunt: Nunc verò earum membra & ornamenta apponemus.




Qua di sopra s'è ragionato delle cornici senza membri che hanno a seruire a questi corpi quadri fuori di quadro: & era ben necessario a darne qualche termine. Hora qui a canto se dimostrano in figura le sopradette cornici con li membri suoi, liquali saran fatti anchor d'altra maniera a libertà de l'Architetto secondo li suggetti, & con quel diminuire & accrescere di membri: che ne gli altri corniciamenti più adietro s'è detto, come anchora si può comprendere nella presente figura, vsando sempre vna certa discrettione & giudicio in fare elettione di quei membri che nelle opere habbino a tornare più belli a gli occhi, perche (nel vero) saranno alcune cornici, la veduta delle quali sarà cosi alta che li membri sotto la corona si perderanno, & alcune base cosi superate da l'occhio, che li membri accresceran di sorte che alli riguardanti pareranno dispiaceuoli, & però in questi tai accidenti sarà da fare li membri più minuti: & sotto le corone membri più grossi, acciò tornino poi meglio, & più grati a riguardanti.

De nudis, propriorumque membrorum ornatu destitutis coronicibus, hactenus sermonem habuimus: & eiusmodi corpora coronarijs finibus simpliciter antea circunscribi profectò oportuit. Nunc autem eædemmet coronices suis membris auctæ figurantur; quæ quidem mēbra diuersis quoque rationibus ab Architecto tum ædificiorum varietates, tum etiam ædificantium conditiones distinguente apponentur: eorum insuper diminutionibus & accretionibus, quemadmodum ex subiecta designatione facillimè percipi potest. Nonnullæ etenim mehercle reperiuntur coronices, quarum prospectus sublimis adeò & eminens erit, vt summa membra sub ipsa corona mox residentia aciem oculorum nostrorum propemodum effugient: sicut contrà nonnullæ humiles & depressæ oculisque patentes adeò existent, vt earum membra immodicè aucta molestam & odiosam sui speciem intuentibus exibebunt. In his igitur graciliora, at in illis crassiora membra nimirum sunt effingenda, vt gratiorem & iucundiorem prospicientibus sui sensum imprimere queant.




Le quattro figure paſsate fuori di ſquadro han la diſtantia eguale, cioè tanto da vn lato quanto da l'altro, & ſi vedono li lati pari: mà la figura qui di ſotto è in altro modo cioè che li Orizonti ſerueno per diſtantia & per Orizonte. Prima ſia fatta la linea piana A, B, & ſia diuiſa in quattro parti eguali, che ſarà C, D, E, la linea C, D, ſia tirata à l'Orizonte à man deſtra, & la linea A, C, ſia tirata à l'Orizonte à man ſiniſtra & queſte formaranno vn quadro perfetto in ſcurtio, ilqual ſi vede più da vn lato, che da l'altro. Li ſuoi angoli ſaran F, G, H, C, ſe vorrai accreſcere queſto quadro in longitudine mezzo quadro, la parte D, E, ſia diuiſa per mezo, & ſia tirata quella linea à l'Orizonte deſtro in capo della quale ſarà vna ſtella, & queſta accreſcerà mezo quadro. Poi ſe vorrai creſcere l'altro mezo quadro tira la linea E, à l'Orizonte deſtro, & ſarà accreſciuto vn'altro quadro al primo, & tutta queſta ſuperficie ſarà di due quadri perfetti, & queſto allo ingenioſo Architetto ſeruirà à molte coſe lequali per abbreuiar io paſsarò.

Quatuor ſuperiores deſignationes extra normæ rectitudinē, rectūq; angulum conſtitutæ in eo quidem conueniunt, quòd & diſtantias vtraſque habent æquales, & paria earum latera ſub aſpectum optimè cadūt: Verùm hæc inferius appoſita figuratio, diuerſa profectò erit ab illis. Primùm igitur plana linea A B ſupponatur, eaque, ſignis, C, D, E, medijs notatis, quatuor paria diuidatur ſegmenta: Poſtmodum linea C D ad dexterum, lineaq; A C ad ſiniſtrum Horizontem perducantur, quæ perfectum vtique & decreſcens quadratum, ex vno ſcilicet quàm ex altero latere magis conſpicuum, deſignabunt; cuius anguli, F, G, H, C, nimirum exiſtent. Quòd ſi quadratum hoc ſemiquadratum amplius in longitudinem extendere volueris, ſegmentum D E medium diuidito, & à ſigno diuiſionis ad dexterum Horizontem rectam perducito; quæ quidem ſtellæ figuram in altera ſui extremitate recipiens ſemiquadrati incrementum priori adijciet quadrato. Quòd ſi alterum ſemiquadratum inſuper addendum cenſueris, ab E deinceps ad dexterum Horizontem rectam extendito: & alterum quadratum priori adiectum, totámque ſuperficiem ex duobus integris quadratis conſtantem habebis. Ad complura autem, quæ vtpote breuitatis ſtudioſiſſimi ſilentio nunc præterimus, inuentum hoc ſolerti conducet Architecto.




Il corpo quì ſotto diſsegnato è leuato dalla ſuperficie ſuperiore à lui: & è fatto con li medeſimi Orizonti, & vengono ad eſsere due quadri in longhezza, & vn quadro in altezza: percioche la linea piana nella ſuperficie, che è ſegnata C, D, & il lato F, C, che ſcurtia ſono eguali, coſi l'altezza del primo Angolo di queſto corpo è quanto quella parte di eſsa linea. Seguita adunque che queſto corpo è quadro perfetto duplicato: dico in longhezza, che non intendeſte il cubo duplicato, & queſto corpo come hò detto di ſopra ſeruirà à diuerſe coſe, & ſe anchora vorrai vedere più quadri in longitudine continua la linea piana in tāte parti di più, & trouerai ſempre il vero di queſta coſa, & ſimilmente ſe vorrai corniciare queſti corpi tenerai la via che nel principio di queſti dimoſtrai.

Corpus quod infra deſcriptum intueris, è ſuperiori educitur ſuperficie, eademque prorſus Horizontium diſpoſitione remanente conſtituitur; & in duorum quadratorum expanditur longitudinem, quadratique vnius altitudinem petit. Plana nanque linea in ſuperficie C D ſignata, diminuenſque latus F C æqualia vtique exiſtunt: Pariter etiam primi anguli corporis huiuſce altitudo tanta, quanta lineæ eiuſdem portio eſſe conſpicitur. Quapropter corpus hoc perfectum & conduplicatum eſſe quadratum neceſsariò conſequitur, conduplicatum inquam longitudine: ne de cubi duplicatione nos loqui imprudens fortaſſe quiſpiam intelligeret. Huiuſcemodi autem corpus hic figuratum, ad varia inſuper nobis opitulabitur expedienda. Quod ſi complura adhuc in longitudinem extendere, & ſuperioribus adijcere tibi libuerit quadrata, planiciei lineam in tot partes amplius, quot quadrata conficienda tibi propoſuiſti, producito, & præceptionem hanc noſtram veriſſimam ſemper eſſe comperies.




Mà se'l si vorrà fare diuerse cose sopra vn piano: sarà bene a formar prima vn pauimento come si vede qui di sotto dimostrato, & sopra quello per via di quadri andar formando qualunque cosa si vorrà, & quanto li quadri saran più piccoli & di maggior quantità, le cose formate sopra essi veranno meglio. La croce fatta sopra questo piano è solamente per aprire la strada al studioso; mà di questa si formarebbe vn tempio moderno al costume Christiano. L'altra forma li à canto dinota vn pezzo di fondamento di vno edificio. Mà tutte queste cose si possono poi in vna gran forma, & di molti quadri augumentare in ornamenti & anchor a in forme diuerse, & tal volta mutar li Orizonti & far veder le cose più da vn lato, che da l'altro, mà che sempre li Orizonti siano di egual altezza.

Verùm si in planicie aliqua rerum complurium varietates effingendæ fuerint pauimentum, quemadmodum subiectum ostendit exemplar, erit tibi designandum; mox super ipsum, cohærentium quadratorum serie instituta, quodcunque magis libuerit, deformabitur: & quantò minora angustioraque erunt quadrata, eò formæ desdribendæ maiori conuenientia ac symmetria perficientur. Crucis imaginem in hac planicie, vt vides, extructam, vt studiosorum ingenia tantùm excitaremus, figurandam curauimus: verùm huiuscemodi forma ad sacras quoque ædes, Christianorum moribus, comparandas optimè respondebit. Altera autem, quę proximè hanc collocatur, fundamenti ædificij alicuius exiguam portionem ostendit. At hæc omnia ad ampliorem deinde formam traducta, & quadratorum complurium multitudine superaddita, multiplici ornatu & formarum mira quadam varietate augeri possunt, Horizontium nonnunquam mutatione peracta, & rebus insuper ex vna magis quàm ex altera parte sese conspiciendas exhibentibus, dummodo ad parem altitudinem Horizontes semper conscendant.




Di queste Superficie quà di sopra hò ancor voluto leuare dal piano li suoi corpi: acciò si vegga come riuscissono, & anco per dimostrare, che li medesimi Orizonti seruono ad essi corpi: si come trouerai facendone esperienza, & veramente queste cose fuori di squadro vorrebbono vn Libro per se sole, mà nel vero io (come hò detto) ci sono entrato per farne tre ò quattro figure, nondimeno voglio compire fin à dieci figure, lassando poi faticarsi alli studiosi, liquali son certissimo che hauendo alcuno più occhio di me & anco più patientia, trouerauno di molte cose ch'io non scriuo, ne pongo in dissegno.

Ex superficierum propositarum planis corpora in sublime idcirco duximus efferenda, vt eorum melius percipiatur conuenientia, necnon vt eosdem Horizontes corporibus ipsis optimè conuenire monstremus, quemadmodum periculo facto, constabit. Si autem verum nequaquam est reticendum, huiusce generis omnia, quæ extra normæ rectitudinem constituuntur, integrum volumem separatim efflagitarent: At nos, vt tres vel quatuor tantùm designationes conscriberemus, arduum hóc difficileque argumentum pertractandum suscepimus. Veruntamen pede iam collato, denarium generis huiusce figurarum numerum explere statuimus, studiosis cæterorum indagine deinde relicta: designationes à nobis hic prætermittuntur, complura.




Sopra questi pauimenti di quadri fuori di quadro, come hò detto, si può formare ciò che si vuole: mà in questo qui à canto si vede vna colonna di otto faccie, laqual occupa tre quadri per grossezza, & in longhezza ne occupa quattordici. Questa essendo di otto faccie è necessario cauarla del quadro, come da principio dimostrai, & in questo quadro si vedono le linee occulte, & poi li termini delli otto angoli de linee espresse. Mà perche questa si vede troppo per fianco ne hò formato vn'altro pezzo, che per esser più vicino al suo Orizonte si vede più in maiestà. Benche però non è di tanta longhezza, mà è per la metà di questa: che son sette piedi, nella fronte del quale si vede la forma ottogona, & le altre parti transparenti d'essa Colonna, & se anchora questa colonna, fusse più vicina à l'angolo sinistro del pauimento, la grossezza sua si vederebbe più in faccia, mà non giamai tanto ch'ella vi mostrase la sua perfetta forma, per esser sempre fuori di quadro.

Super generis huiusce pauimenta, quæ ex quadratis extra rectum eorum aspectum sunt constituta, complura quidem, ad libitum induci possunt; verùm hic octogonam columnam trium quadratorum craffitudine, & quadratorum quatuordecim longitudine figurauimus. Hæc vtique cùm octo lateribus terminetur, vt à principio monstrauimus, deducatur oportet: & in subiecto quadrato tum occultiores lineæ, tum etiam octo angulorum terminationes lineis patentioribus expressæ cõspiciuntur. Quoniam verò columna hæc obliquè & à latere nimium videtur, idcirco alteram descripsimus columnam, quæ cùm ad Horizontem propius accedat, directiorem sui speciem è regione intuentibus exhibet: nec tamen in quatuordecim pedum, sicut prior, sed in septempedalem tantummodo porrigitur longitudinem. In eius autem fronte octogona forma, cætereque columnæ eiusdem partes translucentes optimè discernuntur. Quòd si columna hæc sinistro pauimenti ipsius angulo propinquior foret, eius crassitudo è regione spectantibus magis profectò appareret, non adeò tamen, vt formam suam integram conspiciendam exhiberet, cùm semper extra quadratæ formæ rectitudinem ea sit constituta.




Queste colonne qui a canto son le medesime di sopra, ma quelle son transparenti & queste solide, dalle quali lo accorto Architetto trouà diuerse cose, essercitandosi su questa via, bēche ci sono altre vie: come quella del telaro del portello (che vogliamo dire) laqual'è dimostrata da Alberto Durero, ci è anchor quella della propria forma, via veramente bonissima & sicura: ma molto difficile a mostrarla altrimenti che alla presentia de l'huomo. Perche questa hò io eletta per la più facile di tutte l'altre. Et se non che io voglio ristringermi: anzi dar fine a questo libro: per dar opera a gli altri di maggiore importanza: io haueuei tirato diuersi corpi & casamenti su questa via, la quale (veramente) non è tanto difficile quanto la teneuano gli huomini qualche anni sono. Ma perche delle scene & apparati di comedie & tragredie che a tempi nostri si costumano, & massimente in Italia voglio trattarne alquanto: io farò fine a questa uia fuori di quadro, lassando (come io dissi) faticarsi, studiare, & inuestigare a l'huomo, ch'io son certissimo, che qualch'uno ne trarrà gran frutto.

Quæ infra describuntur columnæ, cum superioribus omnino conueniunt, vno tantùm discrimine eas seiungente, quòd perspicuam quidem & pellucidam illæ, hæ verò pleniorem atque solidiorem habent constitutionem; ex quibus solers Architectus rationem hanc à nobis monstratam secutus compluri um rerum postea inuentionem deducet: etsi præter hanc aliæ quoque habentur rationes, quemadmodum telaria aut ostiaria illa, quàm Albertus Durerus tradidisse videtur. Alia quinetiam ex propria forma accepta reperitur, optima quidem ea, & quã tutò sequaris; verùm difficilis adeò & inuoluta, vt vocali tantùm oratione, nulloque prorsus scripturæ genere communicari explicari ve possit. Quapropter hanc vnam meritò tanquam cęteris faciliorem eligimus. Verùm quia de Scenarum & comicorum tragicorumq; apparatuum generibus, quæ tempestate nostra, in Italia præsertim, maxima pompa & magnificentia extruuntur, nonnulla dicenda supersunt; idcirco rationem hanc, quam extraquadratam appellamus, in præsentia dimittemus.



Perche nella ſeguente carta io trattarò delle ſcene de Theatri, che a noſtri têpi ſi coſtumano onde ſarà difficile a comprendere doue & come ſi debba porre l'Orizonte delle ſcene, per eſſere diuerſo modo dalle regole paſſate. Ho voluto far prima queſto profilo acciò che la pianta inſieme col profilo l'vn per l'altro ſi poſſino intendere, ma ſara però bene a ſtudiare prima ſu la pianta, & ſe quelle coſe non s'intenderanno nella pianta, ricorrere al profilo doue meglio s'intenderà. Primieramente dunque io cominciarò dal ſuolo dauanti: ilquale ſara à l'altezza de l'occhio & voglio che ſia piano & è ſegnato C, & da B, fin a l'A, ſarà il ſuolo leuato dalla parte de A, la nona parte, e quel diritto più groſſo ſopra del qual è M, dinota il muro nel capo della ſala. Quel diritto più ſottile doue è P, ſarà lo pariete della ſcena cioè l'vltimo. Il termine doue è l'O, è l'Orizonte. La linea di punti che viene ad eſſere a liuello da L, a O, doue eſſa finirà nel pariete vltimo della ſcena, iui ſarà l'Orizonte, il qual però ſeruirà ſolamente per quel pariete, & queſta linea ſarà quella che ſarà ſempre Orizonte, alle faccie de i caſamenti che ſaranno in maieſtà. Ma quelle parti de i caſamenti che ſcurtiano il ſuo Orizonte ſara quel più lontano ſegnato O, & è ben ragione ſe i caſamenti in effetto han due faccie, le quali ſpettino a due lati: che anchora habbino due Orizonti, & queſto è quanto al profilo della Scena. Ma lo proſcenio ſi è quella ſegnata D, la parte E, rappreſenta l'orcheſtra leuata da terra mezzo piede. Doue ſi vede F, ſono le ſedie de più nobili. Li primi gradi ſegnati G, ſaran per le donne più nobili, & ſalendo più ad alto le men nobili vi ſi metteranno. Quel luogo più ſpacioſo doue è H, è vna ſtrada, & coſi la parte I, vn'altra ſtrada onde fra l'vna e l'altra quei gradi ſaranno per la nobiltà de gli huomini. Da l'I, in ſu li gradi che vi ſono, li men nobili ſi metteranno. Quel gran ſpacio ſegnato K, ſara per la plebe, & ſara maggiore & minore ſecondo la grandezza del luogo, & lo Theatro, & la Scena ch'io feci in Vicenza, furono circa a queſto modo, & da l'vn corno a l'altro del Theatro era da piedi ottanta, per eſſere queſto fatto in vn gran cortile, doue trouai maggior ſpacio, che doue era la Scena per eſſere quella appoggiata ad vna loggia. Li armamenti, & ligature de i legnami furono nel modo dimoſtrato qui auanti, & per eſſer queſto Theatro ſenza appoggio alcuno, io volſi (per maggior fortezza) farlo a ſcarpa nella circonferentia di fuori.



Cùm de Scenarum ac Theatrorum generibus, quæ hodiernis temporibus maxima ſymmetria, ſummoq; artificio adhibito comparantur, in poſterum ſimus acturi, opus ſanè difficile, ob Scenici præſertim Horizontis perquàm diuerſã à ſuperioribus Horizontibus collocationem, Orthographiam hãc premittendam exiſtimauimus, vt in Scenarum rationibus intelligendis tum Ichnographia Orthographiæ lumine, tum etiam Orthographia Ichnographiæ auxilio facilius percipi queat. Attamen ſi recto & conuenienti ordine procedere voluerimus, Ichnographiæ primùm omni ſtudio incumbemus: Sin ea perfectam, vt par eſſet, nobis cognitionem nequaquam præſtiterit, ab Orthographia deinde exactam rei huiuſce intelligentiam petemus. A Scenico igitur pauimento anterius conſtituto exordium ſumemus, quod quidem ad oculi altitudinem conſtitutum & peræquatum eſſe deſideramus, & C ſigno hic demonſtratur. à B autem vſque ad A, pauimentum in ipſo A nona parte elatius vt cõperiatur oportet. Craſſius autem illud arrectarim M litera ſupra poſita inſcriptum, parietem in cænaculi fronti collocatum oſtendit: Arrectarium verò gracilius litera P deſignatum, extremum Scenæ parietem præſeferre videtur: O terminus quidem Horizontalis exiſtit. Linea deinde, quæ ab L ad O punctis notata conſpicitur, & ad libellam vtique reſpondet, quocũque in extremum Scenæ parietem deſinet, ibi Horizon terminabitur ac ſtatuetur; parietiſque illius Horizon tantummodo erit: ipſaque linea ædium, quæ è regione directæ conſtituuntur, frontibus tanquam proprius, & ſempiternus Horizon aſſignabitur. Aedium verò inclinatæ, quæque introrſus recedunt, partes longinquiorem vtique habebunt Horizontem O ſigno videlicet, figuratum. Proſcenium deinde litera D repræſentat, & mox Orcheſtram ſemipedali altitudine ab imo ſolo ſurſum eductam E litera oſtendit. In F optimatum purpuratorumque ſedes comparantur. Primæque ſtatim gradationes, G ſigno indicante, matronarum ſeſſimonio deſignantur: & quò altius conſcenderimus, eò ignobiliores mulieres ibi ſedentes conſtituentur. Duo poſtmodum laxiora ſpatioſioraque interualla, alterum quidem in H, alterum autem in I, poſita & collocata quaſi termini quidam extremi medijs gradationibus ciuium nobiliorumque virorum cætus ſedentes intercipient. I poſtmodum iam pertranſito, in ſuperioribus gradationibus ignobiliores diſponentur. Ingens denique ſpatium, K litera demonſtrate, ad plebem excipiendam fuit excogitatum.

Trattato sopra le Scene.


Frà l'altre cose fatte per mano de gli huomini che si possono mirare con gran contentezza d'occhio & satisfattion d'animo: e (al parer mio) il discoprirsi lo apparato di vna scena, doue si vede in picciol spacio: superbi palazzi: amplissimi tempij, diversi casamenti, & mille altre cose belle, che per breuità tralascio di dire. Pure quantunque questo modo di perspettiua di ch'io parlarò sia diuerso dalle regole passate per essere quelle imaginate sopra li parieti piani: & questa per essere materiale & di rilieuo è ben ragione a tenere altra strada. Primieramente per il comune vso si fà vn suolo leuato da terra quanto l'occhio nostro, cioè dalla parte dauanti & di dietro si fa più alto la nona parte, partendo in noue parti tutto il piano, & vna di quelle. Sia leuato il detto suolo dalla parte di dietro verso l'Orizonte, & sia ben piano, & forte per causa delle moresche; questa pendentia io l'hò trouata commoda con la esperientia perche in Vicenza (città molto ricca & pomposissima fra l'altre d'Italia) io feci vn Theatro: & vna scena di legname, perauentura, anzi senza dubbio, la maggiore che a nostri tempi si sia fatta, doue per li marauigliosi intermedij che vi accadenano, come carette, Elefanti, & diuerse moresche, io volsi che dauanti la scena pendente: vi fosse vn suolo piano, la latitudine del quale fù piedi xii. & in longitudine piedi lx. doue io trouai tal cosa ben commoda, & di grande aspetto. Questo primo suolo essendo piano il suo pauimento non vbidiua a l'orizonte, ma li suoi quadri furono perfetti, & al cominciare dal piano pendente, tutti quei quadri andauano a l'Orizonte il che con la sua debita distantia sminui. Et perche alcuni han posto l'Orizonte a l'vltimo pariete che termina la scena, il qual è necessario metterlo sul proprio suolo al nascimento di esso pariete, doue dimostra che tutti li casamenti se adunano: io mi sono imaginato di trapassare più oltre con l'Orizonte, laqual cosa mi è così bene riuscita, che à fare tal cose hò sempre tenuto questa strada, & così consiglio coloro che di tal arte se dilettaranno.

Et perche gli apparati delle comedie sono di tre maniere, cioè la Comica, la Tragica, & la Satirica: io trattarò al presente della Comica, i casamenti dellaquale voglion essere di personaggi priuati, liquali apparati per la maggior parte si fanno al coperto in qualche sala, che nel capo di essa vi sia camere per la commodità de i dicitori, & iui si fa lo suolo come quì più à dietro io dissi, e ne dimostrai lo suo profilo, & quì auanti dimostrerò la pianta. Primieramente la parte C, e quel suolo piano & poniam caso che vn quadro sia due pedi, & medesimamente quelli del piano pendente son due piedi per ogni lato, & è segnato B, e (come hò detto nel profilo) io non intendo di mettere l'Orizonte al pariete vltimo della Scena, mà quanto sarà dal principio di esso piano B, fin al muro sia trapassato altro tanto di là dal muro con l'Orizonte, & quelle due linee di punti dinotano il muro in capo di essa sala, & così tutti li casamenti, & altre cose haueranno più dolcezza nei scurtij, doue tirati tutti li quadri ad esso Orizonte: & diminuiti secondo la sua distantia, si leuaran sù li casamenti liquali son quelle linee grosse sul piano, per dirito: & per trauerso, & questi tai casamenti io li hò sempre fatti di telari, sopra liquali hò poi tirato tele, facendogli le sue porte in faccia & in scurtio secondo le occasioni, & anco ci hò fatto alcune cose di basso rilieuo di legnami che han aiutato molto le pitture, come al suo luoco ne trattarò. Tutto lo spacio da li telari al muro segnati A, seruiranno per li dicitori, & sempre lo pariete vltimo vuol essere discosto dal muro almen due piedi, acciò li dicitori possino passar coperti, dipoi quanto si trouerà alto l'Orizonte, sia tanto alzato vn termine al principio del piano B, che sarà L, & da lì a l'Orizonte sia tirata vna linea che è di punti, laquale sarà al liuello, & doue questa ferirà ne l'vltimo pariete: iui sarà l'Orizonte di esso pariete: & non seruirà però ad altro telaro: mà la detta linea sia vna cosa stabile, perche questa seruirà à tutti quei telari che saranno in maiestà, per trouare le grossezze di alcune cose, mà il primo Orizonte di là dal muro seruirà à tutti li scurtij de i casamenti. Et perche a far questo saria necessario à rompere esso muro. Ilche non si può fare, io hò sempre fatto vno modello piccolo di cartoni & legnami, ben misurato, & trasportato poi in grande, di cosa in cosa giustamente con facilità. Mà questa lettione forsi ad alcuno sarà difficile, nondimeno sarà necessario faticarsi nel far de modelli & esperientie, che studiando trouarà la via. Et perche le sale (per grande che siano) non son capaci di Theatri: io nondimeno per accostarmi quanto io posso à gli antichi: hò voluto di esso Theatro farne quella parte che in vna gran sala possi capire, però la parte D, seruirà per proscenio. La parte circolare segnata E, sarà l'orchestra leuata vn grado dal proscenio, intorno la quale son sedie per li più nobili, che son F, li gradi primi G, son per le donne più nobili, la parte H, e strada, & così la parte I, G, li altri gradi son per gli huomini men nobili, fra li quali vi son scale per salire più agiatamente. Quei luochi spaciosi segnati K, saran poi per la plebe & saranno maggiori ò minori secondo li luochi, & come il luoco sarà maggiore lo Theatro prenderà più della sua perfetta forma.

De miro Scenarum artificio perelegans disputatio.

Verùm cum ratio hæc Optica, quam nunc explicandam pertractandamq; suscepimus, à superioribus prospectuum meditationibus nonnihil differre videatur; propterea quòd illę in ęqualibus parietibus planisque superficiebus considerantur, hæc verò ad materiæ inæqualitatē magis accedit, & prominentium operum constructiones molitur: nil mirum etiam, si methodum aliam nunc, longeque superiori dissimilē instituemus. Primùm igitur ad vsus communiores solum, eius fronte ad oculi altitudinem pertingente, à tergo autem nona parte altius constituatur, tota planicie in nouem æqua segmenta primùm distributa; moxque soli parte posteriore, quæ ad Horizontem accedit, pro vnius segmentorum illorum magnitudine sese attollente: Sitque solum hoc ob saltationes atque gesticulationes tutius exercendas ad normam cōplanatum, & firmissima ratione consolidatum. Cliuum autem prædictum maximam vtique commoditatem præstare reipsa perspeximus. Cùm enim superioribus annis Vicentię, copiosa nimirum & magnificentissima Italiæ ciuitate, Theatri extruendi prouincia nobis demandata fuisset; materiatamque Scenam ampliorem profectò, quàm ætate nostra alia vnquam visa esset, construxissemus: propter admiranda intermediaque spectacula, quæ, Scenicis auctoribus quiescentibus, ibi erant exibenda, quemadmodum Currus, Elephantes, & genera saltationum complura; ante Scenæ ipsius cliuum solum duodenum pedum latitudine, & pedum sexaginta longitudine extensum & perequatum collocauimus. Quam quidem structuræ a nobis excogitatæ rationem & Scenicis ludis celebrandis percommodam, & spectatum amplā atque magnificam esse res ipsa declarauit. Primùm autem hoc solum, eius pauimento plano existente, Horizonti nequaquam profectò congruebat neque consentiebat: quinimo soli huiusce quadrata omnia perfecta absolutaque fuerunt: A cliui deinde inclinatæque superficiei exordio cuncta quadrata ad Horizontem proficiscebantur, & pro rata ab eo distantia sensim decrescere conspiciebantur. Quoniam autem nonnulli in extremo Scenæ pariete ac termino Horizontem constituerunt, quem quidem in proprio solo ad parietis ipsius initium collocare vtique decet, quò scilicet ædes omnes in vnum concurrere & conuenire videntur; nos Horizontem vlterius statuendum ac producendum existimauimus: quod ex sententia adeò successit, vt in huiuscemodi Scenicis ædificijs construendis hanc rationem perpetuò deinde prosecuti fuerimus. Necnon eandem Architectis omnibus, qui horum ædificiorum generibus oblectantur, imitandam proponimus ac suademus: quemadmodum & in sequenti pagina mox demonstrabitur, & in Theatri Scenæque Orthographia explicanda iamdudum ostēsum declaratumque fuit.

Cùm autem Scenarum Scenicorum ve apparatuū tria genera à scriptoribus inprimis commemorentur, Comicum, Tragicum, atque Satyricum de Comico nunc sermonem instituemus. Cuius quidem ædificia ciuium priuatorumque hominum facultatibus consentanea accōmodataque esse debent: & eiusmodi nempe apparatuum genera in amplo aliquo & vndequaque cōtecto cænaculo, in cuius fronte conclauia agētium Scenicorumq; ludionum commodis inseruientia, quasi abdita lateant, plerunque constituuntur, ibique solum ratione superius tradita substernitur: cuius Orthographia iam expedita, modò Ichnographiā aggrediemur. Primùm igitur C, soli ipsius in quadrata distincti planiciem ostendit, quadrataque hæc singula bipedalia, exempligratia, supponantur: itemque pendentis inclinatæque superficiei quadrata bipedalia quoquouersus existant. Sicut autem in Orthographia iam ante admonuimus, Horizontem in extremo Scenę pariete nequaquā ducimus collocandum: verùm quantum ab inclinatæ planiciei B exordio ad parietem vsque spatij intercurrit, tantundem interualli vltra parietem ad Horizontis positionem producatur: duæque lineæ punctis signatæ postremum cænaculi ipsius parietem è regione existentem demonstrant. Postmodum ad parem Horizontis altitudinē terminus planiciei B ipsius initio mox extollatur, qui quidem L appellationem sortietur; indeque ad Horizontem linea punctis signata, & ad librametum collocata perducatur: & quò linea hæc extremum parietem continget, ibi parietis ipsius Horizon statuetur: prædictaque Horizontalis linea stabilis esto: Superior autem Horizon vltra parietem constitutus ad omnes ædium inclinationes mirificè profectò conducet. Verùm quoniam ad hæc exequenda murum ipsum dirui necessariò oporteret, à quibus structurarum demolitionibus omnino abstinere debemus: idcirco paruum exemplar, antequam operibus hisce manum admoueamus, ex duriore mēbrana componere soliti sumus: & symmetrijs diligenter antea exploratis, singula membra à perpusilla hac forma ad ampliorem magnitudinem iustissima deinde ratione traducimus. Quoniam autem cęnacula, quanuis ampla fuerint, ad Theatrorum moles excipiendas nequaquam apta existunt: nos quidem vt veterum exempla pro viribus imitemur, Theatri portionem illam duntaxat, hic apposuimus. D igitur, Proscenium inprimis ostendit: & E semicirculus, Orchestram Proscenium gradationis vnius ascensu exuperantem demonstrat; vbi sedes complures Patribus, excipiendis, F litera admonente, instrui solent. Primæ deinceps gradationes G, matronarum fœminarum consessui destinantur. H & I, duo laxiora itinera ciuium concludentia designant. Gradus subsequentes deinde ad ignobiliorum virorum sessimonium instituuntur. Loca demum K litera indicante, vt popularibus quoque ad spectacula visenda aditus aliquis pateat, in summo extructa positaque fuerunt.



A
A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
K

Della Scena Comica.

Quanto alla diſpoſitione de i Theatri, & delle Scene circa alla piãta io ne hò trattato quì a dietro: hora delle ſcene in proſpettiua ne trattero particolarmente. Et perche (come io diſſi) le Scene ſi fanno di tre ſorte, cioè la Comica per rappreſentar comedie: la Tragica per le tragedie: & la Satirica per le Satire. Queſta prima ſarà la Comica, i caſamenti della quale vogliono eſſere di perſonaggi priuati, come ſaria di cittadini, auocati, mercanti paraſiti, & altre ſimili perſone. Mà ſopra il tutto, che non vi manchi la caſa della ruffiana, nè ſia ſenza hoſtaria, & vno tempio vi è molto neceſſario, per diſporre li caſamenti ſopra il piano, detto ſuolo: io ne hò dato il modo più a dietro, sì nel leuare i caſamenti ſopra i piani, come nella pianta delle ſcene, maſſime, come & doue ſi dee porre l'Orizonte. Nientedimeno acciò che l'huomo ſia meglio inſtrutto circa alle forme de i caſamenti: io ne dimoſtro quì a lato vna figura laquale potrà eſſere vn poco di luce a chi di tal coſa vorrà dilettarſi. Pur in queſta eſſendo coſi picciola non hò potuto oſſeruare tutte le miſure. Mà ſolamente hò accennato alla inuentione per auuertir l'huomo a ſaper fare elettione di quei caſamenti, che poſti in opera habbino a riuſcir bene, come ſaria vn portico traforato: dietro delquale ſi vegga vn'altro caſamento come queſto primo, li archi del quale ſon di opera moderna. Li poggiuoli, altri li dicono pergoli, altri Ringhiere: hanno gran forza nelle faccie, che ſcurtiano, & coſi qualche cornice che li ſuoi finimenti vengono fuori del ſuo cantone tagliati intorno & accompagnati con l'altre cornici dipinte, fanno grande effetto, coſi le caſe che han gran ſporto in fuori rieſcono bene, come l'hoſteria della luna quì preſente: & ſopra tutte le altre coſe ſi dee fare elettione delle caſe più piccole, & metterle dauanti, acciò che ſopra eſſe ſi ſcuoprano altri edificij, come ſi vede ſopra la caſa della ruffiana, l'inſegna della quale ſono li rampini, ò vogliam dire hami; onde per tal ſuperiorità della caſa più adietro, viene a rappreſentar grandezza, & riẽpie meglio la parte della ſcena, che non farebbe diminuẽdo ſe le ſommità delle caſe diminuiſſero l'vna dopo l'altra.

De Scena Comica.

Quantum ad Theatralem & Scenicam ſpectat Ichnographiam, copioſe quidem, ni fallor, diſſeruimus: Modo Scenarum Opticam & exactam magis diſputationem aggrediemur. Cùm autem, vt ſuprà dictum fuit, tria earum genera afferantur, Comicum ad Comœdias, Tragicum ad Tragedias, & Satyricum ad Satyras peragendas excogitatũ; Comicarum antea Scenarũ diſpoſitiones patefaciemus: in quibus priuata ædificia, vt ciuium, cauſidicorum, negociantium, paraſitorum, & huiuſce ordinis conditioniſque perſonarum extruentur. Inprimis autem nec lenæ domum, nec cauponis tabernam prætermittendam exiſtimamus: fanumque inſuper aliquod, vt ædium in ſubiecta planicie, quę ſolum nuncupatur, diſpoſitio ac diſtributio melius efficiatur, quam maxime efflagitamus. Verùm etſi quemadmodum tum Scenica ędificia ſuper plana erigantur, tum etiam Scenarum ipſarum aream ſiue veſtigium, quod vulgò planta dici conſueuit, aliquantulum excitari, a ſoloque efferri oporteat; & quopacto inſuper, quoq; loco Horizontem deceat collocari, ſatis ſuperque iam oſtendiſſe videmur: Id tamen fatemur, nos in hoc typo tanquam nimis anguſto ſymmetrias omnes obſeruare minimè potuiſſe; at inuentioni tantummodo aliqua ſaltem ex parte conſuluiſſe ſat erit, vt homines poſtea admoniti ædes, quę in operibus optimè conueniunt atque reſpondent, ſeligere valeant: qualis, vt exemplum aliquod afferamus, perforata quædam porticus eſſet, quæ ad vlterius ædificium conſpiciendum aditum nobis præſtaret; cuiuſmodi primæ huiuſce porticus ſpecies, cuius arcus recentiori opere aſtructi fuerunt, eſſe videtur. Podia deinde ſeu Meniana, quæ ab alijs ſuggeſtas, & conciones à nonnullis appellari conſueuerunt, in ędium lateribus inclinatis & fugientibus quammaximè præſtant. Item coronices quoque quarum terminationes extra angulos procurrunt, circunſectæ & pictis deinceps coronicibus coniunctæ atque continuatæ, magnum quid præſeferunt. Pariter etiam ædes, quæ extra vehementius prominent, pergratum & magnificum habent aſpectum: cuiuſmodi eſt Lunæ inſigne ſortita, quam hic deſcripſimus taberna. Id autem in delectu habendo præcipuè obſeruandum videtur, vt humiliora domicilia anteponantur, quibus interiora ædificia confeſtim immineant aſſurgantque: quemadmodum poſt lenæ ipſius domunculam, quæ harpagonum atque hamorum geſtat inſigne, ædes mox ſuccedens, propter eius excelſitatem, pompæ & magnificentiæ ſpeciem quandam oſtentat; Quinimo autem in præſenti ſchemate deſcriptæ ædes ex vna parte tantummodo illuminentur, media tamen illarum constitutio elegantiorẽ habet ſymmetriam: frequentiora nanque, & in ſcenam propendentia funalia media vtique collocantur. Poſt feneſtras verò, quæ è regione ſunt conſtitutæ, vel vitrea vel chartacea lumina perquàm apte inſtruentur: quæ ſi pictarum telarum inuolucris fuerint contectæ, òmnes iis vtique reſpondebunt. Quòd ſi quæcunque in tam præclara ſplendidaque materia occurrunt dicenda, literarum monumentis conſignare velimus, prolixiori, quippe oratione eſſet nobis vtendum.



Dell a Scena Tragica.

La ſcena Tragica ſarà per rappreſentare tragedie. Li caſamenti d'eſſa vogliono eſſere di grandi perſonaggi: percioche gli accidenti amoroſi, & caſi inopinati, morti violente & crudeli ſono ſempre interuenute dentro le caſe de Signori, Duchi, ò gran Principi, anzi di Rè: & però in cotali apparati non ſi farà edificio che non habb ia del nobile. Mà baſti ſolamente all' Architetto, per hauer vn poco di luce circa alla inuentione; & dipoi ſecondo li luoghi, & ancora li ſoggetti ſaperſi accommodare; & ſempre ſi dee fare elettione di quelle coſe che tornano meglio à riguardanti, non hauendo riſpetto à mettere vn'edificio piccolo dauanti ad vno grande, per le già dette ragioni. Et perche tutte le mie ſcene hò fatte ſopra li telari: è ben neceſſario à ſeruirſi del rilieuo di legname, come quello edificio al lato ſiniſtro: li pilaſtri del quale poſano ſopra vn baſamento con alcuni gradi. Hora perche gli archi ſecondi ſi ritirano per dar luogo al parapetto: coſi li due telari di ſopra ſi ritireranno: di maniera che tal opera verrà bene. Et quello ch'io dico di queſto edificio s'intende ancora de gli altri. Mà quando tai coſe fuſsero di lontano, vn telaro ſolo ſeruiria, facendo tutte le parti ben lineate, & ben colorite. Circa alli lumi artificiati, s'è detto à baſtanza nella ſcena Comica. Tutte le ſuperficie ſopra li tetti come ſaria i camini, campanili, & coſe ſimili ſi faranno ſopra vna tauola ſottile, tagliati intorno, ben lineati & coloriti. Similmente qualche ſtatue finte di marmo, ò di bronzo, ſi faranno di groſso cartone, ben ombreggiate, & tagliate intorno, poi ſi metteranno alli ſuoi luoghi, mà ſiano talmente diſcoſte che gli ſpettatori non le poſſino vedere per fianco. In queſte ſcene ſi può dipingere qualche perſona che dorma, ouero qualche cane, ò altro animale, perche non hanno il moto. Ancora ſi poſsono accommodare qualche ſtatue, ò altre coſe finte di marmo. Mà nel rappreſentare coſe viue, lequali habbino il moto: nell'eſtremo di queſto libro ne tratterò, & darò il modo come s'habbino à fare.

De Scena Tragica.

Tragica Scena ad Tragica poemata recitanda fuit inſtituta: ideoque in ea ædes magnificæ & ſumptuoſæ ſunt apparandæ. Quemadmodum enim tum antiquorum tum etiam recentiorum poetarum ſcripta teſtantur, amatoriæ pugnæ, inopinatique euentus, necnon acerbiſſima & crudelia funera in Optimatum, Ducum, Principum, & Regum ipſorum aulis accidiſſe memorantur. Quamobrem meritò in Tragicis apparationibus cuncta ædificia lautiora conſtituentur, vt ex ſubiecta deſignatione perſpici poteſt: Verùm id vnum Architecto, ſatis eſſe debebit, vt ipſe in operando cautior exiſtat. Quemadmodum autem in Comicis Scenis effingendis ſuprà habitum fuit, quæcunque contemplantibus elegantiora videntur, ea ſunt à nobis potiſſimum ſeligenda: nec quin ædiculas amplioribus ſtructuris propter rationes iam traditas præponamus, quicquam vereri debemus. Verùm cùm in Scenicis ædificijs comparandis telaria frequentiſſimè adhiberi conſpiciantur, nonnullæ quandoque occurrunt difficultates, vt materiei prominentijs neceſſariò ſit nobis vtendum, quemadmodum ex ſiniſtro, quod ſubiecimus, ædificio perſpicitur: ibi nanque pilæ ſtereobatæ, quod baſſamẽtum vulgus appellat, gradibus quibuſdam ſupoſitis, innituntur. Quo quidem in loco ſtereobatam parum eminentibus expreſſionibus ſuper planum aſsurgentem formari oportet: moxque duo telaria, alterum e regione conſtitutum, reliquo inclinato ac propendente, excitabuntur; quæ ad plutei vſque primis arcubus ſuperimpoſiti faſtigium tantùm pertingent. Quæque de hoc ædificio ſeparatim dicta fuerunt, eadem ad cætera quoque ædificia, traducenda erunt. Quòd ſi hæc remotior a ſepoſita forent; telarium vnum duntaxat, cunctis partibus rectè deſignatis, colorumque lumine illuſtratis, profectò ſufficeret. De lampadum verò artificioſa compoſitione, in Comicarum Scenarum genere abundè diſſeruimus. Cuncta deinde, quæ ſumma tectorum faſtigia exuperant, quemadmodum fornacium ſpiramenta, perſonanteſq; turres, & eiuſmodi cætera; etſi hic appoſita minimè fuerunt, tamen ſupra aſserem aliquem ſubtiliorem collocabuntur, vndique circumæquata; & extremarum linearum ductibus, necnon intermediorum colorum ſplendoribus diſtincta atque illuſtrata. At ſi vel hominem, vel canẽ vel beſtiam quamuis dormientem, præclaram quandam nacti occaſionem ſimulauerimus: cùm hoc immoto figurarum illarum ſtatui quammaximè congruat atque conſentiant, à natura & à veri ſimilitudine neutiquam recedemus. Quòd ſi ſtatuæ alia ve ſimulacra è marmore aut ex alia materia conflata in pariete coloribus fuerint imitanda atque exprimenda, à vitalibus geſtis ac notis abſtinendum ſemper eſse cenſemus. Verùm quopacto viuentia quoque motione prædita ſunt effingenda, in poſtrema volu minis huiuſce parte deinceps modum trademus.



Della Scena Satirica.

La Scena Satirica è per rappresentar satire nellequali si riprendono (anzi si mordono) tutti coloro che licentiosamente viuono, & senza rispetto. Nelle satire antiche erano quasi mostrati a dito gli huomini vitiosi & mal viuenti. Però tal licentia si può comprendere che fusse cōcessa da Personaggi che senza rispetto parlassero, come saria a dire gēte rustica: percioche Vitruuio trattando delle Scene, vuole che questa sia ornata di arbori, sassi, colli, montagne, herbe, fiori, & fontane: vuole anchora che vi siano alcune capanne alla rustica, come quì appresso si dimostra. Et perche a tempi nostri queste cose per il più delle volte si fanno la inuernata, doue pochi arbori & herbe con fiori si ritrouano, si potran bene artificiosamente fare cose simili di seta, lequali saranno ancora più lodate che le naturali; percioche, così come nelle scene Comiche, & Tragiche, si imitano li casamenti & altri edificij con l'artificio della pittura: così ancora in questa si potran bene imitare gli arbori, & l'herbe co' fiori. Et queste cose quanto saranno di maggior spesa tanto più lodeuoli saranno: perche, nel vero, son proprie di generosi, magnanimi, & ricchi Signori, nimici della brutta auaritia. Questo già videro gli occhi miei in alcune Scene ordinate dall'intendente Architetto Girolamo Genga, ad instantia del suo padrone Francesco Maria Duca di Vrbino, doue io compresi tanta liberalità nel Prencipe, tanto giudicio, & arte nell'Architetto, & tanta bellezza nelle cose fatte, quanto in altra opera fatta da l'arte, che da me sia stata veduta giamai. (O Dio immortale) che magnificentia era quella di veder tāti arbori, & frutti, tante herbe & fiori diuersi, tutte cose fatte di finissima seta di variati colori: le ripe & i sassi copiosi di diuerse cōche marine, di lumache, & altri animalletti, di tronchi di coralli di più colori, di madreperle, & di granchi marini inserti ne' sassi, con tanta diuersità di cose belle, che a volerle scriuere tutte, io sarei troppo lūgo in questa parte. Mà lascierò tutte queste cose ne gl'intelletti de i giudiciosi Architetti, liquali faranno sempre di queste cose, quando troueranno simili padroni conformi alle lor voglie, & gli dono piena licentia, con larga mano, di operare tutto quello che verranno.

De Scena Satyrica.

Quemadmodum enim in Comicarum Tragicarumque Scenarum apparitionibus, Graphico artificio ædes consimiliumque structurarum genera exprimuntur: pariter in Satyricis scenis quoque disponendis arborum, herbarum, & florum varietates serica textura imitari profectò licebit. Hæc autem quò splendidioribus ac liberalioribus sumptibus perficiuntur, eò maiori laude atque commendatione digna censentur, & merito quidem, cùm illustrium huiuscemodi operum extructiones ad magnanimos, præclaros, & liberalissimos Principes, fædeque auaritiæ accerrimos hostes spectare videantur. Nosque in Scenis nonnullis, quæ à sapientissimo Architecto Hieronymo Zenga in benefactoris sui Francisci Mariæ Vrbinatis Ducis gratiam compositæ construtæque olim fuerunt, hæc omnia abundè cumulateq; perspeximus: tantam enim Principis liberalitatem atque magnificentiam, tantam Architecti ipsius industriam atq; solertiam, tantam operum denique elegantiam ac venustatem ibi adesse intelleximus; vt opus Architectonicum hoc pulchrius, artificiosius, ac sumptuosius nullum profectò in hodiernum diem vsque nos conspexisse fateamur. Proh Dij immortales; quàm egregium & admirandum spectacolum illud erat, tot arborum & frutuum, tot herbarum ac florum insignes varietates serico perfectissimo & versicolore intertextas contemplari? Ripas quinetiam, & saxa conchis marinis, cochleis, alijsque bestiolarum generibus affluentia, necnon coraliorum differentibus truncis insignia; & conchilia insuper margaritas gestantia, cancrosq; marinos saxis ipsis insertos, tot rerum aliarum copia & pulchritudine simul cdiecta, ibi vidisses: vt si cuncta sigillatim à nobis nunc demonstranda explicandaque forent, huic argumento nimium vtique insisteremus. Quòd nisi in dicendo prolixiores esse veremur, superbas pastorum nonnullorum vestes exponeremus. Piscatorum quorundam insuper habitus ac ornamenta, retiaq; ipsorum ex aureis filis composita, cunctaque demum piscantium arma nitido ac fulgentissimo auro contecta recensere possemus. Verùm huiusce generis omnia solertis ac industrij Architecti iudicio curæque prorsus committuntur.



De' Lumi artificiali delle Scene.

Hò promeſſo più à dietro ne trattati delle Scene, di dare il modo come ſi fanno i lumi artificiali di variati colori tranſparenti: perche primieramente dirò del colore celeſte, ilquale rappreſenta il zafiro, & anco aſſai più bello. Prendi vn pezzo di ſale ammoniaco: & habbi vn bacino da barbiero ò altro vaſo di ottone, mettendogli dentro vn dito di acqua. Poi queſto pezzo di ſale và ben fregando nel fondo, & intorno queſto bacino, tanto che ſi conſumi tutto: aggiungendoli dell'acqua tuttauia, & quanto vorrai più quantità di queſt'acqua, & che'l colore ſia più bello fà maggiore la quantità del ſale ammoniaco. Fatto adunque vno bacino pieno di queſta acqua falla paſſare per il feltro in vno altro vaſo, & queſta ſarà di color celeſte belliſſimo. Mà volendolo più chiaro vi aggiungerai dell'acqua pura, coſi di queſto ſol colore ne farai di molti più chiari & più ſcuri quanto vorrai, & ſe di queſta medeſima acqua zafirina vorrai fare colore di Smeraldo: mettili dentro alquanto di zafferanno, tanto più ò meno, ſecondo che la vorrai piò oſcura ò più chiara. Di queſte coſe non ti dò le proportioni: mà con l'eſperientia ne farai di più ſorte ò chiare, ò pur oſcure. Se vorrai fare del colore di Rubino, ſe ſarai in luogho doue ſiano vini vermigli carichi di colore & chiaretti: queſti faranno de Rubin maturi, & gai cioe acerbi, & ſe non haurai de vini, prendi del verrino tagliato in pezzetti, mettendolo in vna caldara piena d'acqua, con alquanto di lume di rocco, & la farai bollire ſtiumandola, & poi paſſar pel feltro, & aggiungendoli acqua pura ſe vorrai colore più chiaro. Et ſe vorrai colore di Balaſſio, il vino goro, bianco, & vermiglio inſieme, farà tal colore. Coſi ancora li uini bianchi più & meno carich, faran colore de Griſopatio, & di Topatio. Mà (ſenza dubio alcuno) l'acqua pura paſſata pe'l feltro, contrafarà li Diamanti. Pure per farli, ſarà neceſſario adoperare alcune forme in punta, & in tauola. Et alla fornace dei uetri fare delle boccie che prendano tal formà, & quelle impire d'acqua. Mà il modo di diſporre queſti colori tranſparenti ſarà queſto. Sarà di dietro alle coſe dipinte doue anderanno queſti colori, una tauola ſottile traforata nel modo che ſaran compartiti queſti lumi, ſotto laquale ſarà un'altra tauola per ſoſtenere le boccie di uetro piene di queſte acque, poi dette boccie ſi metteranno con la parte più curua appoggiate à quei buchi, & bene aſſicurate che non caſchino per i ſtrepiti delle moreſche, & dietro le boccie ſi metterà uno ceſendelo, ouero lampada, acciò il lume ſia ſempre uguale, & ſe le boccie uerſo la lampada ſaranno piane, anzi concaue, riceueranno meglio la luce, & li colori ſaranno più trāſparenti: coſi ancora per quei tondi, liquali ſaranno in ſcurtio, ſarà da fare le boccie di quella ſorte. Mà ſe accadrà tal fiata un lume grande, & gagliardo, ſarà da metterui di dietro una torcia, dopo laquale ſia un bacino da barbiere ben lucido, & nuouo, la riffleſſione delquale farà certi ſplendori, come di raggi del ſole. Et ſe alcuni luoghi ſarannō quadri come mandorla, ò altre forme, ſi prenderà delle piaſtre di uetri di uariati colori poſti à quei luoghi col ſuo lume di dietro. Mà queſti lumi non ſaran però quelli che allumineranno la ſcena, percioche gran copia di torcie ſi mettono pendenti dauanti alla ſcena. Alcuna fiata accaderà a dimoſtrare qualche coſa che abbrucia (ſia che ſi uoglia) ſi bagnerà beniſſimo di acqua uite della più potente, & appicatogli il fuoco con una candeletta: arderà per un pezzo. Et benche quanto alli fuochi ſi potria dire aſſai più, uoglio queſto ſia baſteuole per preſente. Mà parliamo di alcune coſe lequali ſono di gran diletto a gli ſpettatori. Mentre la ſcena è uota di dicitori; potrà l'Architetto hauer preparato alcune ordinanze di figurette: di quella grandezza che ſi ricercarà doue haueranno a paſsare, & queſte ſaranno di groſſo cartone colorite & tagliate intorno, lequali poſaranno ſopra un regolo di legno a trauerſo la ſcena, doue ſia qualche arco, fatto ſopra il ſuolo uno incaſtro a coda di Rondina, entro, ilquale ſi metterà detto regolo, & coſi pianamente una perſona dietro al detto arco le fara paſſare, & tal fiata dimoſtrare che ſiano muſici con inſtrumenti & uoci, onde dietro alla Scena ſara una muſica a ſomiſſa uoce. Tal uolta fara correre un ſquadrone di gente chi a piedi & chi a cauallo, lequali con alcune uoci ò gridi ſordi, ſtrepiti di tamburri, & ſuono di trombe, paſcono molto gli ſpettatori. Et ſe tal uolta accadrà che uno Pianeta, ò altra coſa per aria ſi uegga paſſare, ſia ben dipinta quella coſa in cartone & tagliata intorno, poi dietro la Scena (cioè a gli ultimi caſamēti) ſia tirato à trauerſo un filo di ferro ſottile, & con alcuni anelletti in eſſo filo attaccati dietro il cartone, nelquale ſia vn filo negro, & da l'altro lato ſarà vna perſona che pian piano lo tirerà a ſe, ma ſarà di ſorte lontano, che nè l'vno nè l'altro filo ſara veduto. Tal fiata accadera tuoni, lampi, & folgori a qualche propoſito, li tuoni coſi ſi faranno. Sempre (come hò detto) le ſcene ſi fanno nel capo di vna ſala, ſopra laquale gli è ſempre vn ſuolo, ſopra delquale ſi fara correre vna groſſa palla di pietra, laquale fara bene il tuono. Il lampo coſi ſi fara. Sara uno dietro alla Scena in luogo alto, hauendo nella mano una ſcatoletta, entro laquale ui ſia poluere di uernice: & il coperchio ſia pie-

De Scenarum luminibus arte confectis.

In Scenarum generibus exponendis nos rationem ac artem, qua permeantia lumina, & diuerſorum colorum ſpecies referentia conflare poſſimus, tradituros eſſe polliciti ſumus. Ad promiſſa igitur, vt probos ac bonos viros decet, abſoluenda modò accingamur. Primùm igitur de cœleſti colore Sapphiro perſimili, eoque; inſuper elegantiori dicemus. Salis Ammoniaci glebam ſumito, & ſcaphium tonſorium vel aliud quodcunque vas ex aurichalco confectum comparato, in idq; aquæ digitum vnum infundito. Deinde ſalis huiuſce gleba fundum & latera vaſis bene fricato atque comprimito, donec totum ſal eliqueſcat, digitali aquæ alia rurſus aliaq; ſemper adiecta: & quò maiorem aquæ quantitatem infundes, & colorem formoſiorem reddere voles, eò plures Ammoniaci ſalis glebas confringito. Vaſe igitur hac aqua vſque ad labra completo, per linteum ipſam in aliud vas transfundito ac percolato, & aquam cæleſti pulcherrimoque colore conſpicuam mox confectam habebis. Quod ſi colorem hunc clariorem adhuc & ſplendidiorem efficere concupieris, puriorem aquam Ammoniaco ſali admiſceto: Et hoc nempe artificio colorem eundem, ſpecie ipſius nequaquam variante, modo in clariorem modò in obſcuriorem, prout tibi libuerit, commutabis. Sin Sapphirinam hanc aquam ad Smaragdi colorem accedere volueris, crocum vel largiore vel breuiore menſura, prout clarius obſcurius ve colorem hunc imitandum tibi propoſueris, in eam infundes. Conſimilium autem temperationum proportiones nequaquam hic appoſuimus: vſu nanque docente complures colorum obſcuriorum clariorum ve differentias atque varietates inducemus. Sin Carbunculi aut Pyropi fulgorem exprimere contendes, rubrum vinum vel immodico infectum colore, vel nitidius aliquantulum aſſumes: & ita tum ſplendidiores, tum obſcuriores carbunculos perfectiſſima ratione imitaberis. Quòd ſi vinum fortaſſe de fuerit, Braſilium lignum, quod Verzinum vulgò appellatur, in fruſtula conciſum accipito; & in ahenum aquæ plenum, alumine adiecto, illud infundito: Aquam autem ita temperatam efferueſcere facito ac deſpumato, & per craſſius aliquod linteum denique percolato; puriſſima lympha, ſi ſplendidiorem eam reddere volueris, ſuperaddita. Si verò Balanitæ, quem Balaſcium nos Itali appellare ſolemus, colorem exprimere tibi libuerit: albi cante quodam & rubente ſimul vino, quod Itali goraceum nuncupare conſueuerunt, accepto, mox propoſitum aſſequeris. Pari etiam ratione vina fulua, prout purgatiore vel minus purgato extiterint colore, Chryſo praſios atque Topazios æmulari videbuntur. Limpidiſſima autem aqua, abſque rei alterius ſocietate, per linteum aliquod transfuſa Adamantum referet claritatem: quos vt rectius imitari poſſimus, nonnullis acuminatis quadratisque formis neceſſariò erit vtendum. Quapropter ſpeculares officinas adeundo, vitreæ ampulæ, quarum in herbarum ſuccis exprimendis diſtillandisque frequentiſſimus conſpicitur vſus, huiuſcemodi formis inſignitæ comparabuntur, quæ puriſſimis lymphis mox erunt implendæ. Colorum verò, quos iam enumerauimus, ita inſtruendorum, vt radij proprietatibus eorum imbuti transfundantur, ratio talis exiſtet. Poſt picturas loco ad hos colores diſponendos opportuno tenuem aſſerem, pro luminum ipſorum diſtributionibus perterebratum ſtatuemus: cui alium aſſerem ad vitrea vaſa artificioſis liquoribus completa ſuſtinenda accommodatum ſubijciemus. Poſtmodum prædictorum vaſorum partes magis incuruatæ ad aſſis ſuperioris foramina incumbentes aptabuntur: & ne quandoque ſaltantium ſtrepitu corruant, diligenter eſt attendendum. Deinde poſt vitreas ampulas lucernam ſiue lampada, vt lux æqualis eademq; ſemper exiſtat, occultabimus: quarum ſi partes ad lampada conuerſæ planiciem, quin potius concauitatem quandam habuerint; vberiori luce profectò complebuntur, ipſique colores longè melius transfundentur. Pariter etiam ad rotundiora foramina, quæ diminuentem & inclinatum habent aſpectum, vitrea vaſa eiuſdem generis erunt accommodanda. At ſi vehementiori intenſiorique lumine ſpectantium oculos ferire voluerimus, poſt vitreum vas amplum cereum ſtatuemus, poſt quem item ſcaphium tonſorium coruſcans ac recens conflatum ponemus: cerei nanque ſeu funalis illius lumen ſcaphium contingens, ab eoque reſiliens ſplendores nonnullos radiorum Solarium inſtar mox conuehet atque tranſmittet. Quód ſi ſpatia quædam quadrata quaſi Amygdalæ ſpeciem referentia extiterint, vel alijs formis circunſcripta fuerint ac terminata, vitreæ laminæ colorum varietatibus depictæ ibi, lucernis facibus, ve poſtpoſitis, ſtatuentur. Nec tamen artificioſa eiuſmodi lumina Scenæ ipſius illuminandæ illuſtrandæque partibus fungi tibi perſuadeas velim: maxima nanque cereorum & funalium, quæ ante Scenam appenduntur, copia & multitudo munus hoc ſatis ſuperque præſtatura videtur. Quinetiam candelabra nonnulla cereos affixos ſuſtinentia ſupra Scenam perquam commodè inſtruentur: quibus ſi vas aquæ plenum, camphora iniecta, ſuperpoſuerimus; flammis eam corripientibus, ſplendidiſſimum lumen, grato quodam odore concomitante, oculis ac naribus profectò ſentiemus. Verùm ſi id nonnunquam forte fortuna euenerit, vt rem ali-

no di busi: nel mezo del coperchio sarà vna candeletta accesa: & alzando in su la mano, quella poluere salirà in alto, & percuoterà nella candella accesa, di maniera che fara lampi assai bene. Circa al folgore, sarà tirato vn filo di ferro lontano à trauerso la Scena, che descenda à basso, dentro delquale sarà acconcio vn rochetto, ò raggio che si sia, mà questo sarà ornato di oro stridente, & mentre si farà lo tuono, nel finir di quello sia scaricato vna coda, & nel medesimo tempo dato il fuoco al folgore, & farà buono effetto. Mà s'io volessi trattare di quante cose simili mi abbondano, io saria troppo lungo, però farò fine quanto alla Prospettiua.

quam flagrantem ardentem ve introducere velimus: aqua ex vino corrupto distillato que confecta, quam vitis aquam vulgus appellat, eaque potentissima quidem rem illam madefaciemus, moxque face propius admota ignem aliquandiu mansurum excitabimus atque accendemus. Quanuis autem de ignibus alia complura dicenda supersunt, in præsentia tamen hæc satis futura videntur. Nam si singula, quæ ad hoc spectant argumentum, oratione nunc prosequi vellem, longior fortasse atque prolixior cuipiam videri possem. Ne igitur in hoc vitium aut reprehensionem incurram, rebus Opticis hic finem imponam.

IL FINE DEL SECONDO LIBRO.





S P

IL TERZO LIBRO
DI SEBASTIANO SERLIO.

Nelqual si figurano le antiquità di Roma, e le altre, che sono in Italia, e fuori d'Italia.

SEBASTIANI SERLII DE ROMANIS

Aliisque compluribus, quæ tum in Italia tum extra Italiam reperiuntur, antiquitatibus. Liber Tertius.



L

DELL'ANTICHITA DI ROMA.

Fràgli antichi edificij che ſi veggono in Roma, ſtimo che'l Pantheon per vn corpo ſolo ſia veramente il più bello, il più integro, & il meglio inteſo, & è tanto più marauiglioſo de gli altri, quanto che hauendo egli molti membri: coſi ben tutti corriſpondano al corpo, che qualunque perſona vedendo tal corriſpōdentia ne riman ſatisfatto, e queſto auiene, che quel prudente Architetto, che ne fu inuentore, fece elettione della più perfetta forma, cioè della rotondità, onde volgarmente ſe gli dice la Rotonda: percioche nella parte interiore tanto è l'altitudine ſua, quanto la ſua larghezza, e forſe il prefato Architetto conſiderando che tutte le coſe che procedono ordinatamente, hanno vn principale, e ſol capo, dal quale dipendono gli altri inferiori, volſe che queſto edificio haueſſe vn lume ſolo, ma nella parte ſuperiore, accioche per tutti i luoghi ſi poteſſe vgualmente dilatare, come in effetto ſi vede, che fà, perche oltra le altre coſe che hanno il ſuo perfetto lume, le ſei capelle, lequali per eſſere nella groſſezza del muro deueriano eſſere tenebroſe, hanno nondimeno il ſuo lume conueniente per vigore d'alcune fineſtre ſopra le dette capelle, che gli porgono il lume ſecondo, tolto dall'apertura di ſopra, ſi che non ci è coſa per minima che ſia, che non habbia la ſua parte del lume. E non ſolamente le coſe dell'edificio materiali, e ſtabili hanno vna gratia mirabile, mà le perſone, che ſi veggono quiui dentro, ancora che habbiano mediocre aſpetto, e preſenza, ſe gli accreſce vn non sò che di grandezza, e di venuſta, & il tutto naſce dal lume celeſte, che da coſa alcuna non è impedito, e ciò non è fatto ſenza gran giudicio, perche eſſendo queſto tempio anticamente ſtato dedicato a tutti li Dei, onde ci intraueniuano molte ſtatue, del che ne fan fede diuerſi tabernacoli, nicchi, e fineſtrelle, biſognaua che tutte haueſſero la loro accommodata luce. E però quelli che ſi dilettano di tenere diuerſe ſtatue, & altre coſe di rilieuo. Deueriano hauere vna ſtanza ſimile, che riceueſſe il lume di ſopra. Percioche non accaderia mai andar mendicando il lume alle coſe, ma in qualunque luogo fuſſero poſte dimoſtrariano la ſua perfettione. Sarebbe ancora molto al propoſito per le pitture, pur che fuſſero ſtate dipinte a tal lume. Il che ſuol fare la maggior parte de i giudicioſi Pittori, che mentre voglion dare gran forza, e rilieuo alle figure, pigliano il lume da alto, ma le pitture fatte in cotal maniera vogliono eſſere guardate da huomini intendenti, che altramente doue fuſſero degne di lode, ſariano biaſimate, perche le ombre oſcure offendono quelli che non intendon l'arte, benche le pitture del gran Titiano ſiano pur fatte a che lume ſi voglia, hanno nondimeno tanta dolcezza, e ſon coſi ben colorite, che ſatisfano a tutte le perſone, & hanno grandiſſimo rilieuo. Hor per tornare al mio primo ragionamento dico, che eſſendo il Pantheon ſecondo il giudicio mio la meglio inteſa Architettura di tutte l'altre che io hò vedute, e che ſi veggono, mi è parſo metterlo nel principio, è per capo di tutti gli altri edificij, e maſſimamente eſſendo tempio ſacro, e dedicato al culto diuino per Bonifacio Pontefice. Il fondatore di queſto tempio per quanto mette Plinio in più d'vn luogo, fù Marco Agrippa, adempiendo però la volontà di Auguſto Ceſare, che interrotto dalla morte non lo puote fare, e fù queſto tempio edificato circa all'anno di Chriſto quartodecimo, che viene a eſſere gli anni del mondo cinque milia e dugento e tre in circa, nel detto tempio (come ſcriue Plinio) li capitelli erano di rame, il detto ſcriue che Diogene Scultore Atheneſe fece le Cariatide nelle colonne molto approbate, e che le ſtatue poſte ſopra il fronteſpicio erano molto lodate, benche per l'altezza del luogo non fuſſero celebrate. Queſto tempio fù percoſſo dalli fulmini, e ſi abbruſciò circa l'anno duodecimo di Traiano Imperatore, che viene ad eſſere l'anno di Chriſto cento e tredici, e del mondo cinque milia e trecento, e vndeci, e Lucio Settimo Seuero, e Marco Aurelio Antonino lo riſtorarono con tutti li ſuoi ornamenti, come appare ſcritto nell'architraue del fronteſpicio, li quali ornamenti ſi può credere che fuſſero fatti tutti di nuouo, percioche le Cariatide nelle colonne che fece il ſopradetto Diogene doueano ſtare in altro modo, ma veramente l'Architetto che li ordinò fù molto giudicioſo, e riſeruato, perche ſeppe accompagnare li membri molto bene, e fargli corriſpondere a tutto il corpo, e non volſe confondere le opere con molti intagli, ma gli ſeppe compartire con gran giudicio, come al ſuo luoco ne trattarò diffuſamente: fù riſeruato che volſe oſſeruare l'ordine Corintho in tutta l'opera, ne ci volſe meſcolare altro ordine, e ſono coſi bene oſſeruate le miſure in tutti li membri, quanto in altro edificio io habbia veduto e miſurato, è veramente queſto tempio ſi può dire che ſia vn'eſſempio di Architettura. Ma laſſando da banda queſte narrationi, le quali poco importano all'Architetto; verrò alle particolar miſure di tutte le coſe. E per procedere ordinatamente in queſte antichità. La prima coſa ſarà la Genographia, cioè la pianta. La ſeconda ſarà l'Ortographia, che è il diritto, altri lo dicono il profilo. La terza coſa ſarà la Sciographia, cioè la fronte, e li lati di qualunque coſa. La ſeguente figura ſi è la pianta

DE ANTIQVITATIBVS ROMÆ

VETERVM ac antiquorum ædificiorum, quæ Romæ incorrupta adhuc atque illibata ſeruantur, Pantheon pulchritudine, integritate, ac artificio cæteris longe ducimus præferendum, eoque maiori admiratione dignum illud exiſtimamus, quòd cùm mēbra complura ad eius compoſitionem accedant, tam aptè appoſiteque omnia ad corporis totius ſymmetriam conducunt, vt quicunque diligenter partium cunctarum conuenientiam atque reſponſum attenderit, nihil quicquam in eo prætermiſſum eſſe fateatur. Id autem inde euenire arbitramur, quòd ſapiens Architectus præclaræ molis huiuſce inuentor & fabricator ex omnibus formis perfectiorem, ipſam videlicet rotunditatem, ſibi delegiſſe videtur: vnde Rotundam quoque vocabulo ex forma nimirum accepto, eam homines paſſim appellant. Interior nanque eius altitudo latitudinem adæquare omnino conſpicitur. Forſitan etiam ſolers Architectus cùm vniuerſa, dummodo recto & conuenienti ordine incedant, vnum ſummumque caput, è quo inferiora deinceps originem ducunt, obtinere perſpexiſſet: hoc pariter ædificium vnico duntaxat lumine, eoque in ſuperiori parte conſtituto, illuſtrari voluit, vt lux supernè accedens in omnes partes æquali mox ratione diffunderetur; quod ex ſententia ipſi nimirum ceſſiſſe videtur: nam præterquam quòd cætera ampla copioſaque luce complentur, ſex illa delubra, quæ in parietum craſſitudinibus abdita, obſcura vtique ac tenebroſa eſſe deberent; feneſtris tamen nonnullis, quæ in ſuperis eorū partibus conſtituuntur, lumenque ſecundum à ſupremo lumine deriuatum in ea transfundunt, intercedentibus, conuenienti ſplendore perfruuntur. Quapropter nulla quantuis exigua minimaque ædificij particula reperitur, quæ proprio lumine ſit deſtituta. Nec eius partes tantummodo immotas & conſiſtentes mira quadam gratia perfuſas eſſe iudicabis: verùm etiam quicunque præclarum hoc templum ingrediūtur, etſi aſpectu formaque extiterint mediocri, venuſtatem tamen ac dignitate mox eo ſenties augeri. Cuius quidem rei cauſam atque rationem in æthereum lumen, quod vndique citra vllam impeditionem expeditiſſimè peruagatur, conijciendam exiſtimamus. Nec temere hoc factum mehercle videtur. Cùm enim antiquitas tantum hoc Deorum omnium cætui ſumma religione conſecraſſet, & idcirco ſimulachra quamplurima in eo eſſent collocanda; quod ex tabernaculis, ſcaphis, aliiſque apertionibus optimè declaratur: ea ſigna profectò, vt lynceam ſui ſpeciem intuentibus immittere poſſent, cuncta almę lucis vſum atq; commoditatem requirebāt. Vnde quicunque ſignorum & prominentium operum ſuppellectili indulgent, eiuſmodi loca, quæ lucem ex ſuperiori parte combibunt, aucupari ſemper deberent. Nec enim, mēdicantium more, lumen quantuis imbecillum ſuppliciter propemodum petere cogeremur: verùm quocunque loco ſigna conſtituerentur, mox artificis excellentiam, propriamque eorum perfectionem intuentibus patefacerent. Quinetiam idipſum ad picturas ſpectandas contemplandaſque mirum in modum conferret, cummodo eæ ad lucis huiuſce proſpectum defor matæ, elaborat æque fuiſſent. Quam quidem conſuetudinem egregij pictores ſectari plerunque videntur: qui cùm pictis imaginibus maiorem aliquam vim & prominentiam afferre conantur, tunc lumen è ſuperis partibus captant. Verùm ad artificioſa eiuſmodi opera, contemplanda ac perpendenda peritiores tantummodo ſunt admittendi: aliàs nanque pro eis debita laude ignominiam potius calumniamque ſubirent; Graphicæ enim artis ignari vmbrarum obſcurationibus quammaximè offenduntur: Etſi Titiani, celeberrimi quidem pictoris, opera, ad cuiuſcunque luminis aſpectum fuerint deformata, eam vtique obtinent lenitatem, excellenti adeò colorum temperatura inficiuntur; vt quibuſcunque hominum generibus & conditionibus ea contemplantibus maximam afferant voluptatem. Verùm his, tanquam ad Architectum erudiendum nequicquam facientibus, prætermiſſis, ad ſingulas membrorum quorunque menſuras examinandas deſcendemus. Vt autem in antiquitatibus explicandis Methodicè procedamus, primùm Ichnographiam, videlicet areæ, vel, vt vulgo loquūtur, plantæ deſcriptionem exponemus. Deinde Orthographiam, quaſi dixeris erectę frontis imaginem, quam vulgus Profilum appellat, ſubiungemus. Poſtremò Sciographiam, quæ rei cuiuſque frontem lateraque ſimul explorat, definiemus. Quapropter ſubſequens figuratio Panthei aream palmo veteri Romanorum dimenſam inprimis oſtendet. A Porticu igitur orationis noſtræ exordio ſumpto, columnarum craſſitudinem palmorum ſenum, & minutorum vigintinouem eſſe dicemus: Intercolumnia ſingula palmos octo, minutaque nouem intercipiunt: Veſtibuli latitudo pro foribus templi conſtituta palmis xl definitur: Pilarum porticus ipſius frontes columnarum ſequuntur rationem: Scapharum, quæ mediæ inter pilas collocantur, & Nichij vulgo dicuntur, latitudo decempalmaris, membraque ex vtroque latere conſtituta o[illegible]palmaria exiſtunt: Forium latitudo palmos xxvj & ſemis obtinet. Tēpli totius laxamentum, ideſt ſpatium inter parietem vtrunque vacuum & inane in palmos cxciiii extenditur: totque palmos [illegible] altitudo

del Pantheon; la quale è misurata col palmo Romano antico. E prima parlando del portico;le colonne son grosse palmi sei, e minuti ventinoue, li spatij fra l'vna e l'altra colonna son palmi otto e minuti noue:la larghezza del vestibulo doue è la porta è palmi xl. la fronte de i pilastri del portico è come le colonne. La latitudine de i nicchi fra li pilastri è palmi dieci, & i membri alle bande son palmi due. La larghezza della porta è palmi xxvi, e mezo, la latitudine di tutto il tempio, cioè il netto fra muro a muro è palmi cxciiii. & altretanto è la sua altezza, cioè dal pauimento fin sotto il labro dell'apertura di sopra. La latitudine di essa apertura è palmi trentasei e mezo,le sei capelle che sono nella grossezza del muro, ogn'vna d'esse è in latitudine palmi ventisei, e minuti trenta, & entrano nel muro per la metà della sua larghezza saluando la grossezza delle colonne quadre angulari; ma la capella principale è palmi trenta in latitudine, & è mezo circolo saluando le dette colonne angulari, la grossezza delle colonne di tutte le capelle, è palmi v. manco tre minuti: e così le colonne quadre angulari delle dette capelle;le colonne delli tabernacoli che sono fra le capelle sono grosse palmi due;la grossezza del muro che circonda il tempio è palmi xxxi benche in essa grossezza ci sono assai vacui, che oltra le capelle che vacuano assai ci è ancora fra l'vna e l'altra capella alcuni vacui, che molti dicono essere fatti per spiracoli per causa de i terremoti: mà io mi dò a credere che siano fatti per non ci mettere tanta materia, perche ad ogni modo per essere in forma circolare sono fortissimi: la scala che si vede dal lato sinistro era medesimamente dal lato destro per salire sopra il vestibulo, & anco si andaua de lì intorno al tempio sopra le capelle per vna via secreta, che ancora ci è al presente: per la quale si và fuori alli gradi per salire fino alla sommità dell'edificio per molte scale che vi sono intorno,il fondamento di questo edificio si tiene che fusse tutto vna massa soda, e che occupaua gran spatio di fuori: per quanto s'è compreso per alcuni circonuicini, che volendo fabricare hanno trouato tal fondamento.

quæ à pauimento exordium sumens vsque ad labrum superioris conscendit apertionis, sibi vendicasse reperitur. Apertionis ipsius latitudo palmorum xxxvj. & semis habet interuallum. Delubra sex,quæ in muri crassitudine resident,singula palmorum xxvj, minutorumque xxx latitudinem sortiuntur: murumque pro dimidia latitudinis parte interiorem perrumpunt, quadratarum & angularium columnarum crassitudine dempta. At primarium delubrum in palmorum xxx porrigitur latitudinem, & semicirculi figuram constituit, angularibus columnis, vt modò diximus, subductis. Columnarum deinde, quæ in delubris singulis statuuntur, crassitudo palmos v ferè, tribus duntaxat minutis inde detractis, complectitur. Parem etiam quadratæ & angulares delubrorum columnæ crassitudinem imitantur. Tabernaculorum verò,quæ media inter delubra consistunt, columnæ bipalmari crassitudine finiuntur. Muri templũ circumambientis crassitudinẽ palmi xxxj. metiuntur,etsi in ea complura quippe interuacua & inania loca spectãtur:præter ampla etenim delubrorum laxamenta inter duo quæque delubra vacuitates quædam intersunt, quas nonnulli,vt aer in visceribus terræ conceptus per eas expirari efflarique possit,adapertas esse existimarunt: at nos ea ratione magis id effectum esse arbitramur, ne tanta materiæ congestæ copia ac multitudo ædificium quasi obstrueret atque deprimeret: Vacua nanque etsi complura, cùm tamen rotundiori figura omnia concludantur, tutissima profectò esse videntur, nec ruinam aut casum vllum pertimescunt. Scala, quæ ad læuam conspicitur, ad dexteram quoque,vtpote ad vestibulum conscendendum,olim erat extructa: Necnon inde per secretum quoddam iter, quod nunc etiam extat,circa templum super delubra homines obambulabant;quod quidem iter ad exteriores nos gradationes perducit: vbi compluribus scalis, quæ in orbem circunuoluuntur, ascensis ac superatis, ad summum denique ædificij totius columen pertingimus. Fabricæ huiusce substructionem perpetuam solidamque extitisse, & ingens spatium extra templi ipsius fines complexam fuisse homines arbitrantur: quod ex nonnullis adeò circumcirca incolentibus, qui cùm ædes sibi parare statuissent, effossa tellure in Panthei substructionem imprudentes inciderunt, haberi ac intelligi potest.






Palmo Romano antico; & è partito in dodeci digiti, & ogni digito in parte quattro chiamati minuti, e con questo è misurato il presente edificio con tutte le sue parti seguenti.

Paulum Romani vetustiores in digitos duodenos,& digitos singulos in quaterna æqua segmenta, quæ minuta appellantur,diuiserunt. Palmaris autem eiusmodi mensura ad præsens ædificium, vna cum membris omnibus dimetiendum adhibetur: nosque dimidiam eius magnitudinem hic infrà delineauimus.

PIANTA DEL PANTHEON. PANTHEI ICHNOGRAPHIA.




La forma del Pantheon della parte di fuori.

La sotto dimostrata figura rappresenta tutta la forma del Pantheō nella parte di fuori, guardandola nella faccia: è benche al presente si discenda à basso alcuni gradi; era nondimeno quando fù fatto eleuato dal piano sette gradi, & è ben ragione se questo edificio tanto antico è cosi integro: percioche il suo fondameuto non fù fatto con sparagno, anzi si tiene, che quanto era la sua circonferentia, altrettanto di spacio di terreno ne fusse occupato, per quanto s'è veduto da alcuni circonuicini, che fabricando hanno trouato di questo fondamento di bonissima materia. Ma vegniamo alle misure particolari sopra terra. Io dissi qui a dietro, che la grossezza delle colonne del portico era palmi sei, è minuti xxix. ma l'altezza sua è palmi liiii. e minuti xxix. senza le basi, e i capitelli. Le basi sono alte palmi tre e minuti xix. Li capitelli sono in altezza palmi vii. e minuti xxxvii. l'altezza dell'architraue e palmi v il fregio è alto palmi v. e minuti xiii la cornice e alta palmi iiii. e minuti ix. il spacio di questo frontespicio si tiene che fusse ornato di figure d'argento: quantunque io non l'hò trouato in scrittura, ma considerando alla grandezza di quelli Imperatori mi dò à credere che cosi fusse: percioche se i Gotti, & i Vandali, & altre nationi che spogliorno più volte Roma hauessero voluto delli bronzi; poteano seruirsi de gli architraui, & altri ornamenti del portico. Doue ne è gran quantità; mà sia come si voglia ci sono li vestigi, che ci erano figure di metallo. Dall'vltima cornice in sù sopra la cuppola, si ascende per assai luoghi con i gradi commodi fin alla sommità, come si può comprendere nel dissegno qui sotto.

Panthei exterior species.

Schema subiectum exteriorem Panthei vniuersi formam demonstrat, fronte eius anteriori proposita. Quanuis autem per decliues quosdam gradus ad ipsum accedentes nunc descendamus, extructionis suæ tamen olim initio à planicie septem gradationibus in altitudinem ascendebat. Verùm singula ædificij huiusce membra, quæ è planicie in altum assurgunt, quæso dimetiamur. Columnæ, quæ in porticu dispositæ erectæque consistunt, crassitudine quidem, vt iam diximus, palmorum sex & minorum xxix; altitudine verò palmorum liiij & minutorum xxix, spiris capitulisque exemptis, terminantur. Bases palmorum trium minutorumque xix, capitulaque palmorum septem, & minutorum xxxvij altitudinem assecuta fuerunt. Epistylium palmorum v, zophorus palmorum v & minutorum xiij, corona palmorum iiij & minutorum ix altitudinem obtinent. Fastigium autem in fronte constitutum, argenteis statuis instructum & exornatum fuisse nos quoque communem aliorum opinionem secuti existimamus. Romanorum etenim Imperatorum magnificentiam animo nobiscum reuoluentes in hanc sententiam facilè vtique inducimur: eoque magis, quò si Gotthi, Vandali, aliæque Barbarorum nationes, quæ Romano nomini infestæ vrbem illam præclarissimam sæpius adortæ fuerunt, ad æs animum adiecissent; epistylia, cæteraque porticus ornamenta ex ære conflata profectò diripuissent. Verùm quocunque fit modo, vestigia nonnulla, quæ olim ibi statuas è metallo fabricatas extitisse declarant, in hodiernum diem vsque perdurant. A suprema deinde coronice locis cōpluribus per opportunas gradationes testudinem ipsam obambulare, & ad summum vsque cacumen conscendere possumus, quemadmodum ex subiecta patet designatione.




LA PARTE DENTRO DEL TEMPIO.

Questa seguente figura dimostra la parte interiore del Pantheon; laqual forma è tolta dalla rotondità perfetta: percioche tanto è la sua latitudine da muro à muro, quanto è dal pauimento fin sotto l'apertura, che come hò detto più adietro, e per diametro palmi cxciiii. & è tanto dal pauimento alla sommità dell'vltima cornice, quanto da quella alla sommità dalla volta doue è l'apertura. Le riquadrature, che sono in essa volta, ò voglian dire Cielo, sono tutte nel modo ch'è quel di mezo, & è opinione che fossero ornati di lame di argento lauorato, per alcune vestigie, che ancora si veggono: perche se di bronzo fussero stati tali ornamenti; per le ragioni dette più adietro sariano stati spogliati gli altri bronzi, che ancor sono nel portico.


Le capelle di mezo anchora ch'ella sia benissimo accompagnata con tutta l'altra opera; nondimeno è opinione di molti che non sia antica: perche l'arco di essa viene à rompere le cinque colonne, cosa che non vsarono li buoni antichi; mà che al tempo de Christiani ella sia stata cresciuta, come si conuiene a i tempij di Christiani di hauer vn'alter principale, e maggior de gli altri.

TEMPLI SPECIES INTERIOR.

Sequens figura Panthei formam interiorem recludit, quæ ex absoluta perfectaque nimirum accipitur rotunditate: quanta enim a pariete ad parietem existit latitudo, tanta à pauimento ad superiorem apertionem altitudo esse videtur. Quemadmodum enim supra habitum fuit, tum latitudinis tum etiam altitudinis interiores diametri in palmos cxciiij producuntur: Necnon à pauimento ad summæ coronicis fastigium, & à fastigio deinde ad testudinis ipsius cacumen, quò scilicet apertio consistit, tantundem extat interualli. Quadrata, quæ in testudine seu cœlo quasi contexta reperiuntur, omnia ad medij illius quadrati similitudinem, & formam accedunt; eaque, nonnullorum, quæ adhuc extant, vestigiorum indicio, argenteis laminis cœlatis honestata & illustrata olim fuisse existimantur: Si nanque ornamenta hæc ænea extitissent, quidni reliquum æs etiam, quo porticus referta plenaque conspicitur, ablatum iandiu & asportatum fuisset.




Questo ornamento si troua in essere al presente sopra il portico del Pantheon, & è tutto di tauole di bronzo come dimostra la figura, il circolo non ci è, ma ci era vna mezza botte di bronzo molto ornata, & anco si tiene per l'opinione di molti, che vi fusse ornamenti di argento per le ragioni dette più adietro, ma di che materia egli fusse non si sà, certa cosa è, che douea esser opera bellissima, considerando a quello che al presente si vede.



Ornamentum, supra Panthei porticum extat: aneisque tabulis totum. Circulus quidem nullus apparet, sed anea testudo exculta admodum inibi erat: quinimo, argenta ornamenta ibi refulsisse homines suspicantur. Verùm ex quanam certò constarent materia, pro comperto haberi minimè potest.

La figura quì sotto dimostra la faccia dentro del portico, il quale è molto ornato di marmi, cosi ne i fianchi del vestibulo, come nella faccia & anco di fuori, ma la parte di fuori è molto consumata da gli anni, e per essere al discoperto: li quattro pilastri sono canellati nel modo che quì sotto si vede, e con quel numero di canellature, è perche le colonne rotonde diminuiscono nella parte di sopra: doue il fondo dell'architraue è della grossezza della colonna: è volendolo accompagnare con li pilastri quadri che non diminuiscono: esso fondo dell'architraue non haueria trouato il suo dritto: anzi saria restato da ogni lato tanto di morto dell'architraue, quanto è il diminuire della colonna tonda: l'Architetto prudente, fece tanto di risalto nell'architraue quanto è la diminuition della colonna, si come nella figura qui sotto si comprende; onde tal cosa corrisponde molto bene. Quanto alle misure della porta, l'apertura sua è in latitudine palmi xx. e minuti due, & è l'altezza palmi xl. e minuti iiii. delle misure più particolari nella seguente carta più diffusamente ne tratterò.

Subiecta figura interiorem porticus ipsius frontem ostendit; quam vtique porticum, seu frontem, seu exteriorem faciem contempleris, marmoreo vbique opere instructam reperies. At facies quidem exterior temporis diuturnitate, cœlique inclementia iam deformata fuit. Pilæ quaternæ, eadem specie eodemque numero striaturarum, prout depinximus, conueniente, striatæ fuisse conspiciuntur. Quoniam autem teretum columnarum partes superiores contrahuntur, vbi scilicet imū epystilium columnæ crassitudinem æquat: si ipsum cum quadratis pilis, consociare aliquis statuisset, imum profectò epistylium debitam suam collocationem nequaquam assecutum fuisset: Quapropter solers Architectus epistylium tantùm adeò resilire voluit, quanta columnæ diminutio existit, quemadmodum subiecta constat designatione: & hac ratione symmetriæ & conuenientiæ optimè consuluisse videtur. Quod autem ad fores spectat dimetiendas, apertionis latitudini palmi xx. minutaque duo, altitudini verò palmi xl & minuta iiij ascribuntur.





Porta et faccia dentro del Portico.



Questa base è vna di quelle che sono alle colonne piane, dette Ante, che sono ne l'ordine secondo per ornamento, le qual basi furon fatte con buon giudicio, che per esser lontane dal l'occhio hanno solamente vn'astragalo in luogo di due, percioche due hauerian fatta l'Opera troppo minuta, e confusa.

Eiusmodi bases optimo nimirum consilio constructę fuerunt; cùm enim ab aspectu longius recedant, pro duobus astragalis vnum tantummodo obtinuerunt: duo nanque opus minutum & inuolutum nimium vtique redidissent.





La proportion di questa porta circa à l'apertura, ne hò dato qui adietro notitia, mà la sua pilastrata è in fronte l'ottaua parte della latitudine del lume & ancora che Vitruuio fà la pilastrata della Dorica, e della Ionica circa à la sesta parte: nondimeno questa per esser opera Corinthia, non disdice: per esser le colonne Corinthie più gracili de le Doriche, & anco de le Ioniche, e tanto dimostra maggior grossezza quanto lo fianco suo è di buona grossezza, doue che l'occhio mirando l'vna, e l'altra parte viene ad abbracciare il tutto di maniera, che tal opera torna bene.

Portæ quidem huiusce laxamentum iãdudum sumus dimensi: Antepagmentorum verò frontes latitudinis ipsius luminis octaua parte sunt constitutæ. Nec illud obstare quicquam videtur, quòd Vitruuius Dorici, & Ionici generis antepagmenta sexta parte circiter dedinit. Cùm enim Corinthium hoc opus esse perspiciatur. Quinimo antepagmẽta hæc eò maioris crassitudinis speciem præseferunt, quòd eorum latera iustam vtique crassitudinẽ obtinent. Quapropter oculus, vtraq; parte seorsum conspecta, totum ipsum quampримum cõplectitur atque coniungit, adeò vt opus elegantiam ac perfectionem suam ritè cõsequatur.

Questa cornice, fregio, & architraue, è sopra la porta del Pãtheon, circa alle sue misure l'architraue è per l'ottaua parte della latitudine di essa porta, il fregio perche è senza intaglio è la terza parte minore dell'architraue, la cornice è alta quanto l'architraue, circa ai membri particolari egli sono proportionati al l'opera grande doue col compasso si potrà trouar tutte le parti.

Coronix hæc, zophorus, & epistylium supra templi ostium consistunt. Quod autem ad eorum attinet mensuras, epistylium latitudinis ianuæ octaua parte definitur: Zophorus, cùm purus sit, epistylio tertia parte minor exitit: coronix ad eandem epistylij ipsius altitudinem conscendit. Singula membra demum eam vtiq; toto opere seruant rationem, vt, circino adiuuante, cunctarum partium proportiones ad vnguem profectò reperientur.


Per dimostrare tutte le parti di questo bellissimo e ben inteso edificio è necessario di farlo vedere in più lati, e però hauendo io quì adietro dimostrato la faccia dauanti in maestà, con tutte quelle cose che in faccia si possono vedere, hora dimostrarò il portico, & il vestibulo, e l'entrata del tempio per fianco, come stà a punto: circa alle misure, la grossezza, e l'altezza delle colonne, e de i pilastri di fuori, & altri suoi ornamenti, hò detto più adietro, e perciò non replicarò più tal misure, ma basti solamente il vedere la dispositione delle cose, le quali son però cosi picciole tirate in misura: proportionata alle grandi, le colonne piu picciole nell'entrata del tempio sono colonne piane a vso di pilastri, la misura delle quali darò più auanti, perche seruono ancora alle capelle: quanto e questo spacio di questi tre intercolunni era la meza botte di bronzo, della quale hò parlato più adietro.


De mensuris quidem; columnarum, pilarumque exteriorum, & cæterorum ornamentorum crassitudines altitudinesque in superioribus iam expeditæ fuerunt; vnde nihil est quòd hæc eadem nunc repetantur, sed rerum tantummodo situs aptitudinesque ex præsenti habebuntur designatione: quæ quanuis pusilla forma hic descriptæ videntur, maiorum tamen dimensiones ac symmetrias, pro rata pro portione, ad vnguem imitantur. Breniores columnæ templi ipsius aditum quasi obstruentes, pilarum more, planæ vtique existunt: earumque commensus, cum delubris quoque vsus ipsarum inseruiat, deinceps exponemus. Fornicæ autem æneæque testudinis, cuius suprà iam mentionem habuimus, ambitus trium horum intercolumniorum spatia comprehendebat.




Circa alle ſtriature delle colonne, che molto ce ne ſono nel Pantheō, non mi affaticherò in deſcriuere tutte le ſue miſure: mà di quelle delle colonne della capella grande al dirimpetto della porta per eſſere molto belle, & artificioſe io ne hò voluto dare qualche notitia: perilche la figura quì ſotto ſegnata A, & B, rappreſenta l'opera d'eſſa colonna, cioè in pianta, & in diritto. La figura A, dinota il diritto della colonna. La figura B, rappreſenta la pianta d'eſſa colonna. Quanto alla forma ſi è dimoſtrato à baſtanza; mà quanto alle miſure biſogna trattare. Li canali ſono xxiiii. & vn canale è minuti ix. e mezo. Il tondino con i due quadretti è minuti quattro, e mezo. Il tondino è minuti tre, l'auanzo è vn minuto, e mezo, ilqual minuto e mezo eſſendo diuiſo in parte eguali viene à eſſere ogni quadretto a canto il tondino tre quarti di minuti. Queſta cancellatura è molto grata à i riguardanti, & vna ſimile opera è alla baſilica del foro tranſitorio per ornamento di vna porta. La baſe ſegnata C, è delle dette colonne della capella maggiore del Pantheon, l'altezza dellaquale è palmi due, e minuti xi. e mezo, & è coſi diuiſa: il plintho di ſotto è minuti xix. in altezza il toro inferiore è minuti xvii. il quadretto ſopra eſſo è minuti tre, e mezo. La ſcotia prima, cioe il cauetto è minuti otto, e vn terzo. Il quadretto di ſotto gli aſtragali è mezo minuto, e coſi è quel ſopra gli aſtragali: gli due aſtragali ſono ſei minuti, e mezo, e ciaſcuno d'eſſi viene a eſſer tre minuti, & vn quarto. La ſcocia di ſopra gli aſtragali è minuti ſei. Il tondino ſotto il toro ſuperiore è minuto vno. Il toro ſuperiore è ſette minuti, e due terzi. Il quadretto ſopra il toro, che è membro della colonna è minuti tre. La proiettura di queſta baſe è minuti xxiii. proportionata nel modo quì ſotto dimoſtrato.

At cùm ſtriatis columnis templum hoc abundare conſpiciantur ſingulas cunctarum menſuras nunc perſequamur: verùm earum tantummodo, quæ in maiori delubro conſtitutæ Panthei ipſius fores ex aduerſo intuentur, columnarum ſtriges tanquam cæteris elegantiores, & maiori artificio elaboratas ſaltem hic attingemus. Subſcripta igitur figura, A, nempe & B, columnæ Ichnographiam & Orthographiam, videlicet veſtigium & rectitudinem, nobis oſtendit: A quidem columnæ ſcapum & rectitudinem, B vero columnæ eiuſdem veſtigium & aream demonſtrante: nunc verò ad earum membra dimetienda accedamus. Canaliculi vigintiquatuor numero exiſtunt, ſingulique in minutorum ix ſemiſque longitudinem deducuntur. Aſtragalus cum binis regulis vnà acceptis minutorum quatuor ac ſemis occupat interuallum: Aſtragalo quidem tria conceduntur minuta; ei autem, quod ſupereſt, minutum vnum ſemique derelinquitur: quo in æqua deinde ſegmenta diuiſo, regularum vtraque iuxta aſtragalum collocata tres minuti vnius quartas ſibi requirit. Baſis C litera inſcripta primarij delubri columnis, ſubſternitur; cuius quidem altitudo palmis duobus, minutis xj & ſemi definitur: eiuſque diſtributio talis nimirum exiſtit. Plinthus inferior xix. minutorum altitudinem petit. Torus inferior minuta xvii ſibi vendicat: Regula ſupra eum conſtituta minuta tria & ſemi. Scotia ſeu Trochilus inferior minuta octo, tertia minuti vnius parte adiecta: Regula aſtragalis ſuppoſita minuti dimidium, & Regula item aſtragalis ſuperincumbens tantundem, Aſtragali ambæ ſimul, minuta ſex & ſemi; earumque vtraque ſeparatim minuta tria, quarta minuti vnius addita parte: Scotia minuta ſex: Talus ſuperiori toro ſubſtratus minutum vnum: Torus ipſe ſuperior minuta ſeptem, duabus tertijs adiunctis: Quadra ſeu Regula toro ſuperſtans, quæ inter columnæ ipſius membra reponitur, minuta tria. Huiuſce baſis denique proiectura in minutorum xxiii. extenditur interuallum, cuius modum atque proportionem infra ſubiecimus.









La ſeguente figura rappreſenta vna parte di dentro del Pantheon, cioè dal pauimento fin alla ſommità della cornice, che toglie sù la tribuna, ò cuppola, che dire la vogliamo, & anco in detta figura ſi vede ſopra la cornice il naſcimento de i quadri della tribuna, e coſi detta figura dinota nella parte da baſſo la latitudine di vna delle ſei capelle, dellequali ce ne ſono due di mezo circolo, e quattro di forma quadrata oblonga, mà tutte ſei nella ſua faccia ſono conformi, e ciaſcuna di queſte capelle hanno due colonne rotonde, e gli angoli d'eſſe capelle hanno le ſue colonne quadre. Come ſi può vedere nella pianta paſſata, & anco nel diſſegno quì a canto, bench'ei non ſia in proſpettiua, e che non ſi vegga il girare della capella s'ella è tonda, ò quadra; e non s'è fatto in ſcurtio per ſtare ſul termine delle miſure; mà queſta è in effetto quadrata: perche vi ſi vede la forma delle fineſtrelle; che ſono nella parte interiore d'eſſe capelle. La groſſezza delle colonne è palmi v. manco tre minuti. L'altezza delle baſi è palmi due, e minuti xxi. l'altezza della colonna ſenza il capitello è palmi xl. l'altezza del capitello è palmi v. e minuti xxx. e coſi tutta la colonna con la baſe e'l capitello è da palmi xlviii. l'altezza dell'architraue, fregio, e cornice e palmi xiii. e mezo, tutta queſta altezza è diuiſa in parti x. tre parti ſono per l'architraue, tre parti ſi danno al fregio, e le quattro parti ſi daranno alla cornice, del rimanente de i membri non dico altramente per eſſere queſta dalla propria proportionalmente traſportata, laquale è quì auanti ſegnata P, & veramente in queſta cornice ſi cōprēde il buon giudicio dell'Architetto, ilquale mettendoui gli modiglioni non ci volſe mettere i denticoli intagliati, per non cadere in quel comune errore, nelquale ſono caduti tanti antichi, & ancora hoggidì molti moderni. L'errore ch'io dico è queſto, che tutte le cornici, lequali hanno i modiglioni, & i denticoli intagliati; ſono vitioſe e riprobate da Vitruuio nel quarto libro al ſecondo cap. e benche in queſta cornice ci ſia la forma del denticolo; nondimeno per non eſſere intagliati, non ſi poſſono dannare in queſto caſo. Sopra queſta cornice è vn parapetto, l'altezza delquale è palmi vii. e minuti ſei, & è di baſſo rilieuo, perciohe le colonne ſono anco loro di baſſo rilieuo: l'altezza delle quali con l'architraue, fregio, e cornice, è palmi xxx. e minuti xxxvi. laqual altezza è diuiſa in cinque parti; vna d'eſſe è per l'architraue, fregio, e cornice, laquale ſarà quì auanti ſegnata M, proportionata alla propria. In queſta cornice, e nell'architraue ſono coſi bene compartiti i membri parte intagliati, e parte ſchietti; che la ſua forma non ſi confonde, anzi per eſſerui quei membri ſodi interpoſti frà gl'intagliati; ſi comprende in eſſa vna gratia mirabile. La fineſtra ſopra la capella è per dar luce a eſſa capella, laqual luce benche non ſia principale; nondimeno per eſſere perpendicolare, tolta dall'apertura di ſopra, viene à dargli conueniente lume. Le colonne (come hò detto) ſono di baſſo rilieuo, e coſi frà eſſe colonne, & anco ſopra le fineſtre ci ſono diuerſe pietre fine incaſtrate; & il fregio della prima cornice è di porfido boniſſimo.

Sequens figura partem quandam templi interiorem, à pauimēto ſcilicet vſque ad coronicis ipſius apicem, vnde mox teſtudo ſeſe in auras attollit, nobis proponit: quinimo in eadem deſignatione, qua ratione inſuper quadrata intra teſtudinem collocata ſupra coronicem mox oriri atque emergere incipiant, intueri licet. Quapropter deſcriptionis huiuſce infima pars, delubri ſiue ſacelli vnius latitudinem oſtendit: quæ quidem delubra cùm ſex numero eſſe dicantur, duo in hemicycli formam, & quatuor reliqua in quadrangulam alteraque ſui parte longiorem diſpoſitionem componuntur; verùm eandem omnia vtique frontium ſimilitudinem atque collocationem præſeferunt: ſingulaque delubra duas rotundiores habent columnas, eorum angulis deinde columnas quadratas poſſidentibus, quemadmodum tum ex præcedenti areæ typo, tum ex ſubſequenti quoque habetur deſignatione: quæ etſi ad proſpectuum rationes opticoſque ſitus nequaquam fuerit deſcripta, nec delubri ambitus ſiue conuerſio in ea conſpici queat, vt de eius rotunditate vel quadratura certum iudicium poſſit afferri, nec inſuper vlla partium contractio aut diminutio propter exactas propriaſque menſuras ad vnguem perſequendas adhibita fuerit; quin tamen delubrum hic figuratum quadratam formam obtineat, minimè dubitandū videtur: quod ex quadratis feneſtrarum in interioribus delubrorum partibus reconditarum conſtitutionibus ſatis, ni fallor, intelligi poteſt. Columnarum craſſitudo palmos v ferè, tribus duntaxat minutis deficientibus, obtinet: Baſium altitudini palmi duo minutaq; xxj aſſignantur: Columnæ ſcapus, ſi capitulum dempſeris, palmorum xl ſpatium intercipit; Capituliq; ipſius altitudo palmos v minutaque xxx ſortitur: vnde tota integraque columna, baſi inſuper & capitulo ſimul adiectis, palmos circiter xlviij fuit aſſecuta. Epiſtylij deinde, zophori, & coronicis altitudo palmos xiij, palmique vnius dimidium præterea complectitur: qua in partes x mox diſtributa, tres epiſtylio, tres item zophoro, & quatuor reliquæ demum coronici aſcribuntur. Cæterorum autem membrorum explicationes, cùm ex propria forma deducta fuerint, & in P ſubſcriptum exemplar iuſtiſſima quadam ratione translata, conſulto hic à nobis prætermittuntur. Quinimo ex coronicis huiuſce diſpoſitione acre & ſubtiliſſimum Architecti iudicium perpendi & conijci debet, qui cùm mutulos ibi conſtituiſſet, inſculptos denticulos eodem apponendos eſſe nequaquam exiſtimauit, ne ſcilicet in grauiſſimū illud & communiſſimum tot veterum & recentiorum quoque Architectorum erratum prolaberetur: cunctæ etenim coronices, quibus mutuli & denticuli ſimul inſculpti aſſiguntur, tanquam prauæ & vitioſæ à Vitruuio ſecundo quarti voluminis capite improbantur. Quanuis autem in coronice hac denticuli forma conſpicitur, cùm tamen denticuli minimè ſint inſculpti, in nullam vtique reprehenſionem incurrunt. Supra coronicem pluteus imponitur, qui in palmorum ſeptem minutorumque ſex altitudinem excitatur; & haud aliter, quàm ſubſequentes deinde columnæ, parùm eminentibus conſtat expreſſionibus. Columnæ hæ quidem, epiſtylio, zophoro, & coronice ſimul adiectis, in palmos xxx minutaque xxxvj ſublimes extolluntur: qua altitudine in partes v diſſecta, partium earum vna epiſtylio, zophoro, & coronici coniunctim tribuitur; eademque figurę ſequentis initio mox litera M ſignatur, maximam vtique cum vero, è quo deducta fuit, exemplari proportionem atque ſimilitudinem gerens. Coronicis huiuſce & epiſtylij mēbra partim ſimplicia partim inſculpta, ea ſymmetria eoque artificio ſunt diſtributa, vt ne minima quidem confuſio inde oriatur: quinimo ex media ſolidorum membrorum inter inſculpta collocatione, mira profectò venuſtas ac elegantia emanare videtur. Feneſtra deinceps in ſuperiori delubri parte ſita, ad ipſum vtique illuminandum fuit excogitata: quæ lux nimirum, quanuis recto ductu rectoque ſtatim itinere nequaquam accedat, cùm tamen è ſumma templi apertioni in perpēdiculi morem deſcendat, per feneſtram ingrediens delubro ſatis profectò luminis affert atque miniſtrat. Cùm autem columnæ, vt iam diximus, modicis conſtent prominentijs; inter eas, necnon in ſuperioribus feneſtrarum partibus exquiſiti lapides complures artiſſimè compacti, & inter ſeſe coagmentati cernuntur: primæque coronicis zophorus ex optimo conſtat porphyrite.


M
M
P
P

Questa figura dimostra vno di quei tabernacoli che sono frà le capelle; e le colonne dalle bande rappresentano le colonne quadre delle capelle, e qui si vede il bel giudicio che hebbe l'Architetto, ilqua'e volendo far ricingere l'architraue, il fregio, e la cornice, e non essendo la colonna quadra tanto fuori del muro, che ci potesse capire tutta la proiettura d'essa cornice, fece solamente la gola dritta, & il restante de i membri conuerse in vna fascia; onde tal'opera è molto gratiosa, & accompagna l'ordine. Le due fenestrelle non danno luce, mà si fà giuditio che fussero luoghi da Idoli. L'altezza del piede del tabernacoloè palmi ix. e minuti xii. la grossezza delle colonne è palmi due. E la sua altezza è palmi xvi. senza le basi, & i capitelli. Le basi sono di altezza palmo vno, l'altezza de i capitelli è palmi due, e mezo, l'architraue e palmo vno, e così il fregio che corre intorno, & e tutto di porfido. L'altezza della cornice e vn palmo, e mezo, l'altezza del frontespicio e palmi v l'architraue che ricinge il taberuacolo e palmo vno, e tre quarti. Dell'altre misure più minutamēte quì a canto sarà dimostrato.

Præsens designatio vnius tabernaculorum illorum, quæ media inter delubra consistunt, speciem refert columnæq; ex vtraque parte constitutæ quadratas delubrorum columnas, quæ pilæ vocantur, ostendunt. Et hoc in loco sapientissimum utique Architecti consilium quam maximè commendandum existimamus: qui cùm epistylij, zophori, coronicisque præcinctionem moliretur nec quadrata columna extra parietem tantum egrederetur, vt tota coronicis ipsius proiectura posset collocari; simam, quam gulam rectam uulgus appellat, duntaxat ibi perfecit, cæterorumque membrorum ornatum in fasciam permutauit, adeò vt opus hac ratione & venustatem suam sit assecutum, & cum reliquis conuenire mirificè videatur. Duæ fenestelæ lumini nequaquam peruiæ existunt, sed tanquam idolorum sedes potius & receptacula excauatæ fuerunt. Pes tabernaculi in palmorum ix & minutorum xii altitudinem educitur: Columnarum crassitudo bipalmaris esse conspicitur; earumq; scapi in palmos xvi, spiris capitulisque detractis, sublimes attolluntur. Spiræ seu Bases palmi vnius, Capitulaque palmorum duorum & semis altitudinem obtinent: Epistylio palmus vnus, zophoro epistylium circumambienti, & ex egregio porphyrite cōstanti tantundem assignatur: Coronix palmum vnū & semi, Fastigium palmos v; Epistylium, quod tabernaculum ipsum ambit atque circundat, palmum vnum, tribus quartis adiectis, in altitudinem petit. Cæteræ mensuræ deinceps ex subiecta melius intelligentur designatione.



Le quattro figure qui sotto sono membri del tabernacolo qui à canto, come dinotano le lettere A, B, C, D, che si rispondono, circa alle misure dell'altezze è detto qui adietro. Mà basti sol al'Architetto, che tutte le cose a membro per membro sono trasportate dalle grandi con diligentia, e ridotte a questa forma proportionatamente, e vedbe forse a i studiosi di Vitruuio parera troppo alta questa cornice alla proportione de l'architraue, e del fregio, & io per me non la faria cosi alta, nondimeno a vederla in quel luogo che hà gran distantia, & non e molto alta; ella rappresenta buona proportione. Il capitello s'allontana molto da i scritti di Vitruuio, perche egli e di maggiore altezza senza l'abaco, che non lo descriue Vitruuio con tutto l'abaco, e nondimeno per la commune opinione sono i più bei capitelli che siano in Roma, e non solamente questi de i tabernacoli; mà ancora quei delle capelle sono di tal forma, & anco quei del portico, di maniera che io giudico, si come da principio io dissi, non hauer trouato edificio fatto con maggiore osseruanza de l'ordine, quanto è questo, e s'io volessi scriuere tante belle osseruantie che vi sono; cosi dentro come di fuori, io parerin forse troppo prolisso, & però di questo marauiglioso edificio farò fine seguitando dell'altre antichita.




Quaterne subscripte figuræ tabernaculi designati membra quædam esse videtur, quemadmodum quatuor literæ, A, B, C, D, ostendunt. Quod autem ad mensuras attinet, iam explicitæ fuerunt: Idq; Architecto in præsentia faterit, quod mébra singula, summa adhibita diligentia in pusillam hanc forma traductaque fuerunt. Quòd si nonnullis fortasse Vitruuianæ disciplinæ studiosis coronicis huiusce altitudo, si cum epistylio, & zophoro conferatur, modum ac symmetriam excedere videatur; quinimo nec nos, vt verū fateamur, adeò sublimem eam constituere ausi fuissemus; attamē si ibi e loco interiori propter longinquitatem haud immodicā altitudiné habere existimetur, percommodam nimirum seruat proportionem. Nec tamen hoc quicquam obstante eiusmodi capitulorum genera cætera cuncta, quotquot Romæ extant, capitula, approbantibus omnibus, forma & pulchritudine vincit. Nec tabernacula tantum, verùm etiam delubra, & porticus ipse demu easdem capitulorum habent dispositiones. Quapropter id, quod principio asseruimus, hic denuò confirmamus, nullum ædificium quod symmetriæ ac ordinis hoc studiosius aut obseruantius foret, à nobis conspectum unquam fuisse. Quòd si obseruationes cunctas sigillatim exponere aggrederemur prolixiores cuipiam fortalse videri possemus. Templo huic igitur suprema manu imposita, reliquas antiquitates persequamur.

Questo tempio di Bacco è molto antico, & è assai integro, e ricco di lauori, e di belle, e diuerse pietre, e musaichi. Tutto lo diametro dentro da muro a muro è palmi cento, & il corpo di mezo ricinto dalle colonne è palmi cinquanta, ne i spatij da colonna a colonna io ci trouo gran differentia da l'vno a l'altro: percioche lo spatio di mezo à l'entrare del vestibulo è palmi noue, e minuti trenta, e l'altro all'incontro è palmi noue; e minuti noue, quelli all'incontro de i nicchi maggiori sono palmi otto, e minuti trent'vno, gli altri quattro restanti sono alcuni palmi sette, e minuti otto, & alcuni palmi sette, e minuti dodici. La latitudine del vestibulo, e cosi quella della capella all'incontro risponde all'intercolunnio, & il medesimo fanno i due nicchi maggiori, gli altri nicchi minori sono palmi sette, e minuti cinque. Le misure del portico si posson pigliare da quelle del tempio, ilqual portico è voltato a botte, dauanti del quale ci era vn corrile in forma ouale, ilquale era lungo palmi cinquecento, e ottantaotto, & era in larghezza palmi cento, e quaranta, e per quanto si veggon le vestigie, era molto ornato di colonne, come si può comprendere nella seguente figura.

Templum hoc Baccho vetustissimũ quidem esse censetur; & integrũ adhuc, atque complurium operum varietate elaboratum esse conspicitur: Interior diameter, in palmos centum extenditur: medianumque corpus columnarum complexu quasi zona quadam præcinctum palmorum quinquaginta obtinet interuallum. Intercolumniorum spatia diuersa admodum incertaque esse videntur: Quippe Medium interuallum sub vestibuli ipsius aditu constitutum, palmis nouem minutisq; triginta definitur: spatiumq; huic è regione aduersum palmis nouem minutisque nouem terminatur. Interualla patentioribus opposita palmos octo & minuta vnum atque triginta sibi requirunt. Quaterna autem, quæ supersunt, interualla; nonnulla quidem palmos septem minutaque octo, nonnulla verò palmos septem minutaque duodecim sortiuntur. Vestibuli & item Sacelli vestibulo oppositi laxamenta, intercolumnijs sibi obiectis respondent: Scaphis angustioribus deinde, palmi septem & minuta quinque obtigerunt. Porticus præterea fornicato opere circunductæ commensus, à templi ipsius modulis facillimè accipientur: quam sinus ouata forma compositum antecedebat. Cauædij autem huiusce longitudo palmos quingentos & octogintaocto, latitudoque palmos centum & quadraginta complectebatur: ipsumque columnis insigne admodum conspicuumque extitisse, vestigia adhuc extantia testantur, quemadmodum ex subiecta figura cuius perspicere licet.

PIANTA DEL TEMPIO DI BACCO.

TEMPLI IPSIVS BACCHI ICHNOGRAPHIA.



Hò dimostrato qui adietro la pianta con le sue misure, e qui sotto si vedrà lo diritto nella parte di dentro, perche di fuori non è ornato. L'altezza sua dal pauimento fin sotto il Cielo è palmi ottantasei. La grossezza delle colonne è palmi due, e minuti quatterdici, & la sua altezza è palmi ventidue, e minuti vndici. L'altezza delle basi è palmi vno, e minuti sette. L'altezza de i capitelli è palmi due, & vn quarto, l'altezza de l'architraue è palmo vno & vn quarto, e cosi il fregio. L'altezza della cornice è palmi due, e mezo. I membri più particolari si posson vedere qui sotto, perche sono proportionati a i grandi, e questo tempio è fuori di Roma dedicato à Sant' Agnese.


Templi huiusce Ichnographiam, modulis etiam appositis, iam ostēdisse videmur. Modò in subscripta designatioue eius Orthographiam & frontis interiorem tantummodo erectionem persequemur: de exteriori nanque, cùm ea omni ornamentorum genere prorsus sit destituta, nos verba facere minimè oportet. Partium igitur contectarum altitudo, à pauimento ad cœlum vsque, palmis octogintasex definitur: Columnæ palmorum duorum, & minutorum quatuordecim crassitudinem, & palmorum duorum atque viginti minutorumque vndecim latitudinem habent: Bases ad palmi vnius minutorumqne septem; Capitula ad palmorum duorum, quarta insuper addita; Epistylium & Zophorus item ad palmi vnius, quarta præterea adiecta, altitudines eriguntur: Coronix in palmos duos & semis assurgit. Membra autem minutiora, cum diligenter accurateque à nobis hic fuerint expressa, ex subscripta designatione optimè patent. Templumque hoc extra Vrbem habetur, Sanctæ Agnetis cultui sacrum.



N


La pianta quì sotto era vn cortile dauanti al tempio di Bacco con vn portico intorno, per quanto si comprende per alcuni vestigi molto rouinati, & all'incontro di tutti li intercolunni era vn nicchio ornato di colonelle, dentro del quale doueа essere vna statua. Era questo cortile in forma ouale molto oblonga, e la sua longitudine era palmi cinquecento, e ottantaotto, & era in latitudine palmi cento, e quaranta.

Area infra collocata Cauædium ante Bacchi ædem constitutum, & peristylio circumambiente comprehensum, sicut vestigia nonnulla, fragmentaque significant, nobis ostendit. Singulis autem intercolumnijs scaphæ aduersæ & columellis quibusdam distinctæ ac insignitæ respondebant; quæ, Deorum simulachris & imaginibus impositis, in maxima vtique apud priscos veneratione habebâtur. Cauædium hoc ouatam figuram oblongam admodum retinebat, eius longitudine palmos quingentos & octogintaocto, latitudineque palmos centum & quadraginta occupante.



Il Tempio di Bacco (come hò detto) è ricco di molti ornamenti, e di compartimenti varij, mà io non tutti mà parte ne hò voluto dimostrare, e le tre inuentioni quì sotto dissegnate sono nel detto tempio parte di belle pietre, e parte di musaico.


Liberi patris templum, quemadmodum diximus, compluribus quidem ornamentis, ijsque variè accurrateque distributis abundat: haud omnia tamen, sed nonnulla tantummodo hic apponenda censuimus. Ternaque hæc, quæ subscripta intueris, inuenta & cogitata in eodem templo partim ex elegantiorum lapidum structura confecta, partim sectili vermiculatoque opere elaborata conspiciuntur.



Queſto tempio della pace fece fare Veſpaſiano Imperatore appreſſo il foro Romano, ilqual tempio è molto lodato da Plinio, & era molto ornato di ſcolture, e di opere di ſtucco, & oltra gli ornamenti di eſſo tempio Veſpaſiano dopo la morte di Nerone vi fece porre dentro tutte le ſtatue, coſi di bronzo, come di marmo, lequali eſſo Nerone hauea raccolte in diuerſi luoghi che erano non picciolo numero. Quiui ancora Veſpaſiano fece porre vn ſuo ritratto con i ſuoi figliuoli fatto d'vn marmo nuouo trouato in Ethiopia di color di ferro detto Baſſa, ò coſa molto prezzata in quei tempi: nelqual tempio nella capella principale era vna ſtatua molto grande di marmo fatta di più pezzi, dellequali reliquie ne ſono al preſente aſſai pezzi in Campidoglio, e frà gli altri vi è vn piede, che l'vnghia del dito groſſo è tanto grande ch'io vi ſono ſeduto ſopra commodamente, e di quiui ſi puote comprendere la grandezza di tal ſtatua laqual ſi vede eſſer fatta di mano di buon Scultore.

Templum hoc Pacis Veſpaſianus Imperator apud Romanum forum primus olim inſtituit, quod à Plinio ſummis quidem laudibus celebratur; & ſcalpturarum varijs generibus, albarijſque operibus quammaximè certe præſtabat. Quinimo præter cætera templi ornamenta Veſpeſianus, Nerone iam defuncto, cuncta tam ænea quàm marmorea ſimulachra, quæ ſæuiſſimus ille Imperator ex locis compluribus quàmplurima nempe collegerat, in fano hoc reponenda curauit. Quinetiam Veſpeſianus & ſuammet, & liberorum quoque formas imaginesque ex nouo quodam marmore ferrei coloris atque duritiæ, & in Aethiopum regionibus procreato, quod Baſaltem antiqui vocabant, & magni vtique faciebant, conflatas in ſacra æde collocauit: cuius primarium delubrum, ingenti ſtatua marmorea, quæ ex compluribus conſtabat ſegmentis, appoſita, intuentium animos vehementi ſtupore replebat. Coloſſi huiuſce fragmenta complura in Capitolio hucuſque ſeruantur; noſque, cæteris omiſſis, id ſolum referemus, pedem vnum ibi extare, cuius vngula pollici inhærens eam magnitudinem obtinet, vt nobis recumbentibus perquàm commodam ſedem præſtiterit. Ex quo mira certè Coloſsi ipſius amplitudo percipi poteſt: vaſtumque hoc ſimulachrum ex optimo aliquo artifice prodijſse iure cenſetur.

PIANTA DEL TEMPIO DELLA PACE. TEMPLI PACIS ICHNOGRAPHIA.




Il detto tempio è miſurato a braccio, & il braccio è partito in partito in parti dodeci addimandate oncie, e quella linea che e nel mezo della pianta d'eſſo tempio, e mezo braccio: e prima la lunghezza del portico e circa braccia cento e ventidue, e la ſua larghezza e braccia quindeci, la latitudine dei nicchi ne i capi d'eſſo portico e braccia dieci. La groſſezza de i pilaſtri dell'entrata e braccia cinque, e fra l'vn pilaſtro e l'altro e braccia dieci. Le aperture dalle bande, sì del portico, come del tempio è braccia ſedeci. La lunghezza di tutto il tempio e circa braccia cento e ſettanta. La ſua larghezza e braccia cento e venticinque. Il capo di mezo è braccia cinquantatre. La fronte de i pilaſtri, doue ſono appoggiate le colonne tonde, è braccia noue, e mezo. La groſſezza d'eſſe colonne è braccia quattro, & oncie quattro, e meza, e ſono canellate, e le canellature ſono ventiquattro. Il cauo d'vna canellattura è oncie cinque, e la ſua coſta è oncie vna, e meza. La larghezza della capella principale è braccia trentadue in circa, & è di mezo circolo quelle dalle bande, A, & B, ſono larghe da braccia trentaſette, & entrano nel muro braccia ſedeci, che è manco di mezo circolo. La groſſezza del muro intorno al tempio è da braccia dodici, benche in molti luoghi è più ſottile per cauſa de i ſotto archi, e coſi le circonferentie delle capelle ſono groſse da ſei braccia, frà l'vn pilaſtro, e l'altro è da braccia quarantacinque. Di molti nicchi, e fineſtre, & altre coſe particolari per le dette miſure ſi potranno comprendere, perche il diſsegno è proportionato, e queſto è quanto alla pianta. Circa al diritto per eſser coperto molto il piano dalle ruine, non potei miſurare dal piede alla cima, ma per quanto hò compreſo da parte della pianta, & anco dalle ruine, che ſi veggono, hò fatto queſto diritto, non ſon ben riſoluto ſe le colonne hanno ſotto il piedeſtalo, ò nò, per non ſi vedere il piede delle colonne, & ancora che Plinio lodi molto queſto edificio ci ſono alcune coſe male accompagnate, e maſſimamente la cornice ſopra le colonne, laquale non accompagna coſa alcuna, mà reſta nuda per ſe ſola.

Primùm igitur porticus ipſius Templi longitudinem pedes ducenti & quadragintaquatuor, latitudinemque pedes triginta metiuntur: Scapharum laxamenta in porticus eiuſdem capitibus conſtituta, vicenis pedibus terminantur: Pilæ in ipſomet ingreſſu diſpoſitæ decempedalem craſſitudinem habent, & ſpatium inter pilas medium vicenos ſibi vendicat pedes: Apertiones deinde ex vtroque tum porticus tum templi ipſius latere exiſtentes, pedibus tricenis atque duobus inſuper finiuntur: Templi totius longitudo in pedes trecentos & quadraginta circiter, latitudoque in pedes ducentos & quinquaginta excurrit: Medium caput centum & ſex inſuper obtinet pedes: Pilarum frontes, quibus teretes innituntur columnæ, in pedum decem & nouem ſpatiū porriguntur: Columnarum ipſarum craſſitudines pedes octo & dodrantem ſortitæ fuerunt; columnæque ſingulæ ſtrigium vigintiquatuor numero, elegantia, atque formoſitate conſpicuæ, maximam vtiq; venuſtatem intuentibus præſeferunt: Strigium ſingularum mediæ vacuitates dextantem, earumque latera extrema quadrantem aſſequuntur: Primarij delubri laxamentum pedes circiter ſexagintaquatuor intercipit, & in hemicycli formam integram rotundatur: Delubra ex vtroq; latere conſtituta, A ſcilicet, & B, in pedum ſeptuagintaquatuor latitudinem explicantur; & pedum duorum atq; triginta extenſione, hemicycli capacitatem nequaquam adæquante, parietem interiorem perfodiunt: Parietes templum circunſiſtentes pedum vigintiquatuor craſſitudinem obtinent, quanuis compluribus locis propter arcus ſuppoſitos graciliores exiſtant: Pariter etiam delubrorum circinationes, pedum duodenum propemodum craſſitudinem habent: Pilis binis interiectæ vacuitates, pedibus nonaginta definiuntur: Scapharum complurium deinceps, & feneſtrarum, aliorumque conſimilium moduli ex accurata noſtra & artificioſa deſignatione optimè intelligentur. Et hęc de templi Ichnographia ſatis ſuperq; dicta videntur. Quod autem ad eiuſdem ſpectat Orthographiam, cùm planicies ruinis vndiq; obruta opertaq; lateat, ab imo ad ſummum ædem hanc dimetiri nobis minimè licuit: ſed cùm nonnullas areæ partes nobiſcum animo reputaſſemus, & ruinas, quæ adhuc extant, diligenter meditati fuiſſemus, ſubiectam conſtituimus Orthographiam. Nec illud nobis certò conſtat, an columnæ ſtylobatis ſuppoſitis innitantur necne, cùm ſtylobatarum nulla veſtigia prorſus appareant. Quanuis autem Plinius quammaximè hoc commendet ædificium, nonnulla tamen malè cohærentia vitioſeque inſtructa in eo comprehenduntur, præſertim coronæ ſummis impoſita columnis: quæ nullius rei adiectione eam concomitante, ſola nuda que turpiter ibi conſiſtit,




Queſto edificio ſi addimanda Templum pietatis, & è appreſſo il carcere Tuliano, & è tutto di teuertino, ma era coperto di ſtucco, & è molto ruinato, ne ui ſi veggono veſtigi di fineſtre, nondimeno io le hò poſte nella pianta in quei luoghi doue ſariano più conuenienti, lo edificio è miſurato cõ vn braccio partito in minuti ſeſſanta. La linea per mezo queſto tempio è la terza parte d'vn braccio, e prima le colonne ſon groſſe braccio vno e minuti diciotto. L'intercolũnio e braccia tre, e minuti quattordeci. La latitudine della porta e braccia quattro, e minuti quattordeci e mezo. La groſſezza del muro e braccio vno, e minuti venti. La lunghezza del tempio e braccia diciotto, e minuti venti. La larghezza e bracia otto, e minuti trenta. Il portico intorno al tempio era lacunariato, cioè fatto à quadroni, mà la parte dauanti ſpacioſa non ſi comprende in che modo fuſſe coperta per eſſere ruinata. Le colonne di queſto tempio non hanno le baſi, ne anco il ſuo quadretto, & erano di teuertino coperte di ſtucco, & il tempio hauea il fronteſpicio dauanti, e di dietro.



Aedes hæc Pietatis Fanum appellatur, Tullianoque carceri proxima adiacet; totaque ex Tyburtino lapide constat, albario opere ſummis eius partibus tantùm contectis; cõminutaque & mutilata maxima quidem ex parte nunc eſſe conſpicitur: Et quanuis feneſtrarum nulla prorſus extant veſtigia, in noſtra tamen Ichnographia aptis & opportunioribus locis eas diſpoſuimus. Lineaque per medium templum extenſa bracchij quartam partem oſtendit. At nos hoc menſuræ genus in minuta ſexaginta ſingulos pedes abſcindemus, brachiali minuto vnoquoque in duo pedis minuta reſoluto, lineamque productã ſemipedis vnius magnitudinem ſignificare dicemus. Columnarumq; inprimis craſſitudines bipedale, minutorumque triginta ſex ſibi vendicant ſpatium: Intercolumnia pedes ſenos & minuta octo vigintiq; explét: Portæ laxamentum, pedes octonos minutaq; vigintinouem intercipit: Parietum craſſitudo bipedali, minutorumque quadraginta interuallo definitur: Templi longitudo quidem in pedes triginta ſex minutaq; quadraginta, latitudo verò in pedes ſeptemdecim extẽditur producitur: Porticus templum circuncurrens laqueata, ac teſſeris grandioribus diſtincta profectò exiſtebat. Verùm anterior ſpatioſaque tẽpli facies cùm ſit ob vetuſtatem penitus deformata, diſcerni minimè poteſt. Aedis huiuſce columnæ ſpiris, & regulis omnino ſunt deſtitutæ. Binas autem eius frontes, anteriorem videlicet, atque poſteriorem, extitiſſe indicamus.


L'altezza della colonna col capitello è braccia x. manço tre minuti, la sua grosezza da basso è braccio vno, e minuti xviii. e nella parte di sopra è braccio vno, e minuti xv. l'altezza del capitello è minuti xlvii. col tondino, & il colarino. L'altezza de l'architraue è minuti xxxvi. l'altezza del fregio è braccio vno, e minuti lvi. l'altezza della cornice è braccio vno, e minuti otto. Il netto del frontespicio, cioè dal piano del cimatio sin sotto la cornice è braccia due, e minuti due. I membri particolari sono misurati minutamente, e trasportati in forma maggiore, si come per i carateri si puo vedere, i quai membri sono con somma diligentia da i grandi proportionalmente trasportati.


Columnarum capitulorumque simul altitudo in pedes viginti, senis duntaxat minutis exceptis, erigitur: imaque earum crassitudo bipedale, minutorumque trigintasex; summa autem bipedale, minutorumque triginta obtinet interuallum; Capitula, astragalis & regulis simul adiectis, in pedem vnum minutaque trigintaquatuor attolluntur: Epistylium pedis vnius minutorumque duodenum, Zophorus tripedalem & minutorum quadragintaduo, coronixque bipedalem & minutorum sexdecim altitudinem petunt: Fastigij, a summo videlicet cymatio ad imam vsque coronicem, expeditissimum interuallum pedes quaternos quaternaque item minuta sibi capit. Singula membra deinceps proprijs characteribus distincta modulos suos rite assequuntur, & forma aliquantulum ampliori descripta videntur: quæ quidem membra, maxima adhibita diligentia, & symmetria ad vnguem seruata, è maioribus deducta deriuataque fuerunt.




Questo Tempio è à Tiuoli sopra'l fiume Aniene, alcuni lo dicono il Tempio di Vesta, gran parte ruinato, & è di opera Corinthia ben lauorato, & è eleuato dal piano di terra dalla parte dauanti quāt'è il basamento, mà dalla parte di dentro è eleuato più di sette braccia di sotto del basamento.

Templum hoc Tiburi ad flumen Anienem est constitutum, quod nonnulli Veste sacrum olim extitisse arbitrantur, nunc verò temporū iniuria magna ex parte dirutum ac deformatum esse conspicitur, Corinthioque opere mirificè quidem excultum atque elaboratum fuisse videtur: atque ab imæ telluris planicie anteriori parte pro subiecti reobatæ ipsius altitudine in sublime educitur, at parte deinde posteriori p lus quàm pedibus quatuordecim à supposito stereobate in altum assurgit.









Il tempio quì a dietro è misurato col braccio passato di sessanta minuti, e prima le colonne sono grosse braccio vno, e minuti dicisette, e l'intercolunnio è braccia due e minuti trentaquattro, fra le colonne & il muro è braccia due e mezo. La grossezza del muro è braccia vno, e minuti tredici. Il netto del tempio dentro è braccia dodedi e mezo. Il piedestalo segnato A, con la colonna, e con li suoi ornamenti serue per tutto l'ordine del tempio, l'altezza della base del piedestalo è alta minuti xlv. Il netto del piedestalo è braccia due, e minuti xlviii. La cornice del piedestalo è minuti xxxvii. e mezo, l'altezza della base e minuti xxxviii. e mezo. Il fuso della colōna e in altezza braccia x. L'altezza del capitello è braccio vno, e minuti xxiiii. l'architraue, il fregio, e la cornice e d'altezza circa a due braccia e mezo, la porta quì sotto segnata S, & Y, e alta braccia ix. e la latitudine da basso e braccia iiii. e minuti iiii. La latitudine del lume nella parte di sopra e braccia tre, e minuti liiii. che viene a essere diminuita, come la mette Vitruuio, la sua pilastrata e minuti lii. e mezo, ma l'architraue di sopra e minuti cinquant'vno, l'altezza del fregio e minuti xxx. l'altezza della cornice e minuti xlii. La finestra segnata T, & X, e larga braccio vno e minuti xlvi. e mezo, e la sua altezza e braccia v. e minuti tre, & e diminuita come la porta. La sua pilastrata e minuti trent'vno e mezo, e l'altezza della cornice e altrettanto, i membri più particolari sono dissegnati in forma maggiore ben proportionati, accompagnati dalle sue lettere; le quali chiamano ogn'vna d'esse la sua compagna. Questa finestra è lauorata dentro, e di fuori, la parte di dentro e inzancata, ma la parte di fuori e diritta.


Templum modò designatum à pedalibus modulis, quorum singuli in sexaginta diuiduntur minuta, haud aliter quàm superior Pietatis ædes suos accipiet habebitq; commensus: Columnarumq; inprimis crassitudo bipedali & minutorum quatuor trigintaq; interuallo definitur: Intercolumnium quinquepedale & minutorum octo obtinet laxamētum: Inter columnas & parietem pedes quini intercedunt: Parietis crassitudo bipedali minutorumq; sex & viginti spatio terminatur: templi interioris media vacuitas & laxamentum pedes xxv. intercipit: Stylobata A litera inscriptus, quem Pedestalum vulgus appellat, cum columna & omnibus ornamentis simul adiectis, vbiq; templi totius ordinem atq; dispositionē comitatur: Stylobatæ ipsius basis, pedis vnius semisque altitudinem habet; Mediū autem eiusdem corpus, quinquepedale & minutorum xxxvi obtinet interuallum; Coronixq; demum in pedem vnum & minuta quindena assurgit: Spiræ seu Basis columnæ altitudo, in pedem vnum minutaque septemdecim attollitur; Columnæ scapus ascendens, in pedes vicenos erigitur: Capitulum bipedalem & minutorum quadragintaocto altitudinem petit: Epistilyum, zophorus, coronixque in pedes quinos circiter educuntur. Ianua hic subscripta S & Y, ab imo ad summum in pedes decem & octo contendit; imaque eius latitudo pedes octonos, octonaq; item minuta complectitur: Luminisq; demum in superiori parte laxamentum, pedes septenos minutaq; xlviii sibi habet; & hac ratione Vitruuij summas ianuæ partes contrahentis institutiones optimè quidem seruasse videtur. Ostij deinde antepagmenta pedem vnum minutaq; minutaq; xlij sibi vendicat: Zophorus in pedē vnum, Coronixq; in pedum vnū minutaq; xxiiii sursum attollitur. Fenestra T & X literis inscripta tripedalem & minutorum trium atque triginta latitudinem, & decempedalem minutorumq; senum altitudinem percurrit; summæque eius partes non secus ac ostij contractiores existunt: Antepagmentis pes vnus ternaque tribuuntur minuta: necnon Coronicis altitudini tantundem quoque assignatur.


















Questo Tempio è fuori di Roma molto rouinato, & è di pietra cotta la maggior parte, ne vi si vede però alcuno di questi ornamenti, che sono quì in piede: mà per quanto si può comprendere per la pianta, e considerare la proportionata altezza; potrà stare nel modo dissegnato A, & B, e solamente della pianta ci sono le misure, dalle quali misure si può comprendere l'opera in piede. La pianta quì sotto è misurata col palmo Romano antico, ilquale à faccie sei, e prima la porta del tempio è larga palmi ventidue, e'l diametro di esso tempio è palmi nouantasei è mezo. Li due nicchi dalle bande sono larghi come la porta, e similmente la porta del Tempio più picciolo è della medesima larghezza, e similmente le quattro capelle nella entrata sono della medesima larghezza: mà elle si allargano poi nella parte interiore, e i muri dalle bande concorrono al centro d'esso tempio. E queste quattro capelle per quanto si comprende riceueano il lume per fianco, e però la circonferenza di questo tempio si ritira nella parte interiore dalle due bande A, & B, laqual forma non mi dispiace. Il diametro del tempio più picciolo, e palmi sessantatre. Le capellette, così le concaue, come le curue sono in latitudine palmi quindici, delle due capelle curue io non mi posso imaginare come elle finissero poi nella parte superiore, perche nō ci è tanto del diritto, che si possa vedere il suo fine, mà ben questo appare alquanto sopra terra, e benche (come hò detto di sopra) non ci si veggano i vestigi come l'edificio staua sopra terra, hò voluto nondimeno secondo il parer mio leuare sù il diritto, e così la parte à man destra segnata B, rappresenta vna parte del tempio grande, e la parte segnata A, dinota vna parte del tempio più picciolo.

Romanum hoc templum extra vrbem mutilum quammaxime & comminutum reperitur, & testaceum ferè totum existit; nec ornamentorum, quæ hic apposuimus, ibi vestigium vllum prorsus apparret: Verùm quantum ex areæ dispositione conijcere licet, & de conueniente ei altitudinem iudicium potest afferri, ratio hic à nobis descripta, A & B, à vero haud procul vtiq; aberrat. Areæ verò moduli in præsentia duntaxat habentur, è quibus operis in altum assurgentis dispositio quoq; satis commodè potest deduci. Subiecta igitur area è palmo Romanorum antiquo, cuius magnitudo in Panthei explicatione fuit à nobis definita, suos commensus suasq; terminationes accepisse videtur. Fores imprimis palmorum duorum atque viginti latitudinem habent; templiq; diameter in palmos nonagintasex & semis extenditur: Binæ autem scaphæ ex vtraq; parte collocate, sacelliq; interioris ostium, necnon quaterna item delubra in ipsomet vestibulo adituq; parem cum foribus ipsis latitudinem obtinent: at delubrorum eorundem partes interiores mox dilatantur, parietesq; in lateribus constituti ad templi eiusdem centrum omnes concurrunt. Quaterna autem modò commemorata delubra obliquo transuersoq; lumini aditum atque ingressum præstitisse opinamur: ideoque templi huiusce peripheriam ex vtroq; latere, A & B, ad interiora secessissem conspicimus, quæ forma dispositioq; haud improbanda quidem nobis videtur. Sacelli diameter palmis trib. & sexaginta definitur. Delubra tam concaua q̃ curua in palmorum quindenum latitudinem porriguntur. Curua quidem quæ bina existunt, quemnam exitum in superis partib. haberent, nobis minimè constat: nec enim eorum perpendicula vsq; adeò extolluntur, vt summarum terminationum rationem ac modum ostendant; veruntamen hoc ex recta laterum in sublime aliquantulum assurgentium dispositione conijci potest. Quanuis autem, vt iam diximus, ædis huiusce Orthograghia perfectionem & absolutionem suam hodie nequaquam retineat, perpendicula tamen, vt nostra fert sententia, in altum eduximus: Et hac ratione figura B ad dextrum latus apposita templi, A verò in sinistro latere collocata sacelli partem quandam nobis proponit. Dextrum autem & sinistrum haud quidem ad nos intuentes, verùm ad figuræ ipsius conspectæ situm atque collocationem referenda esse memento.


B
A
A
C
B

Il tempio quì sotto dimostrato e fuori di Roma molto ruinato, & e la maggior parte di pietra cotta, e non è molto grande, ne si comprende che hauesse luce se non dalla porta, e dalle finestre alte per testa sopra le cernici, tutti gli altri fuori erano luoghi da statue, o da Idoli, o cose simili. La misura di questo tempio si perdette per il viaggio, e però io non la pongo altramente, ma l'Architetto si potrà vedere della inuentione, ma ben tengo in memoria che'l tempio dentro era vn quadro e mezo, cosi nella pianta, come nell'altezza.


Templum, cuius speciem infrà designatam contemplaris, extra vrbem confractum atque diuulsum iacet; & testaceum ferè vniuersum, nec amplum admodum esse perspicitur: nec lucem aliunde nisi ex ostij fenestrarumque in edito loco atque è regione sitarum, quæ supra coronices videlicet excauatæ fuerunt, apertionibus imbibisse olim videtur. At reliqua, quotquot ibi extant, foramina, statuarum vel idolorum vel rerum huiuscemodi aliarum excipiendarum collocandarumque munere fungebantur. Aedis huiusce moduli, propterea quòd in itinere imprudenter amissi fuerunt, hic minimè recensentur: at Architecto inuentio saltem ac dispositio vsui quamplurimum erit. Id tamen è memoria nequaquam excidit, templi interioris tam aream quàm summitatem quadratum ac dimidiam partem insuper occupasse.






Questo tempietto è assai picciolo, & è di pietra cotta, misurato col palmo Romano antico, la longitudine del portico è da palmi quaranta, e la sua latitudine è palmi sedeci. La porta è larga palmi dieci. I nicchi sono tutti d'vna larghezza, laquale è da palmi quattordici, il spatio fra i nicchi è palmi sei, circa le altezze io giudicai, che dal pauimento sotto l'architraue ci fusse da palmi quaranta, e che l'architraue, il fregio, e la cornice fusse da palmi noue, di maniera, che dando vn palmo diritto alla cuppola verria a essere la sua altezza da palmi settanta in tutto per altezza; la misura del palmo è a faccie sei.


Præsens sacellum pusillum quidem atque testaceum existit, & palmo veteri Romanorum suos explet commensus. Porticus nimirum palmorum quadraginta longitudine, & palmorum sexdecim latitudine definitur: Ostij laxamentum palmos decem sibi vendicat: Scaphæ eandem latitudinem omnes, palmorum scilicet quatuordecim, assequuntur: Interscaphia sexpalmaria existunt. Quod verò ad altitudinum spectat rationem, à pauimento ad epistylium vsque palmos quadraginta intercedere; & epistylium, zophorum, coronicemque in palmos circiter nouem conscendisse iudicamus: Vnde si testudini palmos vnum atque viginti continenter tribuerimus, tota altitudo ad palmos circiter septuaginta pertinget. Palmi autem magnitudinem atque mensuram in Panthei Ichnographia suprà iam definiuimus.



Il presente tempietto è fuori di Roma, parte di pietra cotta, e parte di di marmo, ilquale è ruinato assai, e si giudica, che fusse vn sepolcro, & è di forma quadrata perfetta per ogni verso, da muro à muro è circa palmi trenta. La grossezza del muro è palmi due, e mezo. La latitudine delle capelle è palmi dieci. La porta è larga palmi 5. L'altezza delle colonne con le basi, e i capitelli è palmi ventidue, e mezo, la grossezza d'esse è poco più di due palmi. L'architraue, il fregio, e la cornice è alta da palmi quattro, dalla cornice alla sommità della volta è da palmi vndici. L'altezza de gli archi delle capelle è palmi venti.





Sacra hæc ædicula ex testa & ex marmore constans, maxima quidem sui parte nunc consumpta atque diruta, extra Romæ ipsius mœnia reperitur; & monumentum quoddam hoc olim extitisse plerique arbitrantur: quatuor autem paribus angulis atque lateribus ea circunscripta videtur; A pariete ad parietem palmi triginta medij intercedunt, Murisque crassitudo bipalmaris ac semis esse conspicitur: Delubrorum decempalmaris, & Ostij quinquepalmaris existit latitudo: Columnæ, basibus capitulisq; simul adiectis, palmorum viginti duorum & semis altitudinem, eædemque bipalmarem crassitudinē obtinent: Epistylium, zophorus, coronixque in palmos quatuor sublimes assurgunt: A coronice ad testudinis vsque cacumē palmi circiter vndecim medij intercurrunt: Singulorum denique delubrorum arcus in palmorum viginti altitudinem extolluntur.




Il tempio quì sotto dimostrato e a Tiuoli appresso il fiume, molto ruinato, hauea il frontespicio dauanti e di dietro, e le colonne dalle bande sono manco della metà fuori nel muro. La latitudine del tempio da muro a muro e braccia xi. & e misurato col braccio, col quale e misurato templum pietatis. La terza parte del quale e faccie xv. la lunghezza del tempio e da braccia dicciotto. La grossezza del muro e braccio vno, e minuti vndeci, la grossezza delle colonne del portico e vn braccio, e vn terzo. La sua altezza con le basi, & i capitelli e circa braccia xii. l'altezza dell'architraue, del fregio, e della cornice e da braccia tre, il frontespicio e dal piano della cornice alla sommità d'esso braccia tre, l'altezza del basamento leuato dal piano e braccia tre e mezo, nella faccia dauanti non ci è vestigio di porta, ne di nicchi per esser ruinato; ma io l'hò così dissegnato per ornamento, che così potria stare, & anco ne i parieti, ne dalle bande di dietro si veggono alcune finestre; io nondimeno le hò volute porre nella pianta in quei luoghi, oue elle per mio parere stariano bene, la misura de i membri sì del basamento, come della cornice di sopra, io non le narrerò in particolare, ma che sono proportionate alle proprie, che ancora se ne vede alcun pezzo.

Templum infrà designatum Tyburi quammaximè lacerum atq; dilaniatum propè flumen offenditur; & ex vtraque, tam anteriori videlicet quàm posteriori, parte fastigiatum videbatur; columnæque in lateribus consistentes minus quàm dimidiæ extra parietem porriguntur: Præsensque ædes à pedalibus modulis, quorum singuli in sexaginta diuiduntur minuta, haud secus quàm Pietatis templum superius à nobis descriptum, suos petit commensus. Semipedalem autem magnitudinem ibidem apposuimus. Templi quidem latitudo, à pariete videlicet ad parietem pedibus duobus atque viginti longitudo verò pedibus trigintasex definitur: Parietes bipedali, & minutorum duorum atque viginti crassitudine terminantur: Columnæ ad porticum condecorandam adhibitæ bipedalem duarumque tertiarum insuper crassitudinem sortiuntur: Earum altitudines, basibus capitulisque simul assumptis, ad pedes vigintiquatuor vsque pertingunt: Epistylium, zophorus, coronixque in pedes senos sublimes eriguntur: Fastigium a summa ipsa coronice ad cacumen vsque, pedum sex occupat interuallum: Stereobata, quod Bassamentum vulgus appellat, ab ima planicie assurgens pedes septenos in altum educitur. In fronte quidem anteriorique parte, propter templi ipsius deformationem, nec ostij nec scapharum vlla prorsus apparent vestigia: Quinimo etsi nec in parietibus nec in posterioribus ædis ipsius partibus, fenestrarum vllæ conspiciantur apertiones: nos tamen in areæ designatione aptioribus atq; opportunioribus locis, prout nostra fert sententia, eas collocauimus. Membrorum tam imæ crepidinis quàm summæ coronicis modulos haud sigillatim nunc recensebimus: sed descriptiones nostras cum veris exemplaribus, quorum adhuc nonnulla extant fragmenta, omnino conuenire, ad studiosorum vtilitatem satis superque fore censemus.






Pianta del Tempio, descritto dauanti. *Templi Tyburtini Ichnographia.*




Benche nel principio di questo libro io habbia detto di trattare solamente delle antichità, non voglio però rimanerui di trattare di alcune cose moderne fatte à tempi nostri, e massimamente hauendo hauuto questo nostro secolo tanti bellissimi ingegni nell'Architettura. Fù adũque al tempo di Giulio secondo Pontefice massimo vn Bramante da Casteldurante, nel Ducato di Vrbino, huomo di tanto ingegno nell'Architettura, che con lo aiuto, & auttorità, che gli dette il sopradetto Pontefice; si può dire, ch'ei suscitasse la buona Architettura, che da gli antichi fino a quel tempo era stata sepolta, ilqual Bramante al suo tempo dette principio alla stupenda fabrica del tempio di San Pietro di Roma, mà interrotto dalla morte lasò non solamente la fabrica imperfetta, mà ancora il modello rimase imperfetto in alcune parti, perilche diuersi ingegni si affaticarono intorno à tal cosa, e frà gli altri Rafaello da Vrbino pittore, & anco intelligente nell'Architettura, seguitando però i vestigi di Bramante, fece questo dissegno; ilquale al giudicio mio è vna bellissima compositione, e del quale lo ingenioso Architetto si potrà seruire in diuerse cose, ne vi porrò tutte le misure di esso tempio: perciochè essendo ben proportionato; da vna parte delle misure si potrà trarre il tutto. Il detto tempio è misurato à palmo Romano antico, che è à faccie sei, e l'ambulatione di mezo è larga palmi nouantadue, e quelle dalle bande sono per la metà di questa. Da queste due misure adunque si potrà comprendere il tutto.

Etsi in voluminis huiusce præfatione nos de antiquitatibus tantummodo acturos polliciti sumus, egregia tamen nonnulla recentiorum etiam authorum, qui tempestate nostra claruerunt, opera silentio prætereunda minime existimamus; præsertim cùm tot perspicacissima ingenia præsenti æuo in Architectonica facultate adeò excelluisse conspiciantur. Iulio igitur secundo Pontifice Maximo existente, Bramantem quendam ex Durantio oppido Vrbinatis ditionis profectum in Architectura adeò floruisse comperimus, vt, Pontificis eiusdem liberalitate athoritateq; suffragante, primus ipse veram ædificandi rationem quæ ab antiquioribus sæculis ad ea vsque tempora demersa &, vt ita dicam, sepulta iacuerat, denuò excitasse, & ad superos quodammodo reuocasse videatur. Bramantes igitur Diui Petri Basilicæ superbam molem Romæ primus instituisse memoratur: sed, fato vrgente, nedum opus inceptum absoluere minimè valuit, verùm exempli quoque partes nonnullas imperfectiores ipse reliquit. Quapropter complura deinde præclarissima ingenia huic rei perficiundæ totis viribus incubuerunt: è quorum numero Raphaelem Vrbinatem Graphicæ & Architectonicæ simul facultatis primas obtinentem, Bramantis vestigia inceptaq; persecutum hoc nostra quidem sententia perpulchrum, industrioq; architecto vsui inprimis futurum exemplar constituisse accepimus. Nec singulas tamen hic templi dimensiones patefecimus: cùm enim partes omnes iustissimam symmetriam & æquabilem proportionem retineant, ex nonnullis mensuris appositis in totius operis facillimè cognitionem perueniemus. Templi autem huiusce commensus è palmo Romanorum antiquo, cuius magnitudinem in superiori Panthei ipsius explicatione determinauimus, colliguntur. Media quidem ambulatio palmorum duorum nonagintaq; latitudinem, ambulationes verò ex vtraq; parte sitæ & collocatæ dimidiam tantùm prædictæ latitudinis partem assecutæ fuerunt. Ex duabus autem hisce dimensionibus totius quoque distributio ac symmetria optime cognoscetur.




La figura quì sotto dimostrata è la pianta della tribuna, che andaua sopra i quattro archi, si come hò detto nella passata carta: per la quale si può comprendere che in tal caso Bramante fusse più animoso che consideratiuo: percioche vna tanta massa, & di tanto peso vorria buonissimo fondamento a farla sicura, non che a farla sopra a quattro archi di tanta altezza, & a confirmatione del mio detto, i pilastri già fatti con i suoi archi, senza altro peso sopra, già si risentono, & son crepati in alcuni luoghi: nondimeno perche la inuentione è bella & ornata, & è per dar gran luce all' Architetto, io l'hò voluta mettere quì disegnata; & per non esser prolisso in narrare tutte le misure, io ne dirò alcune delle principali: mà il rimanente si potrà trouare con i palmi piccioli, che sono quì sotto dentro della pianta, la qual misura è partita in parti cinque, & ogni parte sono palmi dieci, come si dimostra nella parte di mezo, che sono in tutto palmi cinquanta. La grossezza delle prime colonne di fuori è palmi cinque. La grossezza delle seconde più interiori è palmi quattro. La grossezza delle terze colonne più interiori è palmi tre & tre quarti. Il netto della tribuna dentro è palmi cento ottantaotto. Il diametro della lanterna di mezzo è palmi trentasei. Il rimanente delle cose si potrà comprêder, & misurare co i palmi piccioli.

Subiecta figura Cœli, quod, vt iam diximus, super quatuor arcus eri-
gendum imponendumque erat, aream perbellè demonstrat. Ex quo
Bramantem audacem potius gloriæque nimis appetentem, quàm pru-
dentem prouidum ve extitisse perspicitur: tam vasta enim ponderosaq;
moles vt tuta ac stabilis consistere posset, solidissimam vtique efflagi-
tabat substructionem, nec quatuor arcubus ad tantam altitudinē edu-
ctis tanta machina profectò erat commitenda, Et ne in modulis omni-
bus recensendis prolixiores quandoque habeamur, primos insignios
resque duntaxat hic apponemus; cæteræque dimensiones minoribus
palmis, qui medij in subiecta areæ designatione includuntur, facillimè
expedientur. Mensura enim, quam vides, in quinque partes dissecta
singulisq; segmentis, quemadmodum ex mediæ partis diuisionibus ap
paret, palmis decem tributis: quina segmenta simul collecta, eademq;
ratione diuisa, palmorum quinquaginta numerum explebunt. Primæ
quidem exterioresque columnæ palmorum quinque, secundæ verò in-
terioresque magis palmorum quatuor, tertiæ demum ac omnium inti-
mæ palmorum trium, trib. quartis insuper adiectis, crassitudinem ha-
bent. Cęli interioris vacuitas palmis clxxxviij definitur. Tholi in medio
denique constituti, quem Laternam nostrates appellant, diametrum
palmi trigintasex metiuntur. Reliqua deinceps ex minoribus palmis
commensuum suorum rationem ac certitudinem ducent.




Nel tempo di Giulio si trouaua in Roma Baldessar Petrucci Senese, non solamente pittore grande, mà molto intelligente nell'Archittettura, ilquale, seguitando i vestigi di Bramante, fece vn modello nel modo qui sotto dimostrato, volendo che'l tempio hauesse quattro porte & che l'altar maggiore fusse nel mezo, & à i quattro angoli ci andauano quattro sacristie; sopra lequali si poteuano fare i campanili per ornamento, e massimamente nella faccia dinanzi, che guarda verso la Città. Il presente tempio è misurato a palmo antico Romano: e prima nel mezo dall'vn pilastro all'altro è palmi cento, e quattro. Il diametro della cuppola di mezo è palmi cento, e ottantaotto. Il diametro delle cuppole picciole è palmi LXV. il netto delle sacristie e palmi cento, i quattro pilastri di mezo fanno quattro archi, iquali tolgon suso la cupola, & i quattro archi sono gia fatti, l'altezza dei quali e palmi CCXX. e sopra questi archi ci andaua vna tribuna molto ornata di colonne con la sua cuppola sopra, e questa ordinò Bramante prima, ch'ei morisse, la pianta della quale è qui nella seguente carta.

Iulio eodem Pontificatum administrante, Balthassarem Petruccium Senensem haud in Graphica tantùm, verùm etiam in Architectonica facultate quam maximè excellentem Romæ extitisse comperimus: qui Bramantis incepta primordiaque secutus, exemplar subscripta à nobis ratione construxit. Templo quidem adeundo fores quaternas designauit, aramq; primariam in mediam templi totius sede tanquam nobiliori collocauit: Quatuor angulis deinde sacraria quatuor aptanda adiungendaq; videbantur, quibus turres in pyramidis verticem desinentes ornatus cuiusdam gratia, in fronte præsertim ad vrbem spectante, perquam eleganter superstrui possent. Templum autem hoc è palmo veteri Romanorum suos capit commensus. Spatium igitur inter pilas medium palmis quatuor supra centum definitur: Media testudo diametrum in palmos centum & octogintaocto sese porrigentē obtinet: Testudinum autem minorum diametri palmis sexagintaquinque terminantur: Sacrariorum inania spatiosaque laxamenta palmos centum intercipiunt: Antæ Pilæ' ve quaternæ in medio constitutæ quatuor arcus desuper incumbentes sustinent, qui testudinem deinde assurgentem in sublimiaque petentem extollunt; Quaterniq; arcus prædicti iam extructi absolutique conspiciuntur, eorumque altitudines in palmos ducentos & viginti eriguntur. His arcubus deinceps Cælum incuruum siue Hemisphærium columnarum magnifico instructum apparatu, summaque testudine tandem contectum imponi debebat: quod quidem à Bramante, antequam supremum diem obiret, ita præceptum fuit ad vnguem ac institutum. Hemisphærij autem huiusce aream sequenti pagina mox descriptam designatamque reperies.




Questo è il dritto dentro, e di fuori della pianta passata, dal qual si può comprendere la gran massa, & il gran peso che saria questo edificio sopra a quattro pilastri di tanta altezza: la qual massa (si come io dissi auanti) doueria mettere pensiero ad ogni prudente Architetto a farla al piano di terra, non che in tanta altezza: e però io giudico, che l'Architetto dee esser più presto alquanto timido che troppo animoso; perche se sarà timido; egli farà le sue cose ben sicure, & anco non si sdegnerà di volere il consiglio d'altri, e così facendo rare volte perirà: ma se sarà troppo animoso; egli non vorrà l'altrui consiglio, anzi si considerà solamente nel suo ingegno, onde spesse volte precipiteranno le cose da lui fatte: e però io concludo che la troppo animosità proceda dalla prosuntione, e la prosontione dal poco sapere, ma che la timidità sia cosa virtuosa, dandosi sempre a credere di sapere o nulla, o poco. Le misure di tutta questa opera si troueranno con i palmi piccioli, che sono qui adietro.

En tibi superioris areæ tam interior quàm exterior Orthographia; ex qua ædificij, quod pilis quatuor duntaxat in tantam altitudinem assurgentibus desuper incumbit, immane pondus & vastissima moles conijci potest: quæ quidem si humilis ex ima telluris planicie mox esset educenda, nedum sublimis in tam arduo loco statuenda designaretur, cuiuslibet prudentis opificis mentem sollicitare exagitareque profectò debuisset. Quapropter Architectum timidiorem potius aliquantulum quam nimis confidentem futurum existimamus: Si nanque timidior extiterit, operum suorum firmitati atque securitati diligenter attendet; aliorumque consilia, si oportuerit, æque ac libenti animo accipiet; nec vnquam ferè his moribus præditus in periculosum aliquod erratum propter inscitiam aut arrogantiam incurret. Verùm, vt ad propositum modò reuertamur, totum hoc opus minoribus palmis, quos in proxima designatione appoluimus, facillima quadam expeditissimaque ratione dimetiemur.




La pianta qui ſotto diſſegnata fù inuentione di Bramante: ben ch'ella non ſi fece in opera, laquale andaua accordata con l'opera vecchia. La parte ſegnata B, è la Chieſa di San Pietro in montorio fuori di Roma. La parte ſegnata A, è vno clauſtro vecchio. Queſta parte di mezo adunque coſi ordinò Bramante accommodandoſi con l'opera vecchia. La parte ſegnata C, dinota vna loggia con quattro capellette ne gli angoli. La parte D, è cortile. La parte E, è vno tempietto, ilquale fece fare il prefato Bramante. Le miſure del quale in più diffuſa forma nelle ſeguenti carte ſi dimoſtreranno. Delle miſure di queſta pianta non dico coſa alcuna, mà ſolamente io l'hò fatta per l'inuentione della quale l'Architetto ſi potrà ſeruire.

Area cuius exemplar hic ſubſcriptum intueris. Bramantis inuentu m extitiſse memoratur: etſi ad opus, quod cum vetuſtiori opere erat oimnino conſenſurum, traducta minime fuit, B, Petri fanum trans Tyberim in Ianiculo monte, quem Monte Aureum nunc appellant, extructū repræſentat: A, clauſtrum vetuſtum nobis deſignat: Medianam autem, quæ intercedit, partem Bramantes antiquioris operis veſtigia perſecutus ſic fertur inſtituiſse: C, porticum in angulis quaterna ſacella gerentem demonſtrat: D, cauædium ſeu periſtylium tibi refert: E, ſacram ædiculam ab eodem Bramante conſtitutam imitatur, cuius modulos ampliori latiorique forma in ſequentibus oſtendemus. Singulos autem areæ huiuſce commenſus hic nequaquam interpretamur: ſat enim inuentum hoc, Architecto haud inutile prorſus futurum, aperuiſse nobis eſse videtur.




Nella passata carta hò detto di dimostrare quel tempietto di Bramante più diffusamente, ilquale non è molto grande, ma i fù solamente fatto per commemoratione di San Pietro Apostolo, perche nel proprio luogo si dice che'l detto Apostolo fù crocifisso. Il detto tempio è misurato col piede Romano antico; ilqual piede è sedeci digiti, & ogni digito è quattro minuti: la qual misura si trouerà nel palmo, col quale è misurato il Pantheon & a faccie sei, il diametro di questo tempio è piedi venticinque, e minuti ventidue. La latitudine del portico intorno al tempio è piedi sette. La grossezza delle colonne è piedi vno, e minuti venticinque. La latitudine della porta è piedi tre, e mezo. Quei quadretti con quei tondi dentro che sono intorno al portico, dinotano i laconari sopra le colonne. La grossezza del muro e da piedi cinque. Il rimanente delle misure si potrà comprendere per le prime.

Aediculam à Bramante confectam nos in præsentia diffusius explicaturos, modò polliciti sumus: quæ haud latiùs quidem peruagatur, sed ob Apostolorum principis, qui ibidem cruci affixus fuisse narratur, gratam duntaxat recordationem extructa fuisse censetur. Templum hoc pede Romanorum antiquo, qui sex decim digitis constat, suos explet absoluitque commensus; singuli quæ digiti, quatuor minutorum sibi vendicant interuallum: & huiuscemodi mensuræ genus ex palmi, quo Pantheum sumus dimensi, supra à nobis habita descriptione mox elucescet. Templi igitur huiusce diametrum, pedes vigintiquinque minutaque vigintiduo perficiunt expeditque: Porticus templum circumambientis latitudo septempedalis existit: Columnarum crassitudo pedalis, minutis vigintiquinque superadiectis, esse videtur: Ostium tripedalem & semis latitudinem obtinet: Exigua illa quadrata, orbiculis inscriptis, quæ porticum circumplectuntur, lacunaria columnis superiora demonstrant: Parietes demum quinquepedali crassitudine finiuntur. Reliqui deinceps commensus ex iam dictis facillimè cognoscentur.




Questo, è il dritto tempio quì à canto dimostrato in pianta; ilquale rappresenta la parte di fuori, & è tutto di opera Dorica, si come per il dissegno si può comprendere. Circa alle particolar misure io non mi stenderò: percioche dalla pianta si potrà comprendere il dritto, per essere questo, quantunque egli sia picciolo, proportionatamente dissegnato, e traportato con le proprie misure da grande à picciolo.

Templi Ichnographia iam absoluta ejusdem Orthographia modò succedit, quæ partem tantummodo refert exteriorem: vniuersumque hoc ædificium Dorico opere, quemadmodum ex præsenti quoque habetur designatione, formatum elaboratumque fuisse constat. Singulorum autem modulorum explicationes consultò nunc dimittemus: ex proxima nanque areæ iam habita descriptione mox ædificij quoque in altum eductio erectioque elucescit; prælertim cùm subiectum exēplar, quanuis exiguum, debitam attamen & conuenientem obseruet proportionem; e maiorique in minorem formam, proprijs symmetrijs ad vnguem expressis, à nobis redactum huc fuerit atque conclusum.




Hò dimostrato nella passata carta la parte di fuori del tempio di San Pietro in montorio, il qual fece Bramante. Hora qui sotto dimostrerò la parte di dentro, la qual (come come hò detto io qui adietro) è fatto con tal proportione, che l' Architetto potrà trouare tutte le misure col mezo della pianta, e benche questo tempio paia di troppo altezza, e che l'ecceda l'altezza di due latitudini; nondimeno in opera per le aperture delle finestre, e de i nicchi che vi sono, onde la vista si viene a dilattare; tale altezza non offende, anzi per le duplicate cornici, le quali girano intorno, che rubbano assai del altezza, il tempio si dimostra assai più basso a i riguardanti, ch'egli non è in effetto.

Templi Petro dedicati, quod à Bramante in Ianiculo constructum accepimus, faciem exteriorem habes iam designatam; nunc verò eiusdem interiorem dispositionem patefaciemus: quæ, vt iam diximus, eam retinet symmetriam, vt Architectus, area adiuuante, modulos omnes nullo ferè negotio expedire queat. Quanuis autem templum hoc ad immodicam conscendere altitudinem videatur, adeò vt altitudo latitudinem duplo quidem excedat; attamen, si operis deinde spectes rationem, propter complures fenestrarum scapharumque ibi existentium apertiones, quæ ad visum extendendum ac dissipandum quammaximè conferunt, ne minimam quidem inspicientes ex prædicta altitudine offesionem, nullumque prorsus incommodum patiuntur: quinimo propter duplices ambientium coronarum ordines, qui de altitudinis ratione quamplurimum detrahunt atque deducunt, templum longè humiliorem, quàm re ipsa obtinuerit, sui speciem intuentibus exibet.



Queſto Theatro fece fare Auguſto ſotto il nome di Marcello ſuo nepote, e però ſe gli dice il theatro di Marcello, & è in Roma del quale ſi vede ancora vna parte in piede, cioè della parte del portico di fuori, & è ſolamente di due ordine, cioè Dorico, & Ionico, opera veramente molto lodata, benche le colonne Doriche non hanno le ſue baſi, ne anco la ſua cinta di ſotto, ma poſano ſopra il piano del portico coſi ſemplicemente ſenza coſa alcuna ſotto. Della pianta di queſto theatro non ſe ne hauea troppo notitia, mà non è molto tempo che i Maſſimi patritij Romani volendo fabricare vna caſa: il ſito della quale veniua ad eſſere ſopra vna parte di queſto theatro, & eſſendo la detta caſa ordinata da Baldaſſare Saneſe raro Architetto, e facendo cauare i fondamẽti; ſi trouarono molte riliquie di corniciamenti diuerſi di queſto theatro: e ſi ſcoperſe buono indicio della pianta, e Baldeſſare per quella parte ſcoperta compreſe il tutto, e coſi con buona diligenza lo miſurò, e lo poſe in queſta forma, che nella carta ſeguente ſi dimoſtra: & io, che nel tempo medeſimo mi trouai à Roma, vidi grã parte di quei corniciamenti, & hebbi commodità di miſurargli, e veramente io ci trouai coſi belle forme; quanto io vedeſſi mai nelle ruine antiche, e maſſimamente nei capitelli Dorici, e nell'impoſte degli archi, le quali mi pare che molto ſi conformino con i ſcritti di Vitruuio, e coſi anco il fregio, i triglphi, e le metope corriſpondeuano aſſai bene. Mà la cornice Dorica, quantunque ella ſia ricchiſſima di membri, e ben lauorata; nondimeno io la trouai molto lontana dalla dottrina di Vitruuio, & aſſai licentioſa di membri, e di tanta altezza che alla proportione dell'architraue, e del fregio, i due terzi di tale altezza ſariano a baſtanza. Ne mi pare perciò, che con la licentia dell'eſſempio di queſta, ò di altre coſe antiche alcuno Architetto moderno debbia errare (errare intendo il fare contra i precetti di Vitruuio) ne eſſere di tanta proſuntione che faccia vna cornice, ò altra coſa appunto di quella proportione, che egli l'hà veduta, e miſurata, e poi metterla in opera: perciòche non baſta dire io lo poſſo fare, che anco l'antico l'hà fatto ſenza conſiderare altramente ſe ella ſia proportionata al rimanente dell'edificio. Oltra di ciò ſe quell'Architetto antico fù licentioſo; non debbiamo eſſere noi, iquali, mentre la ragione non ci perſuade altrimenti, hauemo da tenere la dottrina di Vitruuio come guida, e regola infallibile: perciòche da i buoni antichi per fino alla noſtra età niuno ſi vede che dell'Architettura habbia ſcritto meglio, e più dottamente di lui. E ſe in ciaſcun altra arte nobile veggiamo eſſere vn primo, alquale è attribuita tanta auttorità, che a i ſuoi detti ſi preſta piena & indubitata fede; chi negherà, ſe non è temerario & ignorante, che Vittruuio nell'architettura non ſia nel ſupremo grado? e che i ſuoi ſcritti (doue altra ragione non ci ſia) debbiano eſſere ſacroſanti & inuiolabili? e credergli più che ad alcune opere dei Romani; iquali benche da Greci imparaſſero il vero ordine dell'edificare; nondimeno poi come de i Greci dominatori forſe alcuni di loro ne diuennero licentioſi. E certamente chi poteſſe vedere le marauiglioſe opere che fecero i Greci, lequali ſono quaſi tutte eſtinte, & abbattute, dal tempio, e dalle guerre; giudicarebbe le coſe greche di gran lunga ſuperare le Romane. Si che tutti quelli Architetti, che dãnaranno i ſcritti di Vitruuio, e maſſimamente in quelle parti che s'intendono chiaramente, come l'ordine Dorico, di ch'io parlo, ſarãno heretici nell'architettura negando quell'auttore, che da tanti anni in quà è ſtato approbato, & è ancora da gli huomini ſapienti. Hor hauendo fatto queſto diſcorſo che era neceſſario a beneficio di coloro, che per lo adietro ciò non hanno conſiderato, tornando al propoſito dico, che queſta pianta fù miſurata col piede antico Romano, e prima la parte di mezo notata A, detta orcheſtra è per diametro piedi cxciiij. & è di mezo circolo, dall'vno all'altro angolo de i corni notati H, ci ſono piedi ccccxvij. la parte notata B, detta proſcenio è tutta ſpatioſa, e doue è la lettera C, è il portico della ſcena, nel mezo del quale era il pulpito. La parte ſegnata D, era vn veſtibulo con le ſcale dalle due bande che andauano à i luoghi ſegnati E, detti hoſpitalia quei portici dalle bande ſegnati C, ſi vſauano per paſſeggiare, e ſi dicono verſure, lequal coſe non ſi veggono più ſopra terra per eſſer coperte d'altri edifici. Delle miſure più particolari ſi della ſcena, come del theatro, e de i gradi non mi eſtenderò più, perciòche nell'Amphitheatro detto il Coliſeo, io ne trattarò più minutamente, dalquale ſi potrà cõprendere come ſtauano queſti, mà la parte di fuori, che giraua intorno il theatro, lo dimoſtrerò nella carta ſeguente, & è miſurata prima di queſta pianta con vn braccio comune, ilqual'è quì ſotto. Il braccio è diuiſo in parti dodici detti oncie & ogni oncia è cinque minuti, e queſto è la terza parte di vn braccio.


Theatrum hoc Auguſtus Romanorum inclytus Imperator Marcelli ex Octauia ſorore nepotis nomine fertur olim inſtituiſſe, quapropter Marcelli quoque Theatrum id homines appellare conſueuerunt, intraque vrbis ipſius mœnia conſiſtit, eiuſque pars quædam exterioris porticus adhuc ſupereſſe conſpicitur; quæ duplici tantùm genere, Dorico ſcilicet ac Ionico, conſtat, egregium nempe ac probatiſſimum opus, quanuis Doricæ columnæ tum proprijs baſibus tum etiam imis præcinctionibus carent, verùm porticus ipſius ſolo abſque vllo prorſus ſubiecto ſtylobate ſimpliciter innituntur. Theatri quidem huiuſce area ſuperioribus temporibus vix profectò cognita erat, nec longius abeſſe videtur, cùm Maximi ciues Romani ex ordine Senatorio honeſtiſſimaque familia genus ducentes, ædes, quarum ſitus & collocatio quandã Theatri ſubſtantis partem occupabat, deſignarunt; earumque extruendarum prouincia Balthaſari Senenſi, præſtantiſſimo nempe Architecto, demãdata, atque tellure propter fundamentorum iactus depreſſioneſque cõſtituendas egeſta, complura diuerſaq; coronicum theatri huiuſce fragmenta mox reperta fuerunt, areæque inſuper diſpoſitio magna ex parte quidem innotuit: Quapropter perſpicaciſſimus Architectus, retectæ partis illius forma conſpecta in totius quoque cognitionem facillimè penetrauit; moxque ſpatijs maxima cura diligentiaque commenſis, theatri exemplum, quod iamiam deſignatum deſcriptumque reperies, tale compoſuit. Et nobis etiam, qui Romæ tunc interfuimus, coronicum earundem contemplandarum dimetiendarumque facultas exhibita fuit: formaſque adeò elegantes ibi conſpeximus, vt in antiquitatum fragmentis perluſtrandis nos ſimiles nunquam hactenus vidiſſe meminerimus; capitulis Doricis præſertim, & arcuum incumbis animaduerſis, quæ cum Vitruuianis inſtitutis quammaximè conuenire profectò videntur. Pariter etiam Zophorus, triglyphi, methopæque haud inuenuſtam quidem ſui ſpeciem intuentibus exibebant. Veruntamen coronix Dorica ibi conſtituta, quamuis egregie admodum ſit elaborata, membrorumque inſuper numeroſo & eleganti prædita comitatu; opificem tamen à Vitruuij præſcriptionibus longius receſſiſſe, & in membris effingendis audaciorem atque licentiorem aliquantulum extitiſſe aſſeueramus: Quinetiam coronix eadem adeò ſublimis effertur, vt, ſi epiſtylij zophorique ſpectes rationem, duas vtique prædictæ altitudinis tertias duntaxat ſatis fore arbitreris. Nec tamen Architectum, vt vel hoc vel conſimilium antiquiorum operum exempla paulò liberiora, quàm par eſſet, ſecutus imprudens erret, ſuademus (errata autem, quæcunque in ratione ædificatoria à Vitruuianis diſſident inſtitutis, appellamus) nec tantum vt ſibi tribuat volumus, vt in coronice vel alia re qualibet extruenda, quancunque ille proportionem, & ſymmetriam conſpexerit atque obſeruauerit, mox indiſcriminatim ſequatur ac imitetur. Nec enim propterea quòd ãtiquiores aliquid effecerũt, ſibi quoque idem licere arbitretur, verùm totius reliqui inſuper ædificij conſenſus atque harmonia diligenter eſt perpendenda. Huic illud etiã accedit, quòd antiquiorum opificum nonnullorum licentiam ac arrogantia nequaquam profectò imitari debemus: qui, niſi ratione fortaſſe aliud dictante ac ſuggerente, Vitruuij placita atq; decreta tanquã ſanctiſſimas quaſdam leges ſtudioſiſſi ne ſectabimur & amplectemur. Ab omni etenim antiquitate ad hæc vſque tempora neminem eo doctius aut accuratius de Architectura conſcripſiſſe reperimus. Quapropter quicunque Vitruuiana dogmata impugnabunt, & à Vitruuianis inſtitutionibus deſciſcent, ijſque præſertim, quarum ſenſus atque intelligẽtia clarior perſpicuaque admodum eſſe conſpicitur, quale id vtique, de quo nũc diſceptamus, Doricum genus exiſtit: cùm authorem tot ſeculis à ſapientum cunctorum ordine receptum probatumque calumnientur, tanquam impuri & nequam homines ex Architectorum familia & contubernio mox ſeparandi ſegregandique videbuntur. Verùm cùm ſtudioſorum vtilitati conſulentes extra rem ſatis iam euagati fuerimus, modò priſtinum argumentum repetamus. Theatri igitur aream pede Romanorum ãtiquo ſumus dimenſi: Partemque medianam primùm A litera inſcriptam, quam ſcilicet Orcheſtram appellant, pedum cxciiij diametrum obtinuiſſe, & hemicycli ambitu circunductam fuiſſe reperimus: Extremi cornuum, quæ H litera notantur, anguli pedes ccccxvij medios intercipiunt: B, quod Proſcenium nuncupatur, inane & ſpatioſum vndique exiſtit: C, Scenæ ipſius porticum, quæ pulpitũ medium complectebatur, deſignat, D, veſtibulum quoddam, ſcalis ex vtraque parte compoſitis, & ad loca nonnulla per E litterã ſignificata, quæ Hoſpitalia vocantur, nos perducentibus, repræſentat: Porticus vero G ex vtroque latere conſtitutæ, quæ Verſuræ dicuntur, deambulationibus inſeruiebant. At hæc cùm ædificiorum aliorum superincumbentium molibus obruantur, ſupra tellurem nunc minimè extare conſpiciuntur. De ſingulis autem tum Scenæ tum etiam Theatri gradationumq; modulis, nihil eſt quòd in præſentia diſſeramus; in celeberrimi nanque illius Amphitheatri, quod Coloſſeũ vulgus appellat, explicatione cuncta hæc diligentiſſimè perſequemur; indeque Theatri huiuſce diſpoſitio ſatis commodè deducetur. Partem verò Theatrum extrinſeſecus ambientem ſequenti pagina mox oſtendemus. Eiuſque dimenſiones brachialibus modulis ijſque communioribus ab authore explicantur: Singula autem brachia in duodecim, quæ vnciæ nuncupantur, ab eodem vtique diſtinguuntur; vnciæque ſingulæ in quinque diſtribuuntur minuta: Lineaque ſubiecta brachij quadrantem deſignat. At nos, conſuetudine noſtra nequaquam immutata, brachiales hoſce modulos in pedales duplicatos conuertemus; pedes ſingulos in vncias duodecim, & in quinq; minuta ſingulas vncias diuidentes; adeò vt ſingulæ brachiales vnciæ in binas vncias pedales, minutaque ſingula brachialia in duo pedalia minuta deinceps permutabuntur: lineamque productam ſemipedalem quantitatem præſeferre dicemus.


A
B
C
D
E
E
H
H
Q

La ſeguente figura rappreſenta la parte di fuori del theatro di Marcello, & è miſurata col braccio detto di ſopra. E prima la groſſezza delle colonne del primo ordine è braccio vno, e minuti xliii. e la parte di ſopra ſotto il capitello è braccio vno e minuti xvi. l'altezza del capitello è per la metà della colonna, cioè da baſſo, il qual capitello ſi trouerà diſſegnato più diffuſamente nel quarto libro a carte xxii. nell'ordine Dorico ſegnato B, la impoſta del primo arco ſegnata B, è dell'altezza del capitello nel medeſimo luogo. La pilaſtrata dalle bande della colonna è minuti xix. l'apertura d'vn' arco è braccia vii. manco minuti ix. e la ſua altezza è braccia xi. e minuti xvi. l'altezza dell'architraue è minuti xlix. l'altezza del fregio è braccio vno e minuti otto. L'Altezza di tutta la cornice è braccio vno e minuti xl. la latitudine dell'arco ſecondo è come quel di ſotto, mà l'altezza ſua é braccia dieci, e minuti xlviii. l'allezza del piedeſtalo ſopra la prima cornice per eſaltare le colonne braccio vno, e minuti iiij. la groſſezza della colonna è braccio vno, e minuti xxiiij. e la ſua altezza è braccia xi. e minuti xxvii. cioè ſenza la baſe e'l capitello. l'altezza della baſe è minuti xliiij. l'altezza del capitello, cioè dal quadretto del tondino ſopra la colonna fin alla ſommità d'eſſo e minuti xxxvi. mà la voluta pende ſotto il tondino, minuti xx. e mezo, che viene a eſſere di ſotto alla voluta fin alla ſommità del cimatio minuti xlvi. e mezo la latitudine dell'abaco d'eſſo capitello e vn braccio, e mezo, mà latitudine delle volute e braccia due, l'altitudine dell'architraue, e minuti lix l'altitudine del fregio e minuti lviij. l'altezza della cornice e braccio vno e minuti xlviij. laqual cornice è veramente per la metà più che non doueria ſe alla dottrina di Vitruuio vogliamo preſtar fede. La baſe di queſto ſecondo ordine, che è Ionico, & il ſuo piedeſtalo ſotto eſſa, e l'impeſta dell'arco, & anco l'architraue, il fregio, e la cornice ſi trouerà nel principio dell'ordine Ionico, e ſaranno ſegnate T, e coſi il capitello Ionico ſi trouerà nel detto ordine, e ſarà ſegnato M.


Subſequens figura, Theatri ipſius Marcelli partem exteriorem demonſtrat, & à pedalibus, quos iamiam explicuimus, modulis ſuos petit commenſus. Primi quidem infimique ordinis columnæ tripedali, minutorumque xxvj. craſſitudine finiuntur: parsque ſuperior mox ſub capitulo conſtituta bipedalem, minutorumque xxxij craſſitudinem obtinet: Capituli altitudo mediam imæ columnæ craſſitudinem adæquare videtur; capitulique huiuſce deſcriptionem ſequenti volumine in Dorici ordinis B litera inſcripti explicatione longe vberiorem profectò & accuratiorem offendes: Arcus autem inferioris incumbæ B litera ſignificatæ, capituli ibidem collocati altitudinem æquant: Paraſtatæ, quæ vulgo Pilaſtratæ dicuntur, ex vtroque columnæ ipſius latere conſtitutæ xxxviij ſibi vendicant minuta: Singulorum arcuum apertiones in pedes xiiij fere, decem & octo tantummodo minutis detractis, extenduntur; ijdemque in pedes xxij minutaque xxxii ſublimes eriguntur. Epiſtylium pedis vnius minutorumque xxxviij altitudinem petit: Zophorus bipedali minutorumque ſexdecim altitudine definitur: Coronixque vniuerſa tripedalem minutorumque viginti inſuper altitudinem occupat. Superioris poſtmodum arcus latitudo à latitudine inferioris ne minimum quidem diſſentit, at in pedum xxi minutorumque xxxvi altitudinem ſcandit: Stylobatæ, quos Pedeſtala vulgus appellat, ab inferiori primaque coronice ad columnarum ſuperiorum ſcapos attollendos, in bipedalem & minutorum octo altitudinem educuntur: Secundi ordinis columnę bipedali, & minutorum xlviij craſſitudine terminãtur; & pedum xxii minutorumque liiii, ſpiris capituliſque detractis, altitudinem aſſequuntur: Spiræ ſeu Baſes in pedem vnum & minuta xxviii ſublimes eriguntur: Capitulorum altitudines, a regulis videlicet aſtragalorum ſuper columnas exiſtentibus vſque ad eorundem aſtragalorũ vertices, in pedis vnius minutorumque duodenum ſpatium attolluntur: At Volutæ ex aſtragalis minuta xli infra dependent, itaq; ab ima voluta ad ſummum vſque cymatium minuta xciii intercedunt: Capituli ipſius abaco, tripedalis latitudo contingit: Volutę autem quadrupedalem latitudinem explent: Epiſtylium in pedem vnum minutaque lviii, Zophorus in pedem vnum minutaque lvi, Coronix in pedes ternos & minuta xxxvi ſublimes aſcendunt.





T
K
T
T
B
B
B

A pola città antica nella Dalmatia propinqua al mare ſi troua grã parte d'vn theatro, doue lo ingegnoſo Architetto ſi accommodò del mõ te, ſeruendoſi d'eſſo monte per vna parte de i gradi; e fece nel piano l'orcheſtra, la ſcena, e gli altri edificij pertinenti a tal biſogno. E veramente le ruine, e le ſpoglie, che per quei luoghi ſi veggono, dimoſtrano che queſto era vn edificio, e di opere; e di pietre ricchiſſimo, e ſopra tutto vi ſi comprende gran numero di colonne, e ſole, & accompagnate, & alcuni angoli con colonne quadre, e meze tonde, legate tutte in vno, e ben lauorate di opera Corinthia, percioche tutto il theatro, coſi dentro come di fuori era di opera Corinthia. Queſto edificio fù miſurato con vn piede moderno diuiſo in parti dodici addimandate oncie, la metà del quale ſarà quì ſotto. La ſeguente figura rappreſenta la pianta, & anco il profilo del ſopradetto theatro, le miſure del quale ſono queſte. La latitudine della orcheſtra, la quale è di mezo circolo, il ſuo diametro è circa cxxx. piedi. I gradi che girano intorno con quelle due ſtrade ſono da piedi ſettanta. La ſtrada notata T, viene a eſſere al piano del pulpito della ſcena al quartodecimo grado. La latitudine del portico intorno al theatro è da piedi xv. e la fronte de i pilaſtri è piedi vii. e mezo, cioè le parti verſo l'hoſpitalia: mà la fronte de i pilaſtri intorno al portico con le colonne è circa cinque piedi, e da l'vn pilaſtro all'altro è circa piedi x. queſto è quanto alla pianta del theatro. I due quadri maggiori ſegnati O, ſono l'hoſpitalia, del qual luogo s'entraua nell'andito T, il qual mette capo sù la ſtrada di mezo de i gradi, come ſi può comprendere nel profilo doue è il T, e lì diſotto quello è parte de l'andito. l'hoſpitalia è da piedi xlv. la latitudine della ſcena è da pied. xxi la larghezza del portico è da piedi xxvii. la ſua longitudine è quanto l'edificio. L'edificio ſopra la pianta del theatro dinota il profilo d'eſſo theatro. L'arco ſegnato A, dinota il portico, i due archi C, B, ſono ſotto i gradi. Quella cornice D, è l'impoſta de gli archi. A queſto theatro non biſognaua ſcale per ſalire, percioche il monte preſtaua la commodità d'andare ſul theatro, & anco dalla ſcena, e però i gradi ci erano di biſogno.


Polæ, vetuſtiſſima quidem & mari proxima Dalmatiæ vrbe, theatrũ maxima ex parte adhuc ſupereſſe videtur, ex eoq; artificis acumen ingenium atque ſubtilitatem perſpicere licet; qui, montis deſuper incumbentis opportunitate conſpecta, ad nonnullas theatri gradationes comparandas eo eleganter admodum vſus fuit: Orcheſtram autem, Scenam, cæteraque membra ad Scenicorum ædificiorum compactiones requiſita in plano ipſo diſpoſuit atque conſtruxit. Et mehercle fragmenta reliquiæve, quæ per ea loca paſſim inueniuntur, ædificium hoc & artis operumque ſubtilitate, & lapidum materiæque decore egregiũ vtique & præſtantiſſimum olim fuiſſe teſtantur. Id autem ſummam inprimis contemplantibus affert admirationem, quòd ingens ibidem columnarum & ſeparatarum & coniunctarum multitudo aliquando extitiſſe perſpicitur; angulique nonnulli quadratarum & ſemiteretum columnarum in vnum congredientium, Corinthioque opere perfectarum ornatu inſignes admodum ibi ſpectantur: Theatrique totius tam exteriores quàm intimæ partes Corinthio genere extructæ elaborarætque fuerunt. Preſens verò ædificium nouo recentiorum pedum genere ſuos abſoluit commenſus, ſingulique pedes in partes æquales duodecim, quæ vnciæ vocantur, diſtribui ſolent: Et en tibi tertia pedis vnius portio inferius deſignata. Sequens autem figura Theatri huiuſce Ichnographiã & Orthographiam quoque in medium proponit, noſque eius modulos ſigillatim nunc exponemus. Orcheſtræ ambitus ſemicirculi peripheria comprehenſus, diametro pedum cxxx circiter definitur. Gradationum circinationes, binis quoque latioribus præcinctionibus connumeratis, in pedes ſeptuaginta circiter porriguntur: Præcinctio T conſonante inſcripta, ſi cum Scenici pulpiti planicie conferatur, in decimaquarta gradatione conſiſtit: Porticus Theatrum ambientis latitudo, quindenos complectitur pedes: Pilarum quidem ad hoſpitalia ſpectantium frontes, in pedes ſeptenos ac ſemis; reliquarum verò pilarum, quæ porticum circuncludunt, frontes, necnon columnarum etiam ſcapi in pedes quinos circiter extenduntur: Spatiaque ſingula binis pilis interiecta pedibus denis propemodum terminantur. Et hæc de Theatri Ichnographia ſatis ſuperque videntur. Bina ampliora quadrata, O litera ea demonſtrante, hoſpitalia deſignant; quæ ad T veſtibulum cõmodos olim præſtabant ingreſſus, vnde ad medium poſtea gradationum laxamentum aditus ſuppetebat: quemadmodum in Theatri eiuſdem Orthographia ex T literæ appoſitione perſpicere licet, vbi pars inferior veſtibuli portionem quandam demõſtrat. Hoſpitalia pedes xlv ſortiuntur: Scenæ pauimentum in pedes xxj dilatatur: Porticus latitudinem pedes xxvij metiuntur, eiuſque longitudo ædificij totius magnitudinem æquat. Structura ſupra Theatri aream deſignata, Theatri eiuſdem refert Orthographiam. Arcus quidem A, porticum repræſentat: Bini autem arcus, C, B, gradationibus ſubſtant: D coronix, arcuum incumbas, quas vulgus Impoſtas appellat, oſtendit.




D
D
T
C
B
A
ORCHESTRA
T
C
B
A
PROSCENIO
PVLP ITO
SCENA
PORTICO


Questo theatro (come hò detto) era molto ricco di ornamenti tutto di pietra viua, e di opera Corinthia molto bene, e riccamente lauorato, e per quanto si vede nelle reliquie sparte per quel luogo, la scena era molto ricca di colonne sopra colonne, e doppie è sole, così nelle parti interiori, come nelle parti di fuori con diuersi ornamenti di porte, e di finestre. Le parti interiori dell'edificio sono molto ruinate; e circa alle misure d'esse ne darò poca notitia, mà delle parti di fuori ne darò misura in parte: Il primo ordine rustico, nelquale non sono colonne, è eleuato da terra con tutta la cornice segnata E, circa a piedi sedeci. L'altezza de i primi piedestali è da piedi cinque. L'altezza delle colonne con le basi, & i capitelli è da piedi ventidue. La grossezza de i pilastri con le colonne è da piedi cinque. La grossezza d'esse colonne è da piedi due, e mezo. L'apertura de gli archi è circa a piedi dieci, e la sua altezza da piedi venti. L'altezza dell'architraue, fregio, e cornice è circa piedi cinque. L'ltezza de i piedestali secondi segnati X, è da quattro piedi, e mezo. L'altezza delle colonne e circa a piedi sedeci. L'architraue, il fregio e la cornice e piedi quattro. Le misure de i membri particolari io non le dico, ma nelle figure dimostrate qui dinanzi si potranno comprendere, lequali sono proportionate alle proprie: della scena, e dell'altre parti di dentro io non dò misura alcuna, ma solaméte hò dimostrato qui auēti vna parte del portico d'essa scena, laquale è segnata P, e così la cornice, il fregio, e l'architraue segnato F, era alla sommità d'essa. I capitelli segnati S, erano nelle parti dentro con alcune colonne di mezo tōdo suori di alcuni pilastri quadri, cose molto ben lauorate, lequai tutte cose (come hò detto) sono di tanta ricchezza, e di pietre, e di artificio; che potriano stare con quelle di Roma al paro. La cornice, il fregio, e l'architraue segnato A, era la sommità del theatro. La cornice segnata B, è l'imposta del secondo arco, l'architraue, il fregio, e la cornice segnata C, è la cornice sopra i primi archi. Quella segnata D, è l'imposta de gli archi primi. La cornice segnata E, corre sopra il basamento rustico intorno l'edificio, il piede con che fù misurato questo edificio è la linea qui sotto, laquale è mezo piede, e non te ammirare lettore se io non ti dico tutte le misure affermatiuamente, e minutamente, percioche queste cose di Pola furono misurate da vno miglior dissegnatore, che intendente di misure, e di numeri.

Theatrum hoc, vt iam admonuimus, miro quidem varioque ornamentorum genere copiosum & locuples erat, viuoque saxo constabat, Corinthioque opere egregie admodum magnificeque extructum atq; elaboratum olim fuisse apparet: Quinimo, sicut dissipatę ibidem testantur reliquiæ, Scena, columnis supra columnas erectis & comparatis, ijsque tum simplicibus tum duplicibus quoque tam in interioribus quam in exterioribus partibus dispositis & constitutis, valuarumque insuper & fenestrarum apparatu magnifico concurrente, prædiues & sumptuosa quammaximè existebat. Intimæ quidem ædificij partes propterea, quod collapsæ iam sunt ac dissolutæ, propriorum modulorum exiguā admodum nobis suppeditabunt cognitionem: At partium exteriorum symmetriæ cùm in propatulo magis esse conspiciantur, accuratius a nobis quoque in præsentia referentur. Primus ordo, quem rusticum appelant, simplex ille quidem, columnarumq; ornatu ac elegantia penitus destitutus, e solo, vniuersa quoque, quæ per E literam significatur, coronice simul accepta, pedes sexdecim circiter in altum attollitur: Primorum stylobatarum altitudo quinquepedalis ferè existit: Columnæ, basibus capitulisque simul adiunctis, ad pedum duorum & viginti circiter altitudinem eriguntur: Pilarum columnarumque vna coniunctarum acceptæ crassitudines, quinque pedum interuallo postmodum finiuntur: Columnarum verò simplicium crassitudines, bipedales ac semis fere esse videntur: Arcuum apertiones decempedales, eorumque altitudines pedum viginti esse existimantur: Epistylium, Zophorus, coronixque quinquepedalem, ni fallor, altitudinem obtinent: Stylobatæ secundi deinceps X consonante notati, quadrupedalem ac semis propemodum altitudinem assequuntur: Mox columnæ in pedes sexdecim circiter sublimes assurgunt: Epistylio demum, zophoro, coronicique, quadrupedalis altitudo contingit. Singulorum verò membrorum symmetrias nunc minimè persequemur: at eæ ex subiectis, quæ veris exemplaribus quàsimillimæ vtique existunt, deformationibus facillimè perspicientur. Scenæ autem, cæterarumque partium modulos nequaquam hic apposuimus: verùm in præsenti designatione P consonante, Scenici porticus partem quandam solùm ostendimus; itemque consonante F coronicem, zophorum, epistyliumque in summo Scenæ ipsius collocata demonstrauimus. Capitula, quæ per S literam innuuntur, in interioribus partibus semiteretibus quibusdam columnis, quæ è quadratis pilis nonnullis egrediebantur, eleganter admodum superinducta fuerunt: quibus in rebus summum nempe artificium, operumq; complurium miram profectò varietatem contemplari fas erat. Quinimo cuncta, quemadmodum iam antea admonuimus, tum marmoris candore ac elegantia, tum artis præstantia ac dignitate adeò enitebant, vt cum Romanis antiquitatibus meritò possint conferri. Coronix, Zophorus, ac Epistylium, quæ A literā designantur, summas theatri partes concludebant. Coronix B litera inscripta, secundorum arcuum incumbas significat: Epistylium, Zophorus, Coronixque, C litera ea demonstrante, Coronicem primis arcubus desuper impendentē ostendunt: Coronix deinceps, D litera eam indicante, arcuum primorum repræsentat incumbas: Coronix demum E nota signata, supra rusticum stereobaten ædificium ipsum circumcurrit: Lineaque mox subiecta pedis, vnde præsens ædificium suos habet commensus, tertiam partem ostendit. Nec te vllam, Candidissime Lector, ex eo capere volumus admirationem, si modulos omnes certa constantique ratione sigillatim hic prosecuti fuisse nequaquam videmur: Theatralis enim ædificij huiusce symmetriæ à viro in Graphica potius facultate, quam in metiendi ratiocinandi ve arte instructo aut erudito obseruatæ animaduersæque fuerunt.


C
D
E
A
B
S
F
X
A
B
X
C
D
E
P

A Ferento città molto antica preſſo Viterbo ſono li veſtigi d'vn theatro molto ruinato,& anco di poca opera, e di pochi ornamenti, per quanto ſi vede: percioche reliquie non ci ſono, dalle quali ſi poſſino comprendere gl'ornamenti, anzi ſi vede, che al portico del theatro erano pilaſtri quadri, & anco le ſcale erano molto ſemplici, benche mal ſi comprende come ſteſſero per le ruine loro. La ſcena di queſto theatro e molto differente da le altre, come ſi vede nella ſeguente pianta: ne ſopra terra vi e in piede tanto, che ſi poſſa comprendere come ſteſſe la ſcena, ne il pulpito, queſta pianta fù miſurata col piede antico, e prima parlando de la orcheſtra A, la quale e di mezo circolo, il ſuo diametro e piedi cxli. e mezo, tutto il corpo del theatro, cioe i cunei con tutto il portico, & il pilaſtro angulare e piedi trentacinque, il pilaſtro de l'angolo e piedi cinque per ogni lato, l'entrata del portico verſo la ſcena e piedi otto. il conio e piedi ventidue, la groſſezza del muro circa l'orcheſtra e piedi tre e mezo, l'hoſpitalia ſegnata X, e in longitudine piedi quaranta e mezo, & in latitudine piedi trenta. la larghezza del portico circa al theatro e piedi vndeci. i ſuoi pilaſtri ſono groſſi per ogni lato tre piedi & vn terzo. l'apertura de gli archi e piedi noue. il netto della latitudine de l'orcheſtra B, e piedi venti, e'l luogo del pulpito C, e in longitudine piedi quaranta, e mezo, la ſua latitudine è piedi dodici, e la ſua porta è piedi nuoue. il luogo ſegnato D, doueria eſſere il portico poſt ſcena, nondimeno non ci ſono veſtigi alcuni di colonne: anzi dinota che ci fuſſe vn muro, il quale e ſopra vna ripa. la latitudine di queſto luogo e piedi dicinoue e mezo. A canto queſto theatro a man ſiniſtra ci ſono li veſtigi di due edifici, mà tanto ruinati, che non ſi trouano i ſuoi finimenti nondimeno l'edificio F, per quel che ſi vede accenna che ei fuſſe circondato da altri appartamenti. la latitudine doue e la F, è piedi trentauno. Le due picciole ſtanze ſono piedi otto e mezo per vn lato, e dieci e mezo per l'altro, le loggie doue ſono le quattro colonne, che per tal coſa io le tolgo, ſon in longitudine piedi ventiſette, & vn quarto, & in latitudine piedi dieci e mezo. La larghezza dell'edificio notato E, è da piedi venti. I nicchi delle bande ſono piedi diciſette. La longitudine del tutto è piedi ſeſſanta, & è diſcoſto dal theatro piedi cento quarantavno, è diſcoſto dall'altro edificio piedi ſettantaſei è mezo.

Ferento, venuſtiſſima nimirum & Vetulonio proxima ciuitate, theatri cuiuſdam collapſi dirutiq; , quod nec operum multitudine nec ornamentorum varietate admodum affluxiſſe videtur, nonnulla ſuperſunt veſtigia; nec enim vllæ ibi ſpectantur reliquiæ, vnde theatrum hoc ſuperbum aut magnificum olim extitiſse conijci poſſit: quinimo & quadratæ pilæ in porticu, & ſcalæ inſuper ſimpliciſſima quadã ratione conſtitutæ ibi quondam fuiſse intelliguntur, etſi propter ruinarum oppreſſiones ſcalarum ſitus atque diſpoſitiones vix vtique cognoſcantur. Scenæ quidem ratio à cæteris Scenarum generibus, quemadmodum ex ſubiecta habetur Ichnographia, longè diſſidet atque diſsentit: nec ab imo ſolo tanta pars excitata aut in altitudinem educta adhuc ſupereſse conſpicitur, vt de Scenæ pulpiti ve forma atque collocatione certum iudicium poſſit afferri. Areæ ſpatia antiquiorum pedum genere ſumus olim dimenſi: Primumque ab A Orcheſtra in hemicycli morem circunducta exordientes, eius diametrum pedes cxli. & ſemis obtinuiſse dicemus: Integrum theatri ipſius corpus, cuneis videlicet, vniuerſaque porticu, angularique pila ſimul acceptis, in pedes xxxv extenditur atque percurrit: Angularis pila quinquepedalis quoquouerſus exiſtit: Porticus ipſius ingreſſio ad Scenam perducens, pedibus continetur octonis: Cuneus pedum duorum vigintique ſpatio terminatur: Parietis Orcheſtram ambientis craſſitudo tripedalis & ſemis eſse videtur: Hoſpitalia X duplici conſonante inſcripta, in pedum xl ſemiſque longitudinem, & in pedum xxx latitudinem peruagantur: Porticus theatrũ obſtruentis ſapientiſque latitudo vndenis pedibus definitur, Pilæque tripedalem vndique ac ſemis latitudinem obtinent: Singulorum arcuũ hiatus, pedes nouem aſſequuntur: B Orcheſtræ inanis ſpatioſaque latitudo, vicenis pedibus abſoluitur: Locus Pulpito C deſignatus, pedum xl ſemiſque longitudinem, pedumque xij latitudinem explet: Pulpitique oſtium pedibus ix comprehenditur: Spatium D conſonante notatum, poſt Scenam conſtitutam collocatamque porticum ſignificare profectò deberet; cùm tamen nulla prorſus columnarum ibi veſtigia appareant, parietem potius ripæ inſidentem ibidem extitiſse ſuſpicamur: Spatijque huiuſce latitudo, in pedes xix ac ſemis expanditur atq; diſcurrit. Iuxta Theatrum hoc ad læuam duorum ædificiorum nonnul a extant veſtigia, verùm diminuta adeò confractaque illa iacent, vt eorum fines atq; terminationes diſcerni minimè poſſint. At ædificium F ab alijs proximis & conterminis ædibus circunſeptum vndique fuiſse videtur, eiuſdemque F latitudinem pedes xxxi metiuntur: Cellarum ambarum maiores intercapedines decempedales, & ſemis, minores autem octopedales ſemiſque exiſtunt: Periſtylia quaternis columnis diſtincta, pedum xxvii quadrantiſque longitudine, pedumque denum ac ſemis latitudine concluduntur. Alterum autem ædificium E litera inſcriptum, vicenorum pedum circiter latitudinem eſt aſsecutum: Scaphæ ſeu Conchæ ad vtrunque latus appoſitæ, in pedes ſeptendecim dilatantur. Totius verò ædificii huiuſce longitudo, ad pedes lx vſq; producitur: à theatro autem pedum cxi, & ab altero ædificio pedum lxxvi ac ſemis interuallo abeſse videtur.


E
F
A
B
X
C
X
D
R

Frà l'altre belle antichità che sono in Roma, ci sono due colonne di marmo tutte historiate di buonissime sculture; vna si dice la colonna Antoniana, l'altra si addimanda la colonna Traiana; mà di questa Traiana per esser più integra ne darò qualche notitia. Questa colonna la fece fare Traiano Imperatore, laquale è tutta di marmo, & è di più pezzi, mà tanto ben commessa, che ella pare tutta di vn pezzo. Et per darne minutamente le particolar misure, incomincierò dal piede del suo imbasamento. Et prima il grado che posa in terra è alto palmi tre. Il zoccolo della sua basa è alto palmo vno, & minuti otto. La basa lauorata è alta altrettanto. Il netto dell'imbasamento è alto palmi dodici, & minuti sei. La sua cornice lauorata è alta palmo vno & minuti dieci, & mezo. La parte doue è il festone è alta palmi due & minuti dieci. Tutta la basa della colonna è alta palmi sei, & minuti vent'otto partita così. Il dado è alto palmi tre, & dieci minuti. Il mazzochio sopra esso è alto palmi tre, & minuti otto. Il collarino è alto dieci minuti. L'altezza della colonna, cioè il tronco netto è palmi cento, e diciotto, e minuti noue, il bastone con i suoi quadretti sotto'l vuouolo è minuti dieci. L'altezza del vuouolo è palmi due, e minuti due. L'altezza del dado sopra il vuouolo è palmi due, e minuti vndici, sopra questa colonna vi è vn piedestalo in forma tonda, per ilquale si sbuca della lumaca, e si può andare intorno esso commodamente: perciochel piano è due palmi, e mezo, e l'altezza di questo piedestalo e palmi vndici in tutto, ma la sua base è palmi due, e la cornice di sopra è palmo vno, la cupola di esso è alta palmi tre, e mezo, la grossezza di questo piedestalo è palmi dodici, e dieci minuti. La grossezza della colonna nella parte di sopra e palmi quattordici. La sua grossezza da basso è palmi sedeci, la larghezza della lumaca e palmi tre, e'l maschio, e palmi quattro; la larghezza del imbasamento, e palmi vẽtiquattro, e minuti sei: nel qual spacio ci sono sculpite due vittorie, che tengono vn epitafio, sotto delle quali sono sculpiti molti trofei, nello epitafio sono l'infrascritte lettere.

S. P. Q. R.
IMP. CAESARI DIVI NERVAE. F. NERVAE
TRAIANO AVG. GERMANIC. DACICO
PONT. MAX. TRIB. POT. XVII. COS. VI. PP.
AD DECLARANDVM QVANTAE ALTITVDINIS MONS ET LOCVS SIT EGESTVS.

Questa colonna, e tutta historiata di buonissime sculture, & è a vite; è canellata nel modo Dorico, e nelle scanellature si vengono a collocare le figure di maniera che i rilieui delle figure non tolgono la forma alla colonna, frà lequal figure ci sono alcune finestre, che danno luce alla lumaca, ne però offendono le historie quantunque elle siano poste per ordine, e sono di numero quarantaquattro, come dimostrerò tutta la colonna integra nella seguente carta:

L'obelisco segnato O, è fuori di porta Capena nel circo, & è tutto scolpito di bizzarrie Egittie. La sua grossezza nel piede è palmi dieci e mezo. La sua altezza è palmi ottanta, e questo fù misurato col palmo antico Romano, ilquale è a faccie sei, mà gli altri tre seguenti furono misurati con braccio moderno di minuti sessanta, la metà del quale è quella linea frà gli obelischi diuisa in parti trenta. L'obelisco segnato P, è in Vaticano, cioe a San Pietro, & e di pietra egittia, in cima delquale si dice essere la cenere di Gaio Cesare. La sua grossezza da basso è quattro braccia, e minuti xlii. la sua altezza è braccia xlii. e mezo. La parte di sopra e grossa tre braccia, e minuti quattro, e nella parte da basso sono le infrascritte lettere notate in epitafio.

DIVO CAESARI DIVI IVLII F. AVGVSTO, TI.
CAESARI DIVI AVGVSTI F. AVGVSTO SACRVM.

L'obelisco segnato Q. è à San Rocco nel mezo della strada rotto in tre pezzi, & vn'altro cõpagno a quello si dice essere lì presso sepolto in terra a canto alla Augusta. La sua grossezza da basso e braccia due, e minuti ventiquattro. La sua altezza e braccia xxvi. e minuti xxiiii. La sua grossezza di sopra e braccio vno, e minuti xxxx. il suo basamento era tutto d'vn pezzo. L'obelisco segnato R, e nel circo di Antonino Caracalla, & e rotto come dimostra la sua forma. La sua grossezza da basso e braccia due, e minuti xxxx. la sua altezza e braccia vent'otto, e minuti xvi. & e grosso nella cima braccio vno, e minuti xxxiii. e tutti i suoi piedestali sono proportionati.

Inter cæteras præclaras & illustres, quæ Romæ adhuc extant, antiquitates duæ marmoreæ historiarum sculptarum arte ac elegantia insignes, quarum alteram Antonianam, Traianam alteram appellant, spectantur columnæ: verùm nos Traianæ, vtpote quæ altera integrior & magis incolumis nunc esse videtur, explicationem afferre tentabimus. Columnam hanc a Traiano Imperatore aiunt olim institutã fuisse, quæ tota ex marmore constat, & ex plurib. partib. tam arctè coniunctis atq. compactis formatur, vt ex vno perpetuoq; lapide omnino cõflata absolutaq; indicetur. Vt autem modulos omnes sigillatim recenseamus, ab imo sterecbate, quod Basamentum vulgus appellat, exordiemur. Primæ igitur gradationis è terra mox surgentis altitudo tripalmaris existit: Basis ipsius Plinthus in palmum vnum minutaq; octo excitatur: necnon tantundem sculptæ cælatæque basi assignatur: Purũ simplexq; stereobatę ipsius interualiũ palmorũ duodecim minutorũq; sex altitudinem petit: Insculpta eiusdem corona in palmum vnum minutaq; decem ac semis erigitur: Fasciculus, quem ex Vitruuij more Encarpum forsitan appellare possemus, in palmos duos minutaque decẽ attollitur: Tota columnæ basis palmorum sex & minutorum vigintiocto altitudine terminatur, & hac vtique distribuitur ratione. Plinthus, quo loci Aquilæ simulachrum consistit (quaternæ etenim Aquilarum effigies ad quaternos angulos ibi sitæ appositæque fuerunt) in palmorum triũ minutorumque decem educitur altitudinem: Torus plintho superior in palmos tres minutaque octo effertur: Regula minutorum denum altitudine definitur: Columnæ scapus in palmos cviij minutaque nouem sublimis assurgit: Astragalus sub ouiclo constitutus, regulis insuper simul acceptis, ad dena pertingit minuta: Ouiclum, bipalmarem & minutorum duorum adhuc altitudinem obtinet: Plinthus Echino superior, palmorum duorum & minutorum vndenum altitudinem æquat. Columnæ huic stylobata rotundiori forma insignitus desuper incumbit, ad quem cochlidis scalæ exitus tandem pertingit, eundemque pedibus quamcommodissimè circuncirca possumus peragrare: planicies nanq; in palmos duos semiq; extẽditur. Stylobatę quidem huiusce altitudo, ad palmos vndenos omnino conscendit: verùm infimæ basi palmi duo, superiorique coronæ palmus vnus, summæque demum testudini palmi tres ac semi pro rata altitudinis parte obtigerunt. Stylobatæ verò eiusdem crassitudo, duodenum palmorum denũque minutorum exitit. Columnæ summa deinde crassitudo palmis xiiii, imaque palmis xvi terminatur. Cochleæ tripalmaris: medijque orbiculi, quem masculum appellant, quadripalmaris latitudo esse videtur. Stereobata demum, palmorum xxiiii minutorumque sex latitudinem occupat: quo nempe in loco binæ victoriæ scriptum titulum quendam gestantes cælatę conspiciuntur: ijsque trophæa complura scalpturis perquàm elegantibus expressa infrà succedunt. Titulo autẽ hæ literarum notæ impressæ insitæque fuerunt.

S P Q R
IMP. CAESARI DIVI NERVAE. F. NERVAE
TRAIANO AVG. GERMANIC. DACICO
PONT. MAX. TRIB. POT. XVII. COS. VI.
PP. AD DECLARANDVM QVANTAE ALTITVDINIS MONS ET LOCVS SIT EGESTVS.


Columna hæc, vt iam diximus, egregijs historiarum signis atque scalpturis tota est deformata; & tortili atque clauiculata spirataq; , quasi in flexuosæ vitis morem composita, constat structura; Doricaque ratione striata conspicitur. In ipsius autem sulcis seu canaliculis signa tã aptè reponuntur, vt eorũ prominentiæ columnæ formã ne minimũ quidem impediant immutent ve. Inter signa verò fenestræ nonnullæ interpositæ cochlidem interiorem lumine complent, nec tamen historiarum, quæ sibi deinceps ordine succedentes xliiii numero existunt, seriem quicquam exturbant.


Satis copiosè, Traianæ columnæ, membrorũq; singulorum explicuisse videmur: modò totius integræque columnæ formam veræ persimilẽ referemus. Alter quidem Obeliscus O litera designatus, extra portam Capenam in Circo offenditur, Aegyptijsque monstris insculptus ferè totus conspicitur; imamque crassitudinem decem palmorum ac semis obtinet, eius altitudine palmorum octoginta existentę: ipseq; è palmo Romanorum antiquo, proprios modulos accepisse videtur. Cæteri deinceps Obelisci recentiori brachialium modulorum genere, quorum singuli sexaginta constant minutis, apud Serlium suos expediunt absoluuntque commensus: Tertiam autem brachialis mensuræ quanticatẽ media linea inter Obeliscos cõstituta, & in partes viginti distributa proponit. Obeliscus igitur P consonantis signo figuratus, in Vaticano iuxta Petri Basilicam assistit, Aegyptioq; lapide constat: & in vertice Caij Cæsaris cineres in vrna compositæ conditæq;, nunc quoque extare creduntur. Ima quidem Obelisci huiusce crassitudo pedibus ix minutisq; xxiiii, altitudo verò pedibus lxxxv, summaque demum crassitudo pedibus vi & minutis octo comprehenditur ac definitur, ad imãque ipsius radicem hæ literæ in epitaphij ordinem distributæ leguntur.

DIVO CAESARI, DIVI IVLII. F. AVGVSTO. TI.
CAESARI DIVI AVGVSTI. F. AVGVSTO SACRVM.

Obeliscus Q consonante distinctus, ad Rocchi fanum media via atque in terna segmenta diuulsus reperitur; alterque ei persimilis haud longè propè Augustam terra vndequaque obructus & contectus esse putatur. Ima eius crassitudo pedibus quaternis, minutisque sexvij

definitur, altitudo in pedes lij minutaque xlviij ascendit, summaque demum crassitudo tripedali decemque minutorum spatio continetur. Stereobata, integer perpetuusque absque vlla patium conglutinatione existebat. Postremus Obeliscus R consonantis inscriptione donatus, in Antonini Caracallæ circo statuitur; &, quemadmodum ex eius designatione perspicitur, fractus compluribus locis esse videtur: Ima quidem crassitudo quinario pedum denarioque minutorum numero comprehenditur, altitudo verò in pedes lvj. minuta.






L'amphiteatro di Roma dal vulgo detto il Coliseo lo fece fare Vespesiano Imperator a mezo de la città, sicome haueagià destinato di far Augsto: la ichnographia delqual, cioè la piãta io lhò distinta in quattro parti, sicome l'edificio è di quattro ordini, accioche la cosa sia meglio intesa per il grãde artificio che v'è dẽtro. Questa piãta è misurata col palmo ãtico romano segnato a faccie vi. e prima parlãdo de la parte di fuori, i pilastri sono in frõte palmi dieci e minuti sei. la grossezza de le colõne è palmi quattro, e la pilastrata da le bande è palmi tre e minuti due. il vano fra l'vn pilastro, e l'altro è palmi xx, ma le quattro entrate principali sono palmi xxii. la grossezza dei pilastri per fiãco è palmi xii. la latitudine del primo portico è palmi xxii. il portico più ĩteriore è largo palmi xx. e tutti due sono a botte de l'altre misure verso il cẽtro io non le narrò, mà di queste di fuori si potrà cõprẽder il tutto. La parte di fuori de la piãta secõda è come la prima. Mà i portici crescono vn palmo in larghezza, perche i pilastri sono men grossi p fianco, & i portici interiori sono à crociere, e nel portico interiore ci sono alcune tribunette segnate X

nel mezo delle quali son spiracoli qu[...] dri, e credo anco per dar luce à qu[...] luoghi. La pianta terza è di fuori co[...] la seconda, mà i portici si allarg[...] tanto più, quanto sono men grossi i p[...] lastri, & il portico di fuori è crocier[...] & il più interiore è à botte, tutte [...] porte segnate. V. metteuano capo s[...] gradi per la commodità di andare ci[...] scuno al luogo suo secondo il grado. [...] quarta pianta è di fuori come le alt[...] mà non vi sono archi, e le colonne so[...] piane, e nei spatij ci sono finestre si c[...] me poi nel suo in piede si vedra. Qu[...] sto pianta quarta, & vltima dà mo[...]

Romanorum illud Amphitheatrum, quod vulgus Colosseum appellat, à Vespasiano Imperatore in media vrbe, fuit constitutum: nosque ipsius Ichnographiam, areæ videlicet hæc palmo Romanorum antiquo declarato suos absoluit expletque commensus. Verumenimuero à parte exteriori primum exordientes, pilarum frontes decempalmares, sex insuper minutorum adiectione, esse dicemus: Columnarum crassitudines quadripalmares existunt: Pilæq; vtrinque ad latera positæ, palmos tres minutaq; duo sibi vendicant: Medij inter duas quasq; pilas hiatus media ve laxamenta, palmos viginti requirunt: Quaterni autem primarij aditus & illustriores accessus, in palmorum duorum supra viginti latitudinem expanduntur: Lateraria pilarum crassitudo duodenum palmorum esse conspicitur: Primaq; porticus duorum atq; viginti, Altera verò, quæ interior existit, viginti palmorum tantummodo latitudinem occupat, ambæq; fornicatis inflexionib. constant. Secundæ areæ postmodum exterior species primæ ordinem atq; dispositionem imitatur in intima porticu exiguæ nonnullæ testudines X consonante descriptæ aperiuntur, in quibus medijs quadrata spiramenta ad loca illa fortasse, vtpote obscuriora, luce perfundenda excogitata fuerunt. Tertiæ areæ deindè exterior species, secundæ iamiam declaratæ formam & exemplum sectatur: Ostiaq; deinceps V litera inscripta ad gradationes primos aditus aperientia, spectantium cætus ad certa loca pro singulorum dignitate mox perducebant. Quartæ areæ postremò exterior facies à superiorum dispositione nequaquam dissentit, præterquam quòd in ea nec arcuum vl-



u dubitare se tutto il spatio quāto tenono i due portici era coperto, ò nò: perchè è tanto rouinato, che non si vede vestigio alcuno di pilastri, nelle parti interiori, mà benne le parti di fuori congiū col muro si vede l'indicio di alcune ociere, e lunghe, e corte sicome dimora la pianta. E per queste scale, che si veggono appoggiate al muro, si saliua à finestre di fuori sopra ad'alcuni meza. Il spatio quanto tengono le due saettierano i gradi per sedere, mà di tanta rghezza; che sedendo vna persona mmodamente, si poteua caminare per i edesimi gradi senza impedire alcuni.


Frà questi gradi in molti luoghi erano scale per la commodità di andare à i luoghi suoi, sicome è dimostrato ne la figura. G. e ne la figura. H. nei quai gradi ci sono alcuni canaletti da alto à basso per scolar le acque, & anco per le vrine, le quali hauendo bona comodità di correre al basso non impediuano alcuno; l'essempio di questi è ne la figura. H. Questi gradi per sedere pendeuano vn buon dito, acciochè l'acque nõ rimanessero sopra essi; i quai gradi erano benissimo incastrati, come dimostra la figura. I.

læ circumductiones adesse, columnæq; planæ in antarum morem deformatæ, medijsq; spatijs fenestræ, quemadmodum in Orthographia clarius postmodum ostendetur, interpositæ olim fuisse conspiciuntur. Areæ huiusce quartæ & nouissimæ constitutio ambiguos profectò nos reddere solet, vtrum totum spatium inter porticus vtriusque latitudinem interiectum contectum aliquando, an cœlo vndique expositum aerique peruium semper extiterit: Adeò enim consumpta hæc pars esse videtur, vt introrsus nullæ pilarum notæ aut vestigia prorsus appareant, expeditos præstabant ascensus: quod sequenti pagina ex scalarum Orthographia clarius adhuc elucebit. Ambitus ille vniuersus duarum sagittarum extensionibus definitus, gradationibus ad assidentium commoditatem extructis vndique erat: quæ adeò latæ existebant, vt singulis otiosè sedentibus, per easdem gradationes absque aliorum impedimento aliquis deambulare perquam commodè potuisset. His gradibus scalæ passim interpositæ, ad certas sedes homines transmittebant, quemadmodum G & H figurationes affatim demonstrat. Quinetiam iisdem gradibus canali nonnulli è superioribus partibus ad inferiores, propter aquarum & locii defluxiones, patefacti fuerunt: Humores enim, cùm ad ima loca faciles decliuesque cursu haberent, neminimolesti existebant. Rei autem huiusce exemplum, in schemate H. perscripsimus. Gradus hi ad sessionum comparatione pluuiarum aquarum collectiones eis insiderent, digitalem habebant declinationem, & quam optime connexi, sicut ex I perspicitur designatione, inter sese videbantur.


Hò dimostrato qui adietro la pianta del Coliseo di Roma in quattro modi, si come l'edifi. io è di quattro ordini: hora fà bisogno dimostrare il suo profilo, per il qual si potrà comprendere gran parte delle cose interiori; e però la seguente figura rappresenta tutto l'edificio sopra terra, come se egli fusse segato per mezo, nel quale si comprendono prima tutti i gradi doue sedeuano i spettatori, si veggono le ambulationi secrete come stauano, si comprende come & in quanti modi saliuano le scale; che sono veramente molto accommodate, & a salire & al descendere, di modo che in poco spatio di tempo l'Amphitheatro s'empieua di gran numero di persone, & anco con maggior prestezza si votaua senza impedirsi l'vno e l'altro. Si comprende ancora la parte di fuori, come diminuiua la grossezza del muro, ritirandosi nelle parti interiori, il qual ritirare dà maggior fortezza all'edificio: e che sia il vero si veggono fin al dì d'hoggi alcune parti della faccia di fuori ancora integre dal piede alla cima, nondimeno le parti interiori sono ruinate, e questo hà causato (come hò detto) il ritirarsi verso il centro con l'opera più sottile, e di mẽ peso, laqual da se piglia forma piramidale. Mà questo non è osseruato nelle communi fabriche di Venetia, anzi si fà il contrario: percioche i muri delle parti di fuori sono al perpendicolo, mà diminuiscono nelle parti interiori, e questo fanno per guadagnare maggior spatij nelle parti superiori. Mà quel che da grande aiuto a queste fabriche è, che non ci sono archi, ne volte di sorte alcuna, che spingano i muri, anzi la gran copia de i trauamenti, che ne i muri si mettono, vengono ad vnire i muri con detti legnami, e cosi questi edificij si mantengono tanto, quanto durano i legnami i quali si rimettono di tempo in tempo: nondimeno queste tal fabriche non hanno perpetuità come le antiche fatte cõ l'ordine che si vede nella faccia del Coliseo: del quale io torno a parlare. E perche (come io dissi) le parti interiori sono tanto ruinate; che non si vede cosa alcuna di quella parte interiore, la quale è diuisa dalla linea che hà le saette ne i capi, e perche non si vede vestigio alcuno, se quella parte superiore dal finimento de i gradi fin'a la parte di fuori era tutta coperta con i portici duplicati, ò veramente se ci era vn portico solo, e l'altra parte fusse discoperta; io l'hò dimostrato in due modi, vno e come si vede nel proprio profilo vnito con tutta l'opera, e l'altro modo è quello ch'è dissegnato appartamente sopra i gr.di, la qual si accommoda con quella posta in opera scontrando i due gigli che sono ne i piedestali. Hor per tornare al principio de i gradi, per non lassare cose alcune ch'io non tocchi, per quanto io saprò, dico che per le ruine, e rompimenti di materia, che la piazza, cioè spatio di mezo è tanto ripieno che non si comprende come fussero i primi gradi eleuati dal piano: mà per la notitia hauuta da chi ne hà veduto il fine, il primo grado, era tanto eleuato dal piano, che le fiere & altri animali indomiti non potessero nuocere a i spettatori, & vi era vn podio detto parapetto con vna strada di commoda larghezza per andarui intorno, come si dimostra doue è il C, li due archi, il minore, & il maggiore che hanno quella apertura di sopra, erano alcuni spiracoli per dargli luce. Quei luoghi eleuati sopra i gradi che sono scoperti, segnati A, sono aperture che dalle scale di fuori conduceuano i spettatori sul theatro.

Romani Amphitheatri, aream, propter quadruplicem ædificij huiusce structuram, quadrifariam quoq; diuisimus atque descripsimus: modò ad eius Orthographiam explicandam iam accedemus, hincque interioris dispositionis maxima pars quoque innotescet. Sequens igitur figura totius ædificij partes ab imo solo in sublimes excitatas ea vtique ratione proponit, ac si media eius forma dissecta fuisset. Cunctæq; primùm gradationes ad sedes spectatoribus distribuendas instruuntur, secretarum quinetiam ambulationum situs subiunguntur, scalarumque insuper ascendendarum complures viæ designantur: quæ scalæ nimirũ cùm & expeditos præstarent ascensus, & commodissimos quoque descensus exhiberent, ad id potissimum conducere videbantur; vt Amphitheatrum ingenti hominum multitudine & compleri, & exinaniri absque vllo prorsus occursantium impedimento celerrimè posset. Exterior quinetiam ædificij structura, quaque ratione parietum crassitudines ad interiora sese contrahentes paulatim diminuebantur, hinc vtiq; cognoscetur: cuiuscemodi quidem extenuationes maiorem ædificio præstant stabilitatem. Idque ita esse, eo confirmatur argumento, quod in exteriori facie partes nonnullæ ab imo ad summum hodiernis quoque temporibus integræ & incolumes superesse conspiciuntur, quanuis partes ad interiora spectantes collapsæ iam fuerint. Hoc autem, vt iam admonuimus, idcirco euenisse videtur, quoniam ædificium opere subtiliori ad centrum pedetentim cogitur & in pyramidis formam denique terminatur. Ad hanc ædificandi consuetudinem Venetijs neutiquã obseruari videmus, quin oppositum potius ordinem in fabricando ibi homines sectari passim animaduertimus: parietes etenim exteriores ad perpendiculum quidem diriguntur, at interiores deinde magis vtique diminuuntur: Idque propterea ab ijs effici opinor, vt superis partibus maiora spatia contingant. Quoniam igitur, vt diximus, Amphitheatri intimæ partes dirutæ sunt adeò ac deformatæ, vt spatij interioris, quod à linea in extremitatibus sagittis instructa medium secatur atque diuiditur, nulla vestigia prorsus appareant; nec insuper, an suprema illa pars, à graduum videlicet terminationibus vsque ad exteriorẽ circunferentiam pertingens, duplici porticu tota erat contecta, an vnica tantũmodo simpliciq; porticu ibi existente, reliqua pars sub dio erat exposita & collocata, vlla nunc extant indicia: idcirco duplicem eius designationem subiecimus, alteram quidem ex propria ipsius Orthographia, quæ reliquo operi simul annectitur, deductam; alterã verò seorsum, à reliquo opere gradibus desuper incumbentem: hæcque cum illa, quæ ad opus traducta conspicitur, duorum liliorum vtrobiq; ad stylobatas constitutorum responsu id indicante, optimè nimirum conuenire videtur. At, quemadmodum ab ijs, qui rem curiosius persecuti medullitus eam cognoscere voluerunt, relatum nobis iam fuit, prima imaque gradatio è planicie tantum assurgebat, vt fera sæuaque animãtia in spectantium consessum irruere minimè possent: Et podium quoddam, quod pluteum quoque appellare cõsueuimus, ibidem aderat, itioque satis lata & ad ipsum circumobeundum percommoda adiungebatur, C litera hæc omnia astatim demonstrante. Bini arcus, maior scilicet minorque, supernam apertionem illam gestantes, tanquam spiramenta nonnulla ad lucem effundendam aptissima esse videbantur. Loca demum eleuatiora ac subdiualia gradationes ipsas exuperantia, quę A litera inscripta conspiciuntur, apertiones quasdam, quæ à scalis exterius appositis ad intimas Theatri sedes homines perducebant, referunt ostendunqtue.

Questo pezzetto và congionto qui all'incontro.




PROFILO DELL'AMPHITHEATRO DI ROMA DETTO IL COLISEO.



La parte di ſuori del Coliſeo di Roma è compoſta di quattro ordini. Il primo ordine ſopra terra è Dorico: benche nel fregio non vi ſiano i triglifi, ne le mettope, ne anco le gutte, nel epiſtilio, ne ſotto la corona i fulmini, ne le gutte; nondimeno ſe gli può dire opera Dorica. Il ſecondo ordine è Ionico, benche le colonne non ſono ſtriate, cioè canellate: mà ſempre ſi può dire Ionico in effetto. Il terzo ordine è Corinthio, mà di opera ſoda ſenza intaglio, eccetto i capitelli, i quali per la ſua altitudine non ſono molto delicatamente fatti. L'ordine quarto e Compoſito, altri lo dicono Latino per eſſer ſtato trouato da Romani, alcuni lo dicono Italico, mà veramente ſe gli può dire Compoſito, ſe non per altro; almeno per i modiglioni che ſono nel fregio: percioche niun'altro ordine hà fatto nel fregio i modiglioni. Molti addimandano la cauſa, perche i Romani fecero queſto edificio di quattro ordini, e non lo fecero d'vn ſolo ordine come gli altri, cioe quello di Verona, il quale e di opera ruſtica, e quello di Pola il medeſimo. ſi può riſpondere che gli antichi Romani, come dominatori dell'vniuerſo, e maſſimamente di quei popoli, da i quali i tre ordini haueuano hauuto origine; volſero mettere queſte tre generationi inſieme, e ſopra quelle metterui l'ordine Compoſito trouato da loro: volendo dinotare che come trionfatori di quei popoli volſero ancora trionfare dell'opere loro, diſponendole, e meſcolandole a loro beneplacito. Mà laſſando queſto ragionamento vegniamo a le miſure di queſta parte di fuori. Queſto edificio era eleuato dal piano due gradi: il grado ſecondo era largo palmi cinque, & il primo palmi due. La ſua altezza manco d'vn palmo. La baſe della colonna non e due palmi, & anco non e come la Dorica. La colonna e groſſa quattro palmi, e due minuti. La ſua altezza e palmi trentaotto, e minuti cinque con la baſe e'l capitello. L'altezza del capitello e circa palmi due. La pilaſtrata dalle bande d'eſſa colonna e palmi tre e minuti tre. La latitudine dell'arco e palmi venti, e la ſua altezza e palmi trentatre. Da ſotto l'arco fin ſotto l'architraue e palmi cinque, e ſei minuti. L'altezza dell'alchitraue e palmi due, e minuti otto. L'altezza del fregio e palmi tre, e minuti due, & altrettanto e la cornice. il piedeſtalo del ſecondo ordine Ionico e d'altezza palmi otto, e minuti vndeci. L'altezza della colonna con la baſe e'l capitello e palmi xxxv. la ſua groſſezza e palmi iiii: le pilaſtrate, e l'arco ſono come quel di ſotto. Mà l'altezza dell'arco e palmi xxx. da ſotto l'arco fin ſotto l'architraue e palmi v, e minuti vi. l'altezza dell'architraue e palmi tre, l'altezza del fregio e palmi due, e minuti ix. l'altezza della cornice e palmi tre, e minuti ix. il piedeſtalo del terzo ordine detto Compoſito e palmi dodici. Il quadretto ſopra eſſo e palmi iiii. l'altezza della colonna con la ſua baſe e'l capitello e palmi xxxviii. e ſei minuti. L'altezza dell'architraue, del fregio, e della cornice e circa palmi x. compartita in tre parti, vna parte e la cornice, vna parte per il fregio, doue ſono i modiglioni, e l'altra parte e l'architraue. Mà per qual cauſa quegli Architetti poneſſero i modiglioni nel fregio, coſa perauentura non più fatta auanti; io ne hò detto il mio parere nel mio quarto libro, al capitolo viii. nel principio dell'ordine Compoſito. Le colonne di queſto quarto ordine ſono piane di baſſo rilieuo, e tutte l'altre ſono tonde, cioè i due terzi fuori de i pilaſtri. Quei modiglioni ſopra le fineſtre ſoſteneuano alcune antenne, che per alcuni forami che erano nelle cornici ſi calauano, allequali ſi tirauano le tende per coprire tutto l'amphitheatro, per il Sole e per vna ſubita pioggia. Per qual cagione le colonne ſiano tutte d'vna groſſezza, e che non diminuiſcano l'vna ſopra l'altra, come pare che voglia il douere, & anco Vitruuio vuole, che'l ſecondo ordine diminuiſca dal primo la quarta parte; io dico il mio parere nel quarto libro, nel trattato delle donne a carte lxvi. Et perche i membri particolari s'intendano meglio, io gli hò diſſegnati qui auanti al diritto nel Coliſeo proportionati alli proprij con i ſuoi caratteri che li chiamano.

Ad Amphitheatri partem exteriorem dimetiendam modò accedamus. Aedificium hoc è planicie in duorum graduum altitudinem aſſurgebat, ſecunda quidem gradatione palmorum quinque, prima verò palmorum duorum latitudinem obtinente: eius autem altitudo minor quàm palmaris vtique exiſtebat: Columnæ ipſius baſis ad duorum palmorum altitudinem vix certè pertingit, Doricæque baſis formam nequaquam imitatur: Columna palmorum quatuor minutorumque duorum craſſicie intumeſcit; palmorumque triginta octo inſuper & minutorum quinq; baſi capituloque ſimul adiunctis, altitudine definitur: Capitulum palmorum duorũ circiter altitudinem petit: Paraſtatæ ex vtroque columnæ ipſius latere conſtitutæ tripalmares, trium minutorum inſuper additione, eſſe videntur: Arcus palmorum viginti latitudine, & palmorum trigintatrium altitudine continetur: Ab imo arcu ad imum vſque epiſtylium palmi quinque minutaque ſex intercedunt: Epiſtylium in palmorum duorum, minutorumque octo, zophorus in palmorum trium minutorumque duorum, itemq; Coronix in tripalmarem duorumque minutorum altitudinem educuntur. Stylobata deinde ad alterum ordinem, Ionicum ſcilicet ſpectans, in palmos octo minutaque vndecim ſublimis aſcendit: Columna baſi capituloque ſimul conſociata, in palmorum xxxv erigitur altitudinem, & palmorum iiij craſſitudine inflatur: Paraſtatæ & arcus, ordinis inferioris iamiam expoſiti modulos imitantur, eo tantùm excepto, quòd arcus huiuſce altitudo in palmos xxx duntaxat effertur: Ab imo arcu ad imum vſque epiſtylium palmi v minutaque vj intercurrunt: Epiſtylium in palmorum trium, zophorus in palmorum duorum minutorumque ix, Coronix in palmorum trium minutorumque ix altitudinem ſcandit. De tertio ordine, Corinthio ſcilicet, tum propter eius ſimplicitatem, tum quia Ionici ordinis nuperrimè expoſiti modulos ad vnguem ferè ſectatur, nihil eſt quòd in præſentia loquamur. Quapropter quarti ordinis poſtremò, quem Compoſitum appellamus, declarationem aggredientes, ſtylobatam in palmos xii mox attolli dicemus; Regula ipſi quamprimùm ſuccedens, palmos iiij obtinet; Columna, baſi capituloque ſimul adiectis, palmorum xxxviij minutorumque vj altitudinem æquat; Epiſtylij, zophori, coronicíſque altitudo decempalmaris ferè eſſe conſpicitur; & in tres partes ſcinditur ac diſtribuitur, vna coronicæ, zophoro, cui mutuli adiungũtur, altera, poſtremaque epiſtylio tradita ac aſſignata. Verùm qua de cauſa Architectus ille mutulos zophoro apponendos eſſe iudicauit, nouum quidem inuentum, nec antea ab vllo fortaſſe excogitatum; quarto volumine capite viij Compoſiti ordinis pertractationem auſpicantes, ſententiam noſtram proferemus. Quarti ordinis huiuſce columnæ planæ vtique & quadratę, quę Antæ proprio vocabulo nuncupantur, exiſtunt, parumque eminentibus conſtãt expreſſionibus. Reliquæ autem omnes, quotquot extant, columnæ teretes eſſe videntur; duaſque tertias integræ perfectæque rotunditatis, extra pilas ipſas egrediuntur. Mutuli feneſtris deſuper incumbentes nonnullos ſuſtinebant rudentes, qui per coronicum foramina quædam traiecti dimittebantur; iiſque vela ſuper vniuerſum Amphitheatrum ad Solis æſtus declinandos, & repentinas tempeſtates cohibendas extenſa religari ſolebant. Cur autem columnæ ad vnam eandemque craſſitudinem omnes formatæ fuerunt, neque ſuperiores inferioribus, quemadmodum ratio efflagitare videtur, graciliores, exiſtunt, Vitruuio præſertim ſecundum ordinem à primo quartæ partis imminutione contrahente, quarto volumne de columnis agentes, ſententiam noſtram proferemus. Verùm, vt præclari huiuſce ædificii membra ſingula rectius intelligantur, ante Amphitheatri Orthographiam ea propriis characteribus diſtincta, & cum veris maximam profectò ſimilitudinem gerentia hic deſignauimus.





A
A
B
C
D
B
E
C
I
TVTT
TRE SÕ
À VNO
MODO.
G
H
D
E
F
G
H

Spelle città molto antica in terra di Roma hà vna porta veramente antica,& è di opera Dorica, quantunque non vi siano correnti, nè vani, nè anco chiodi, nè l'architraue; mà per le colonne, base, & capitelli, & per la vetustà io la giudicai antica : benche le due torri dalle bande si possono dir moderne quanto a gli ornamenti di sopra : nondimeno le torri sopra terra senza quelle cime potriano essere antiche : mà sia come esser voglia, la porta antica, la pianta della quale è quì sotto dimostrata, & il suo diritto sarà quì à canto . Fù misurata questa pianta col piede antico, la terza parte del quale è quì sotto. dall'vna all'alra torre sono piedi lxx. & la porta di mezo è piedi xx. in larghezza, ciascuna porta delle bande è larga piedi x. i pilastri frà l'vna, & l'altra porta sono in frõte piedi x. le altezze io non le misurai: mà tolsi la inuentione solamente in disegno, perche mi piacque. Le torri (come hò detto) per la bontà de' muri, & per le due lumache, che vi sono molto ben fatte, & vecchissime; io vò credendo che siano antiche, le qual torri sono per diametro piedi xxx. & vi è vna lumaca dentro larga sette piedi. A canto queste torri, nella parte interiore della città sono due stanze, vna per banda, possono essere da piedi xxv. per lunghezza, & in larghezza da piedi xij. le quali sono congiunte con l'altro edificio, & hanno le mura di assai buona grossezza, vna delle quali il vulgo la chiama la prigione di Orlando.


Ispolo, venusta quidem ciuitate Romane ditioni subiecta, ostium antiquum vtique, & Dorico opere, quanuis nec triglyphi, nec metopæ, nec guttæ epistylio insculptæ ibi adsint, elaboratum conspicitur: veruntamen columnis basibus, capitulisque diligenter consideratis, ædificij insuper vetustate concurrente, antiquum opus id esse arbitramur. Licet enim turres in lateribus constitutæ, superis earum partibus recentiores imitentur structuras : reliquæ tamen partes ipsarum, verticibus tantum exceptis, antiquitatem quandam potius redolere videntur. Quoquomodo tamen res esse dicatur, ostium opus, antiquum sane esse constat: cuius Ichnographiam primùm subiecimus, moxque eiusdem succedit Orthographia. Aream hanc veteri Romanorum pede, cuius tertiam partem hic designauimus, sumus olim dimensi. Inter ambas turres pedes lxx intercedunt : Medianum ostium pedum xx latitudinē occupat: Minoraque ostia ex vtroque latere constituta, in denos pedes dilatantur : Pilarum, quæ inter bina ostia mediæ collocantur, frontes pedibus denis terminantur. Altitudinum modulos nunquam hactenus explorauimus, sed inuentionis speciem admirati eam duntaxat perscripsimus. Quin turres, tum propter murorum firmitatem tum etiam propter interiores cochlides summo quidem artificio constructas vetustissimasque, antiquissimæ, prout iam admonuimus, existant, minimè dubitamus; earumque diametri in pedes xxx producuntur: Interior quinetiā coclea ibidem septempedali latitudine extat. Iuxta turrium partes interiores ciuitatem spectantes binæ ad latera cellæ consistunt, pedum xxv longitudinem, pedumque xij latitudinem obtinentes; quæ cæteris ædificij partibus adhærent, iustaque parietum crassitudine circunseptæ fuerunt : earumque alteram vulgus Orlandi carcerem passim appellat.

L'altra parte di questa pianta è simile in tutto e per tutto alla presente.

Altera pars huius Plantæ est huic omnino similis.





A
B
A
B



Frà le molte, e belle antichità, che sono in Verona, ci è vn'amphiteatro di opera rusti ca detto l'Arena dal vulgo: la pianta de quale è questa, che dinota anco parte del di ritto per fiãco, e come stauano i gradi quelle aperture che sono sopra i gradi erano porti celle, che da le scale di fuori metteuano cape sopra i detti gradi, per le qual poi se discēde ua a i luoghi diputati, secōdo i gradi, e le di gnità. Questa figura segnata . A. dimostra come stauano le dette porticelle ne i propri gradi. la figura segnata. B. rappresēta come erano le scale fatte ne i gradi da scendere, e da salire a i luoghi suoi, & āco si vede come i gradi erano īcastrati, e quei certi canaletti, che vi sono, erano per scolare le acque, & ā- co per le vrina del pcpolo senza nuocere ad alcuno, & āco i gradi erano alquāto pēdēti, sopra i quali mai si riteneuano le acque, ne le parti interiori de l'edificio ci son molte por

E' compluribus & præclaris, quæ Veronæ ad hæc vsque tempora perdurant, antiquitatibus Amphitheatrum quoddam, quod nun Arenæ sortitur appellationem, rustico opere perfectum habetur: eiusque en tibi area hic designata, ex qua laterum quoque erectione tali qua saltem ex parte innotescent. Apertiones illæ gradibus eminentiores ostiola quædam, quæ scalis extrinsecus appositis succedenti ad eosdem gradus aditum patefaciebant, ostendunt: vnde mox homines descendentes certas sedes singulorum conditionibus ac digni ta tibus conuenientes petebant. Figura quidem A, qua ratione ostiola proprijs gradationibus respondebant, perbellè demonstrant. A figura B, quomodo scalæ gradibus interpositæ descendētes atque ascendentes ad propria loca trasmittebant, eleganter designat; A l eiu autem aream dimetiendam pedem eundem, quo Polense Theatrum dimensi sumus, accipiemus. Ab extimis igitur partibus : ai ... o su ...




ticelle simili a le due quà giù basso, & anco di altra sorte, tutte di opera rustica. La pianta di questo edificio fù misurata col piede, che è misurato il theatro di Pola; e prima parlando de le parti di fuori; la grossezza de i pilastri è piedi otto, & vn terzo. la colonna laquale è piana, è piedi tre & vn terzo. la pilastrata, che toglie su l'arco è piedi due, e mezo. la larghezza de gli archi è piedi vndici, e mezo: mà i quattro principali sono maggiori. i pilastri per fianco sono piedi sei. il portico, che gira intorno, è largo piedi tredici, & è voltato à botte. il portico di mezo è largo piedi noue, e mezo pure a botte. il portico più interiore è largo piedi otto, e mezo, & è à botte: mà à le due entrate ci sono cinque portici spatiosi voltati sopra i pilastri, si come appare ne la pianta, e quello di mezo, come io dissi, è più largo degli altri. il rimanente circa le misure si potrà cõprendere da chi hà giudicio, & intelligentia.

pto, pilarum crassitudinem pedibus octonis tertiaque definiemus: Columnæque prætereà, quæ planæ esse videntur, tripedali crassitudine tertiaque parte insuper terminantur: Parastatæ arcum erigentes sustinentesque, bipedales ac semis existunt: Arcuum latitudo pedibus xj & sem. continetur: at quaterni arcus primarij, cæteris magnitudine & amplitudine præstant: Pilæ ad latera constitutæ, sexpedales esse dicuntur: Porticus circumambiens pedum xiij latitudinem obtinet, fornicataque constat conuersione: Mediana porticus deinde fornicea, item testudine tecta, in pedes ix ac semis expanditur & dilatatur: Porticus adhuc interior in pedum viii & semis latitudinem habet.

Quanto alla pianta dell' amphitheatro quì adietro io ne hò date le principali misure, & anco hò trattato parte del diritto. Hora darò notitia della parte di fuori, laqual opera non si può dire altro che rustica, & hauendo detto delle grossezze, e larghezze, più non replicarò, mà delle altezze per quanto io potrò ne darò notitia. E prima l'altezza del arco primo è piedi ventitre. l'altezza delle colonne è piedi xxvii. La forma dell'architraue, il fregio, e la cornice è piedi sei. il parapetto sopra esso è piedi due, e mezo. L'altezza del secondo arco è piedi xxiiii. e la sua larghezza è piedi dodici. L'altezza della colonna è piedi xxvii. e mezo. L'altezza delle cornici, del fregio, e della forma dell'architraue è piedi cinque, e mezo. Il parapetto del terzo ordine è piedi quattro, e mezo. La larghezza dell'arco è piedi noue & vn terzo. La sua altezza è piedi dicisette, e mezo. L'altezza de i pilastroni superiori, liquali sono piu larghi è piedi venti, e mezo, à iquali per quanto si comprende erano appoggiate statue di buona grandezza. La terza & vltima cornice è alta piedi v. mà io non trattierò le misure particolari delle cornici, perciochè con diligentia io le hò trasportate così picciole dalle proprie, proportionate a quelle, e saranno le prime nella seguente carta, e dopo quelle sarà il profilo della parte di fuori dell'amphitheatro: appresso del quale seguita la fronte d'vn pezzo della parte di fuori d'esso Amphitheatro, ilquale è tutto lauorato rusticamente, & è di pietra Veronese molto dura: mà le cornici sono lauorate vn poco piu delicatamente, lequali hanno forma diuersa da quelle di Roma, e paion della memoria di quelle dell' Amphitheatro di Pola. De la piazza di questo Amphitheatro, ilquale si dice Arena, tolto quel nome della Rena, che si spargeua dentro per i diuersi giuochi che si faceuano; io non hò veduto il fondo; mà per quanto mi fu riferito da alcuni vecchi Veronesi, finiti quei giuochi terrestri che vi si faceuano, presenti i spettatori veniuano acque per alcuni acquedotti, e riempiuano in poco spatio tutto quel luogo di acqua come vn lago, e con legni fatti à guisa di barche in diuerse maniere, e nò troppo grandi faceuano battaglie, e giuochi nauali: e così finiti i giuochi, e partiti i legni, aperte alcune portelle; le acque in breue spatio si disperdeuano, e il luogo rimaneua asciutto come prima, e questa, e maggior cosa si può credere, se noi vogliamo cõsiderare la grandezza dei Romani. Mà poi che della grandezza loro parliamo, sono in Verona sopra l'Adice fiume molto celebrato, due ponti antichi, doue frà vn ponte, e l'altro ci era vn bellissimo, e superbo spettacolo: sopra ilquale poteua stare gran numero di persone per vedere i giuochi nauali che nel fiume si faceuano, e questo tal spettacolo era lungo la ripa del fiume appoggiato à vn monte, & alquanto più sù nel monte era vn theatro, la scena del qual si congiungeua col spettacolo piu sotto: e perche (come hò detto) il theatro era nel monte fatto con molto artificio: sopra esso monte era vn'edificio grande, il quale superaua tutti gli altri: mà le ruine di questi edifici sono tante, e così abbatute dal tempo, che saria grande spesa, e consumamento di tempo à volerle ritrouare: mà hauendone io veduto alcuni membri in più parti del monte, mi dà stupore solo à pensarui. Et è ben ragione se i Romani fecero tal cose à Verona; perciochè egli è il più bel sito d'Italia per mio parere, e di pianure, e di colli, e di monti, & anco di acque, e sopra tutto gli huomini di questa Città sono molto generosi, e conuerseuoli.

Areæ Amphitheatri propositi modulos insigniores iam absoluisse, necnon laterum insuper erectiones aliqua ex parte saltem attigisse videmur: modò partem exteriorem, quæ rustico nimirum opere constat aggressi eius symmetrias nunc persequemur. Crassitudinibus autem & latitudinibus iam expeditis, altitudinum quoque commensus atq; rationes in præsentia afferre tentabimus. Primi quidem & infimi arcus altitudo pedibus xxiij definitur: Columnæ in pedes xxvij excitantur: Epistylium, zophorus, coronixq; in pedes senos assurgunt: Pluteus desuper incumbens, bipedalis & semis existit. Secundus deinde atque superior arcus pedum xxiiij altitudinem petit, & pedum xij latitudine terminatur: Columnæq; scapus, in pedes xxvii ac semis educitur: Coronix, zophorus, & epistylium pedum quinque ac semis altitudinem obtinet. Pluteus deinceps ad tertium supremumq; ordinem spectans, quadrupedalis & semis esse conspicitur: Arcus ipse in summo constitutus in pedes ix tertiamq; partem insuper dilatatur, & in pedes septendecim ac semis ascendit: Pilæ superiores, quæ cæteris latitudine præstant, in pedes vicenos ac semis attollũtur, eisq; statuas iusta magnitudine preditas olim incubuisse arbitramur: Verùm, quemadmodum ab incollis nonnullis natu grandioribus accepimus, ludis campestribus iam absolutis, spectatoribus nequaquam abeuntis, per aquæductus occultos fluuiales latices immittebantur, & breui plateam vniuersam lacunæ instar humores effusi inundabant: & lintribus nauiculisque inuectis, Neptunij ludi naualiaq; certamina maximo spectantium applausu agebantur. Quibus tandem perfectis, lintribusq; reuersis, per nares quasdam apertas aquæ defluentes breui temporis curriculo discedebant; adeò vt loci alueum, sicut antea, sicco pede postmodum transire vnicuique liceret. Quæ quidem etsi admiranda & incredibilia propemodum videantur: attamen si Romanæ potentiæ atque magnificentiæ meminerimus, & hæc, & his longè maiora vera extitisse facilè concedemus. Verùm posteaquam de præclaris Romanorum operibus sermonem instituimus, id superioribus etiam adiungere libet, quòd Veronę super Athesim celeberrimum nempe fluuium, quem Adicem nostrates appellãt, duo vetustissimi põtes extructi reperiuntur, inter quos perpulchrum & mirum certè spectaculum aderat: quò ingens hominum multitudo ad naualia certamina, quæ in flumine exercebantur, intuenda contemplandaq; confluebat. Spectaculum hoc ad ripam fluminis constitutum, montis à tergo impendẽtis latere nitebatur; & ad montis superiora deinceps theatrum quoddam accedebat, cuius Scena cum spectaculo, eo tamen inferior aliquantulum, coire videbatur: At cùm theatrum, vt modò diximus, in montis accliuitate summa nempe arte extructum elaboratũq; resideret, in summo iugo tandem amplum ædificium cæteris omnibus præponendum tanquã in specula quadam eminebat. Verùm hæc opera vetustate ac temporum iniuria ita diruta nunc consumptaq; iacent, vt ad fragmenta omnia perquirenda colligendaq; & temporis iactura maxima opus esset, & sumptus immodici necessariò essent adhibendi: At nos cùm membra nonnulla sparsim in monte cõspexerimus, reliqua deinde animo complectentes summa quidem afficimur admiratione, attonitique tandem obstupescimus. Nec tamen Romani præclara hæc opera temere aut inconsultò Veronæ extruxisse videntur: nec enim toto Italiæ ambitu, seu valliũ amœnitates, seu ridentes collium aspectus, seu ardua montium iuga, seu aquarum vitreos sinus & argenteos latices contempleris, locum vllum hoc iucundiorem inueniri posse censemus. Et quod magni inprimis vbique stimatur, ciues, qui vrbem hanc incolunt, & animi magnitudine, & morum suauitate quammaximè præstant.






Queste cornici, basamenti, e base sono reliquie di antichità. Questa quì sotto segnata A, cioe vna parte di colonna, l'architraue, il fregio, e la cornice con il basamento sopra, era tutta d'vn pezzo, e la sua altezza è da piedi xi. antiqui così proportionata, fu trouata fuori di Roma sopra il fiume Aniene detto teuerone al ponte numentano La cornice segnata B, fù ritrouata nei fondamenti di San Pietro, e Bramante la fece sotterrare nel medesimo luogo, tutti i membri erano d'vn pezzo, & era di altezza da sei piedi antichi, e questa è poroportionata alla propria. La base segnata C, è a S. Marco molto ben lauorata, & è di opera Corinthia non molto grande può essere in altezza circa vn piede e mezo, mà questa è proportionata alla propria. Il basamento segnato


Coronices, Stereobatæ, & B[illegible] designatæ antiquitatum fragmenta nonnulla à nobis olim conspecta referunt ac imitantur. Prima hæc designatio, A litera eam demonstrante, columnæ partem quandã ostendit: Epistylium, zophorus, coronixque, summo quinetiam stereobate adiuncto ex perpetuo continuoque lapide constabant; & ad pedum vndenum antiquorum altitudinem, singulis partibus iustissima ratione distributis, conscendebant. Fragmentum hoc extra vrbem ad flumen Anienem, quem nunc vulgus Tuberonem appellat, ponte Nomentano fuit olim repertum. Altera deinde coronix B signo inscripta, in fundamentis Basilicæ Petri constituendis est adinuenta, & Bramantis iussu ibidem reposita fuit ac restituta. Membra cuncta ex vno per-

D, fù trouato in piazza Capranica, e fù disfatto, mà era molto ben lauorato. L'altezza delle base senza il zocco è palmi due, e tutti i suoi membri proportionati. La base segnata E, non era molto grande, la qual fù trouata frà certe ruine, e per l'astragalo ch'ella hà sopra il toro superiore io la giudico Composita, e benche di tutti i membri io non ne dia notitia, sono nondimeno da grandi a piccioli trasportati proportionalmente.

petuoque lapide constabant, ipsaq; ad sex pedum antiquiorum altitudinem pertingebat: Subiectamque à nobis exemplar veros modulos propriasque symmetrias ad vnguem profecto imitatur. Basis C ad Diui Marci ædem egregiè quidem elaborata, Corinthioque opere effecta conspicitur; nec in insignem extollitur altitudinem, verùm sesquipedalis tantùm existit: præsensq; designatio ad veram eius formam quã proxime accedit. D stereobata in platea, quam Capranicam vocant, fuit adinuentus; & quanuis maximo artificio insculptus, dissolutus tamen dissipatusque fuit: Basis ipsa, si plinthum detraxeris, bipalmarem ferme altitudinem obtinet, cunctaque eius membra miram vtique retinent proportionem ac symmetriam. Postremò basis E, quam ruinis compluribus inuolutam atque sepultam inuenerunt haud excellenti quidem magnitudinem prædita videbatur: nosque, astragali toro superiori desuper incumbentis ratione animaduersa, Compositam eam extitisse iudicamus. Quanuis autem membrorum cunctorum formas ac symmetrias sigillatim hic minime persequamur, e maioribus tamen in minora spatia ad proportionis regulam huc a nobis translata traductaque illa fuisse firmissime asseueramus.




A Pola Città in Dalmatia è questo Amphitheatro nel mezo de la Città, & è ancora molto integro: ilquale edificio non hà altro che l'ala prima di fuori con quei quattro contraforti di tre pilastri l'vno, liquali per quanto io credo furono fatti per fortezza, per esser questa ala di maro cosi abbandonata. mà quanto a la veduta eglino sono grati à l'occhio, si che de l'edificio non fu fatto cosa alcuna se non i muri segnati A. Questo Amphitheatro fù misurato con vn piede moderno, la metà del quale sarà quì sotto la pianta. la latitudine degli archi è piedi noue, & oncie due: mà i quattro archi principali sono in latitudine piedi quindici, & oncie quattro. la fronte de i pilastri è piedi quattro, & oncie due. la colonna è piedi due, & oncie due. le pilastrate dale bande sono ciascuna piede vno. i pilastri per fianco sono piedi cinque, & oncie tre. frà i pilastri per contraforti à gli altri pilastri è piedi tre, & oncie quattro.



Quanto alla pianta dell'Amphiteatro di Pola hò trattato a sufficienza quì adietro, hora è necessario trattare del diritto, e comminciando nelle parti da basso, quanto al basamento egli non hà termine di misure: che per causa del monte non hà equalità, anzi nel monte si viene a perdere non solamente il piedestalo; mà si perde tutto l'ordine primo degli archi con tutta la sua cornice superiore: onde il monte è l'altezza del piano del secondo ordine, e però dell'altezza del basamento non darò misura alcuna, mà comminciando dal basamento in sù, l'altezza del piedestalo sotto la colonna è piedi due e mezo. L'Altezza della colonna col capitello è piedi xvi. in circa. l'altezza dell'arco è piedi xvii. e mezo l'altezza dell architraue e piede vno & oncie ix. l'altezza del fregio e oncie ix. l'altezza della cornice e piede vno, & oncie x. l'altezza del parapetto sopra la cornice e di tanta altezza, quanto la cornice. l'altezza della colonna e piedi xxi. & oncie ix. computando il capitello. L'altezza dell'arco e piedi xviii, & oncia vna. larchiuolto e alto piede vno, & oncie ix. l'altezza dell'architraue, del fregio, e della cornice, e come l'altra disotto. Il basamento segnato X, e piedi quattro, & oncie iiij. da i basamenti fin sotto la cornice è piedi xix. l'altezza della cornice è piedi vno, e mezo, e questo è quanto al diritto dell'Amphitheatro, ilquale è nella carta seguente segnato P, e perche (come hò detto nel trattato della pianta) questo Amphitheatro hà da quattro lati alcuni pilastri i quali furono fatti per fortezza, e per contraforti del muro cosi abbandonato senza cosa alcuna dentro, hò voluto dimostrare come essi stauano: e però la figura segnata Q. dinota il fianco d'essi cõtraforti, e la parte segnata H, rappresenta vn pilastro, e la parte segnata I, dinota il profilo del muro dell'amphitheatro, e frà il pilastro H, e'l muro I, e vn transito di piedi tre, & vn terzo, talmente, che vi passano senza impedimento due huomini à paro, e questi contraforti hanno a ciascuno ordine il suo suolo, doue stauano persone, mà non vi sono scale, ne vestigio alcuno di scale, mà certo si adoperauano nobilmente, come ne fanno fede alcuni trafori di pietre dauanti ad alcune finestre. E perche le cornici di questo edificio siano meglio intese, io le hò fatte in forma vn poco maggiore quì a canto al contraforte, acciò si possino misurare, & anco conoscere i membri, perche cosi stanno le proprie à punto. La maniera di questi corniciamenti è molto differenti da quelle di Roma, come si può vedere, & io per me non faria cornici come quelle dell'Amphitheatro di Roma nelle mie opere: mà di quelle dell'edificio di Pola si bene me ne seruiria: perche elle sono di miglior maniera, e meglio intese, e tengo per certo che quel fusse vn'altro Architetto differente da questo, e perauentura fù Tedesco: percioche le cornici del Coliseo hanno alquanto della maniera Tedesca.

Polensis Amphitheatri Ichnographiam iam expediuimus, modò ad eiusdem Orthographiam explorandam accedemus. Quapropter ab infimis partibus exordientes, stereobatæ primùm nullos commensuum terminos assignabimus aut statuemus; nec enim montis accliuitate impediente, propriam planiciem æqualitatem ve ille obtinet: quinimo propter montis eiusdem cliuum haud stylobatæ tantùm, verùm totus insuper primorum arcuum ordo, coronixque eorum superior deperduntur; & montis ipsius iugum ad planiciei secundi ordinis altitudinẽ coæquatur. Infimi igitur stereobatæ altitudine prætermissa minimeque dimensa, & ad partes superiores oratione traducta, stylobatæ columnæ fulciendæ suppositi altitudinem bipedalem & semis esse dicemus: Columna, capitulo simul adiecto, pedum xvj circiter altitudinem petit: Epistylium in pedem vnum ac dodrantem assurgit: Zophori altitudo dodrantalis existit: Coronix in pedem vnum & dextantem ascendit: Plutei supra coronicem mox collocati altitudo, coronicis eiusdem altitudinem æquat: Columnaque superior, si capitulum simul addideris, in pedes xxj & dodrantem erigitur: Arcus pedum xviij vnciæque vnius & arcuata conuersio pedis vnius & dodrantis altitudine terminatur: Epistylium, zophorus, coronixque, membrorum eorundem inferiorum sibi similium & æqualium omnino modò dimensas altitudines consequuntur. Stereobatæ, quem X consonante inscriptum intueris, altitudo quadrupedalis & trientalis insuper esse videtur: à quo ad coronicis vsque ipsius initium pedes xix intercedunt: Coronixque deinde pedalem ac semis altitudinem habet. Et hæc de Amphitheatri propositi Orthographia dicta sufficiunt, quam sequenti pagina P consonante designatam statim offendes. Verùm quoniam, vt in areæ descriptione iam habitum fuit, præsens Amphitheatrum quatuor circumcirca lateribus triplicium pilarum aciebus, tanquam vacui & omni introrsus auxilio destituti parietis armamentis & minutionibus quibusdam firmatur: earum situm atq; collocationem intuentium oculis hic subijciendam curauimus. Quapropter figura Q, muniminum & anteridum eiusmodi latera; H, pilarum speciem; & I demum, parietis Amphitheatri Orthographiam designat: Et inter pilam H & I parietem tripedale ac trientale spatium insuper intercurrit, adeò vt viri duo iuxta pariterque deambulantes commodissimè illàc transire possent. Prædictorum autem anteridum atque adminiculorum, quæ Contrafortia nostrates appellant, singuli ordines proprium vtique solum ad spectantium aliquot comitatum excipiendum quammaximè opportunum habere cõperiuntur: verùm nec scalæ ibi adsunt, nec scalarum vlla prorsus extant vestigia. At solorum huiuscemodi vsus, quemadmodum lapides ante fenestrarum nonnullarum apertiones constituti atque perterebrati testantur, ingenuis tantùm & nobilioribus viris peruius existebat. Vt autem ædificij huiusce coronices facilius dilucidiusque intelligantur, eas iuxta anteriden forma aliquantulum ampliore, vt membra scilicet tum aptius dimetiri tum commodius quoque intelligere homines valeant, separatim designauimus: cùm veris etenim formis exempla hæc à nobis descripta perbellè quidem conuenire & concordare videntur. Præsentes autem coronices, quemadmodum planè constat, à Romani Amphitheatri suprà iam designatis coronicibus quamplurimum vtique diffident. Nosque, si animi nostri sensum depromere licet, in coronicibus extruendis nunquam mehercle Romani Amphitheatri, sed Polensis potius exempla vestigiaque sequeremur: harũ etenim coronicum genera & maiorem operi venustatem adijciunt, & maiorem quoque artificis industriam atque solertiam præferunt. Quinimo id firmissimè nobis persuademus, bina hæc Amphitheatra nequaquam ex vno eodemque artifice, verùm è diuersis potius & dissimillimis prodijsse Romaniq; Amphitheatri conditorem Germanum forsitan quempiam extitisse suspicamur: coronices enim ibi appositæ, Germanorum ædificiorum mores & ritus nonnihil profectò sapere ac redolere videntur.






A monte Cauallo in Roma, doue al presente sono quei caualli di Prassitele, & di Fidia: sono i vestigi d'vn superbo palazzo: vna parte del quale era sul monte, ma la parte delle scale era appoggiata al monte, si come nel profilo quì a canto si potrà vedere. La pianta di questo edifidio fù misurata con vn braccio, la quarta parte del quale sarà quì sotto. & prima ne'nicchi T, & N fù trouato il Teuere, & il Nilo, che

Sub Quirinali, quem Caballinum nunc montem appellant, vbi scilicet equi illi Praxitelis Phidięq; manu tam egregiè elaborati consistunt, preclaræ ædis regijque domicilij nonnulla hodiernis quoq temporibus vestigia supersunt: cuius pars altera quidem montis iugo insidebat, reliqua autem scalis subnixa montis eiusdem vertici recumbebat, quemadmodum ex Orthographia à nobis apposita clarissime constat. Aedificij


al presẽte ſono in Beluedere. Quel luogo A, è vna ſtrada, la larghezza della quale è braccia x. La parte B, è braccia xij. per quadro. La parte C, è braccia xxxvi. in lunghezza, & braccia xviij. in larghezza. Il cortile D, è braccia xxxvi. per quadro. Le loggie intorno ſono larghe braccia iiii. La parte oppoſita al C, B, è di vguale miſura. La larghezza delle quattro ſcale è braccia iiii. per ciaſcuna. I luoghi E, ſono due cortili, ciaſcun de i quali è in lunghezza braccia lxii. & mezo. Le loggie F, ſono larghe braccia xiii. le ſcale maggiori per ſalire al piano del palazzo ſono in larghezza braccia xi. la parte preſſo gli angoli K, è in larghezza braccia xii. & mezo & in lunghezza braccia xvi. & mezo, Quelle parti H, ſono contraforti per ſoſtenere le ſcale, La parte G, è vn cortile, che daua luce a i luoghi di dentro. Le due aperture I, ſono l'entrate delle ſcale. & l'edificio cominciaua doue ſi appoggiano le ſcale. & il fronteſpicio coſi ſuperbo era nel mezo dell'dificio di tanta larghezza, quanto tiene la la parte di mezo ſenza i cortili, & ſenza le loggie. Le due figure K, & croce, che ſono li ſotto appartatamente: vna dinota vn'angolo dell'edificio più diffuſamente diſegnata, & l'altra dinota vn'angolo del cortile di mezo,


huiuſce area brachiali menſura, cuius quartam partem hic ſubſcriptam intueris, fuit perluſtrata: At nos ad pedalem elegantiſſimè redigemus, brachiis ſingulis in pedes binos permutatis, & brachij vnius quadrante infrà notato ad ſemipedalem quantitatem ſignificandam aſſumpto. Nec enim brachialem hanc recentiorum menſuram cum cubito omninò conuenire, ſepæ iam antea admonuimus, cùm brachium ad cubitum eandemmet rationem, quam quatuor ad tria, obtinere luce clarius conſtet. Idq; lectorem imprimis admonendum exiſtimamus, in ſcaphis ſeu conchis T & N, Tyberis Nilique preſtantiſſimorum fluminum ſimulacra olim reperta, ad Vaticanum Pontificum hortum exornandum fuiſſe deinde translata. A, ſemitam ſeu itionem quandam pedum xx latitudinem obtinentem deſignat: B ſingulis quadratorum lateribus pedes xxiiii diſtribuit: C, in pedum lxxii longitudinem, & in pedum xxxvi latitudinem porrigitur: Periſtylium D in quadrati formam compoſitum, lateribus ſingulis pedum lxxii extenſionem largitur: Porticus ex vtraq; parte collocatæ, pedum viii latitudinem habent: ſpatia, quæ ipſis C & B ex aduerſo reſpõdent, æquales prorſus cum iis modulos ſortiuntur: Quatuor ſcalarum hinc inde coniectarum latitudines, octopedales exiſtunt: E, ſinus duos, quorum vterq; in pedum cxxviii longitudinem, & in pedum cxxv latitudinem excurrit, deſignat: Porticus F, in pedum xxvi latitudinem porriguntur: Scalæ primariæ ad palatii ſolum pauimentum veaſcendentes, pedum xxij latitudinem aſſequuntur: Spatium iuxta angulos K ſitum & collocatum, pedum xxv latitudine, & pedum xxxiij longitudine definitur: Partes ambæ H litera inſcriptæ, ad ſcalarum ſuſtentationem excogitatæ fuerunt: G, xyſtum ſeu aream, vnde lumen ad interiora loca penetrabat, oſtendit; Ambæ apertiones, I litera demonſtrante, ad ſcalarum radices imaque exordia conſiſtunt; ipſaque ædificij ſtructura, ex ſumma ſcalarum gradatione atque terminatione initium capiebat: Duæ figuræ poſtremò K litera connotatæ, & crucis imago, quam infrà ſeorſum deſcriptam intueris; illæ quidem angulum ædificii diligentiſſimè conſcriptum demonſtrant, hæc autem angulum xyſti mediani formatum clariſſimè patefacit.





Le tre figure quì sotto sono membri del palazzo, che è quì à canto. La parte di sotto in forma picciola rappresenta il profilo della parte dinanzi del palazzo, cioè le scale, per lequali si saliua al piano dell'edificio, per esser quello nel monte, & erano molto magnifiche, e commode. La parte sopra il monte doue sono le colonne segnate. F. viene ad esser il fiaco del'edificio di mezo, cioè le loggie fuori del corpo d'esso edificio. questa colonna segnata F. in forma maggiore è la colōna del'angolo del frontespicio dauanti, laquale è quadra: mà tutte l'altre sono tōde percioche ne l'angolo non si comporta vna colonna tonda, hauēdo sopra l'architraue con gli altri membri. gli angoli dei quali non posano sul viuo de la colōna. questa colōna quadra ne la parte da basso è grossa braccia tre, e ne la parte di sopra è grossa braccia due, e due terzi. L'altezza sua con la base e'l capitello è braccia xxix. & è canellata da alto à basso. l'altezza de l'architraue è braccia due, e mezo, & altrettanto è il fregio, nelquale è scolpito vn bel fregio di bonissimo rilieuo. l'altezza di tutta la cornice che corre per fianco è braccia tre, & vn'ottauo, e tutti i membri sono proportionati al proprio cornicione, il fregio delquale è lungo cento braccia. il cornicione col frontespicio e tutto d'vn pezzo di marmo quanto tengono tre modiglioni. il frontespicio alzaua nel mezo la sesta parte di essa altezza.

Tres subscriptæ figuræ superbi huiusce ædificij membra sigillatim proponit. Infima quidem, anterioris partis ædium Orthographiam forma angustiore imitatur; scalasq;, per quas ad ædificij solū in mōtis iugo constitutū ascēdētes ferebātur, perbellè designat: magnificæq;, nimirū & scādētibus quāmaximè cōmodæ scalæ hæ olim fuisse existimantur. Pars mōtis dorso incūbēs, quo loci columnæ F litera inscriptæ statuūtur, mediani ædificii latus, porticus videlicet extra solidā ædificii ipsius structurā procurrētes, demōstrat. Columna autē hæc āpliori forma designata, & E literæ indicio à reliquis seiūcta, ad fastigii anterioris āgulū cōstituitur; ipsaq; vna quadratā sibi formā assūpsit, cæteris omnibus tereti figura circūscriptis definitisque: & iurè quidē, nec enim angularis columna, cùm epistyliū mēbraq; cætera, quorū anguli columnæ ipsius solido nequaquā innitūtur, supra se receptura videatur, teres rotūda ve esse debet. Quadrata igitur hæc columna ima quidē parte sexpedali, summa autē quadrupedali ac semi circiter crassitudine terminatur; &, basi insuper capituloq; simul adiectis, in pedes lviii erigitur ab imoque ad summū canaliculis distincta, striataq; vniuersa ferè esse conspicitur: Epistilii itéque zophori altitudo quinquepedalis existit, ipseq; zophorus egregia eminet scalptura; totiusque coronicis obliquè circū ābientis altitudo in pedes senos & quartā assurgit, mēbraque omnia propriæ quāoptimè respondent coronici, cuius zophorus in cc pedū extenditur longitudinē: Coronix, fastigiò quoq; simul adiecto, pro triū mutulorū spatio, ex vno perpetuoqu marmor cōstat; fastigiīque pars mediana sexta reliquę altitudinis par e eminba...











La figura quì sotto rappresenta la pianta dell'edificio, & anco rappresenta il cielo de i lacunari sopra le colonne, e fù misurata col piede, colquale è misurato il theatro di Pola: e prima la grossezza del muro e piedi tre, e mezo. Frà l'vn muro, e l'altro è piedi quattro, e mezo, frà il muro, e le colonne è piedi cinque, e tre quarti, e così è lo internallo da colonna a colonna. La grossezza di vna colonna è piedi due, & vn quarto: In questo edificio non ci si vede habitatione alcuna, ne anco vestigio di scale per salire ad alto: mà ben si comprende che continuaua in maggior grandezza, doue in altro luogo ci poteuano esser scale, & habitationi, e veramente questo edificio integro douea hauere presentia grande per il gran numero delle colonne che vi erano, e per i ricchissimi ornamenti.


Admiranda quidem opera & complurium formarum varietate insignia à Romanis olim extructa fuerunt, quorum vsus propter ruinas & excidia dignosci aut percipi minimè potest: idq; verum esse præsentis ædificij, quod Seueri Septizonium appellant, argumento potissimum confirmatur. Subscripta figura ædificij aream, & lacunarium columnis desuper incumbentium, conuexa repræsentat: & eodem pedis genere, quo Polense Theatrum a nobis descriptum, suos expedit absolutque commensus. Parietis crassitudo tripedalis ac semis primum existit; Spatium inter ambos parietes deinde interiectum, quadrupedale semique esse videtur: Inter parietem atque columnas pedes quini, tribus quartis adiūctis, medij intercedunt: Idemq; prorsus intercolumniorum interuallū habetur: Singulæq; columnæ bipedalem & quadrantalem insuper crassitudinem obtinent. In hoc autem ædificio nec vllæ adsunt habitationes, nec ascendentium scalarū vlla prorsus extant vestigia, at longè maiorē eius amplitudinem quandoq; extitisse perspicitur; adeoq; alijs locis & cubicula, & triclinia, & scalas forsitan extructas fuisse arbitramur: ipsumque integrum ædificium, tum propter colūnarum multitudinem, tum etiam propter insignes ornamentorum apparatus, magnificum inprimis & superbum contemplantibus aspectum olim exhibuisse censemus.






I Romani per la grandezza dell'animo sempre cercarono di far cose, le quali dimostrassero quanto eglino fussero potenti e generosi in tutte le attioni in mare & in terra, onde per il commodo di Roma fecero questo marauiglioso porto di Ostia, il quale veramente e per la commodità, e per la grandezza de gli edifici, e sopra tutto per la fortezza sua, se gli può dire mirabile, & è di forma esagona, cioè di sei faccie, & ogni faccia è per longitudine cxvi. canne, & ogni canna è palmi x. da queste principal misure si potrà comprendere la grandezza sua, ogni faccia haueua vn spacioso cortile con le loggie intorno, e quattro appartamēti di magazzeni circondati dalle loggie con vna ambulatione nel mezo, e lungo la ripa sù le acque erano per ordine tronchi di colonne, ai quai si legauano le naui, & alla bocca del porto erano assai torrioni per guardarlo da gli nimici bisognando, e perche in così picciola forma, mal si possono comprendere gli appartamenti: io gli ho dissegnati in maggior forma quì sotto appartatamente.

Romani quidem ob animi magnitudinem atq; præstantiam semper ea conati aggressique fuerunt, quæ & terrestrem & naualem eorum potentiam declarare, Romanorumque ingeniorum vim atq; solertiam patefacere possent. Quapropter vrbis securitati inprimis & commodo consulentes, mirificum illum Ostiæ portum condiderunt: qui & propter summam loci opportunitatem, & propter superbas ædificiorum moles, & propter tutam præsertim & inexpugnabilem operis rationē, vix pro meritis laudari vnquam commendari ve poterit. Exagona igitur forma, sex videlicet lateribus circunscripta, Ostiensi huic portui fuit attributa, lateraque singula M c l x palmorum longitudine finiuntur: ex quo constructionis huiusce amplitudo, satis, ut ratior, percipi iudicarique potest. Latera autem singula peramplum spatiosumque Xystum porticibus vndequaque circunseptum, & quaternas horreorum, quæ porticuum eorundem complexu continebantur, diuisiones ambulatione media quadam intercedente, comprehendunt. Secundum litus deinde ad mare, columnarum trunci miro quodam ordine instructi dispositique iacebant, quibus nauium retinacula alligari solebant. In portus denique faucibus turres complures, tum ad hostes propulsados ac reprimendos, tum ad portum ipsum defendendum atque tuendum, tanquam propagnacula mira arte composita residebant. Quoniam autem in pusillis exemplaribus rerum diuisiones vix percipi queunt, idcirco formis aliquantò maioribus eas sigillatim hic designauimus.




Frà le ruine di Roma si trouano molte cose, per le quali non si può comprendere che cosa fussero: e nondimeno ci si veggono alcune ruine abbattute dal tempo, dalle quali si comprende la grandezza de gli animi Romani. Onde la seguente antiquità è molto bene intesa, per quello che ancora si vede: la qual si chiama la Basilica del foro transitorio, e la sua grandezza si può imaginare dall'altezza di quelle colonne, ancora che non si vegga il finimento suo, perche la cornice superiore non vi è, ne anco si troua lì intorno cornice alcuna, che si possa cōprēder che fusse sopra tal'edificio. Questa ruina fù misurata cō vn braccio moderno diuiso in minuti lx. la metà del quale e fra gli obelischi. Queste colonne erano eleuate dal piano sette gradi di comoda altezza. La grossezza della colonna segnata C, è tre braccia nella parte da basso, e nella parte superiore sotto il capitello e braccia due, e minuti xl. l'altezza d'essa colonna senza la base e'l capitello è braccia xxiiii. e minuti lv. l'altezza della sua base è bracio vno e mezo. L altitudine del capitelo è braccia tre, e minuti xxvi. l'archtraue è braccia due e minuti xxiii. la cornice frà la colonna e la contracolonna, la qual cornice è notata D, è in altezza bracio vno e minuti xlviii: la cornice di sopra (come hò detto) nō vi è la contracolonna è piana, & è della medesima proportione della tonda, e diminuisce di sopra medesimamente. il capitello è come vno di quei del Pātheon. La base segnata C, è posta lì a cāto in maggior forma, e proportionata di misure alla propria, e similmente la cornice notata D, si vede ancora in maggior forma. Hò narratole misure della colonna maggiore, hora io tratterò della minore segnata B, la qual colonna hà sotto vn bellissimo basamento, l'altezza del quale è da sei braccia. La grossezza della colonna è braccia vno & vn terzo, & è minuita alla proportione dell'altra. la sua altezza con la base e'l capitello è braccia tredici e due terzi. l'altezza della base è per la metà della colōna, & è di quei medesimi membri della grande proportionata a quella. L'altezza del capitello è braccio vno, e mezo, il qual capilello è molto ben lauorato, e la sua forma piu diffusa, & in maggior grandezza si trouerà nel principio dell'ordine Composito nel mio libro quarto, questa colonna è di misto molto duro, & e striata come dinota la figura lì presso, & hà la sua contracolonna di basso rilieuo della medesima forma. L'architraue, il fregio, e la cornice sopra questa colonna e circa quattro braccia: la qual cornice hà i modiglioni senza i denticoli, & e simile a quella del Pantheon, e per quanto io compresi queste colonne minori seruiuano per ornamento di vna porta della Basilica.

Romanarum antiquitatum complures extant, quæ etsi vel temporis vetustatæ collapsæ, vel hostium immanitate quondam euersæ fuerunt, adeò vt nec certum nec firmum de ipsis iudicium possit afferri; tamen ex nonnullis earum fragmentis, Romanorum magnificentiam & magnanimitatem contemplari admirariq; licet: in cuius nempe rei confirmationem vetustum hoc, quod subsequitur, ædificium à solerti nimirum & sapiente aliquo Architecto, prout vestigia satis superq; indicare videntur, compositum proferemus. Fori autem transitorij Basilica ædes hæc appellari consueuit; eiusque amplitudo atque maiestas è columnarum altitudinibus, quarum tamen, superiori deficiente corona, summæ terminationes nequaquam apparent, conijci potest: quinimo nec vllæ prorsus circumcirca ibi adsunt coronæ, vt quondam structuræ genus superis ædificij huiusce partibus incūberet, dignoscere valeamus. Antiquum hoc opus brachiali mensura à recentioribus inuenta, & in sexaginta minuta diuisa, cuius tertiam partem inter Obeliscos suprà iam designatam reperies, à Serlio fuit olim perlustratum: At nos Latini sermonis nequaquam immemores, brachialium horum modulorum numerum geminantes eos in pedales rectissime conuertemus, singulis pedibus in sexaginta minuta nunc distributis, adeò vt brachiale vnumquodq; minutum binis minutis pedalibus æquale prorsus existat. Præsentis autem ædificii columnæ, septem mediocris altitudinis gradationibus à planicie distabant: Columnæ C litera inscriptæ crassitudo ima quidem eius parte sexpedalis, parte verò superiori sub capitulo constituta quinquepedalis, minutis viginti superadiectis, esse videtur: Eademq; columna, basi capituloq; sublatis, pedum xlix minutorumq; quinquaginta altitudinem petit: Basis autē in pedes ternos, capitulumq; in pedes senos minutaq; lij sublimia assurgunt: Epistylium in pedes quaternos & minuta xlvi conscendit: Corona inter columnam & pilā columnæ oppositam collocata, & D signo à cæteris seiuncta, tripedalem minutorumque xxxvi altitudinem obtinet: Superior quidem corona, vt iam admonuimus, nulla extare perspicitur: Pila columnæ obiecta, plana nimirum quadrataq; existit, & eandē omnino teretis columnæ proportionem consequitur, parsque eius superior hic quoque haud aliter quàm ibi contrahitur: Capitulum, Panthei ipsius capitulorum formam atq; rationem sectatur: Basis C, ampliori forma separatim à nobis designata conspicitur, & veros exemplaris sui modulos ad vnguem profectò imitatur: Itemque coronicem D, maiori forma descriptam à nobis hic esse constat. Verumenimuero maioris columnæ symmetriis iam expressis declaratisque, B columnæ minoris quoque commensus nunc persequamur: quæ quidem elegantissimo stereobate ei subiecto, ad pedum duodenum circiter altitudinem pertingente, fulcitur ac sustentatur. Columna igitur hæc bipedali primùm, duabus tertiis adiectis, crassitudine terminatur; & in superis partibus contrahendis, columnæ maioris iam habitam consequitur proportionem: eademque basi capituloque simul assumptis, pedum xxvii tertiæque partis insuper altitudinem petit: Basis seorsum altitudo dimidiam columnæ crassitudinem æquat; & ex iisdem membris, ex quibus superior columna iam declarata, & cum membris illius maximam vtique proportionem gerentibus constituta esse videtur: Capitulū in pedes ternos ascendit, egregiè quidem elaboratum, eiusque ampliorem atq; patentiorem designationem mox sub Compositi generis exordiis quarto volumine habebis: Eademq; columna rursus ex duriore constat mixtura, necnon striata insuper, proxima hoc innuente figura, esse perspicitur; pilamque compressis signis modice prominentem, & formæ eiusdem omnino sibi habet obiectam: Membra denique, quæ summæ incumbunt columnæ, epistylium videlicet, zophorus, atq; coronix, in pedes octonos circiter attolluntur: Coronaque mutulos, absque denticulis tamen, gestat insculptos, & ad Panthei coronicem quamproximè accedit. Quantum autem coniicere potuimus, minores generis huiusce columnæ ad Basilicæ fores quasdam exornandas atque condecorandas quamplurimum conducebant.


D
D
C
C


Questo Ponte già si diceua de i Senatori altri lo diceuano ponte Palatino, ma al presente si dice ponte Santa Maria, & anco Ponte Sisto.

Pontem hunc Senatorium, nonnullique Palatinum olim dicebant: At nunc Sanctæ Mariæ Pontem, & Pontem Xystum quoque uulgus appellat.




Questo Ponte si chiama pons Miluius, ma vulgarmente se gli dice ponte molle.

Pons hic Miluius nuncupatur; at uulgus Mollem Pontem eum appellare consueuit.




In Roma sono molti ponti fatti da i Romani antichi, & anco fuori di essa, & in più parti d'Italia ne sono in diuersi luoghi: de i quali io non tratterò, ma solamente mostrerò la inuentione di quattro, da i quali si potrà comprendere il modo, che teneuano gli antichi a fare i suoi ponti. Il ponte qui sotto si dice ponte Sant' Angelo, percioche è sopra il Teuere appresso castel Sant' Angelo; ilquale fù sepolcro d'Adriano, & ai tempi moderni è stato ridutto in fortezza, e si chiamaua anticamente ponte Elio, tolto il nome da Elio Adriano.

Pontes complures tum in vrbe, tum extra vrbem, sparsimque diuersis Italiæ regionibus a Romanis olim constructi reperiuntur: Verum, cæteris omissis, quatuor duntaxat propter solertem eorum inuentionem in medium nunc proposuimus: vnde antiquorum in pontibus extruendis modus ratioque facillimè deducuntur. Pontem subscriptum Sancti Angeli pontem vocitare nunc omnes consueuerunt, & meritò quidem; cùm Tyberinis aquis subterfluentibus, propè minutissimum illud castrum Angelo custodi ac presidi sacrum superior ipse immineat: ibi nanque Adriani monumentum antea extitisse memoratur, quod a posteris deinde in arcis inexpugnabilis formam speciemque redactum permutatumque fuit. Pontem autem, ab Ælio Adriano cognomine indito, Ælium quoque antiquiores nuncupare solebant.




Il ponte qui sotto designato, già si diceua ponte Tarpeio, altri lo diceuano ponte Fabricio, a nostri tempo se gli dice ponte di quattro capi.

Pontem infrà designatum Tarpeium nonnulli, alijque Fabricium olim vocarunt: at nunc Quadricipitem eum vulgus appellat.




Frà l'altre Therme che sono in Roma io trouo queste Antoniane essere meglio intese delle altre per mio parere: e benche quelle di Diocletiano siano maggiori; nondimeno io trouo in queste più belli accompagnamenti, e corrispondentie in tutte le parti, che non sono nelle altre: percioche nella piazza B, C, si poteua fare ogni bellissimo giuoco, & trionfo senza impedimento alcuno. E perche le Therme erano fatte principalmente per i bagni, oltre che à diuersi giuochi si adoperassero; la conserua delle acque era di dietro l'edificio segnato A, doue che dagli acquedotti sempre ripiene seruiuano a tal bisogno.

E Thermarum complurium, quæ Romæ extant, copia, & multitudine Antonianæ, mea quidem sententia, cæteris præferendæ esse uidentur: Et quamuis Diocletianæ maiori ambitu atque amplitudine continentur; Antonianas tamen hic designatas, tum propter membrorum aptiorem collocationem elegantioremque distributionem, tum propter miram singularum partium conuenientiam, cæteris omnibus anteponendas esse minimè dubitabamus. In platea namque B C quæcunque ludorum genera, & spectaculorum insignes magnificique apparatus, absque ulla prorsus impeditione, commodissimè instrui poterant. Verùm cùm Thermarum usus, inseruirent, ac balnea tamen potissimum referrentur: idcircò in A parte edificij huiusce posteriore aquarum receptacula seruabantur, quæ aquæductuum ministerio perpetuis humoribus affluentia, lauantium usibus commodisque maximas nimirum præstabant opportunitates.




Queſta pianta è miſurata con vn braccio moderno, la terza parte del quale ſarà quì al latto dell'edificio, e la linea che è per mezo della piazza, e di braccia cento, mediante la quale ſi potranno trouare quaſi tutte le miſure, delle quai per non eſſer prolisſo non narrerò il tutto, ma ſolamente dirò di alcune coſe principali: e prima vn di quei luoghi nella conſerua delle acque è lungo braccia trenta, e largo braccia x vi. la parte ſegnata X, è lunga braccia lxxxi. e larga braccia xliv. lo edificio rotondo ſegnato D, è per diametro braccia lxviii. la piazza B, C, è in longitudine da braccia ſettecento. La parte di mezo ſegnata G, è in longitudine circa cento e cinque braccia, & in latitudine da braccia lx.

Præſens areæ ſymmetriæ brachiali quadam menſura à recentioribus excogitata, cuius tertiam partem ad latus ædificij poſitam intueris commenſæ fuerunt; lineaque illa in media platea conſtituta centenos brachialium horum modulorum deſignat, eaque duce cuncta ferè areæ propoſitæ ſpatia dimetiri licebit. Nos tamen brachiales hoſce modulos in pedales commutabimus; adeo que linea ad latus appoſita duas pedis unius tertias æquabit, lineaque altera in media reſidens platea pedes ducentes ſignificabit. Primum igitur ſingula aquarum caſtella pedum lx. longitudine, pedum que xxxij. latitudine terminantur: Pars deinde X conſonante rotata, in pedum clxij. longitudinem, & in pedum lxxviij latitudinem excurrit: Rotunditas D, diametrum pedum cxxxvj. medium an[illegible] Platea B C. in pedes Mcccc continuatur atque producitur; Pars media G, ſigno demonſtrata, pedum ccx longitudine, & pedum cxx. latitudinem terminatur.




Perche nella pianta passata per la minutezza delle cose non si possono cosi ben conoscere i membri particolari; hò voluto in queste due faccie dimostrarne a parte per parte alcuni membri più diffusamente, si come l'ingegnoso Architetto per via de caratteri gli sapra conoscere, scontrandogli con la pianta integra.

Cùm in superiori Ichnographia, propter partium omnium in vnum congestarum obscuritatem exilitatemque, singula membra ægrè cognoscantur ac discernantur; idcircò in subsequentibus ambabus designationibus, membrorum nonnullorum expressiores imagines vberioraque exempla seorsum constituemus; quemadmodum perspicacissimus Architetus, characterem notis animaduersis, iisque cum Ichnographia iam habita collatis, facillimè nimirum percipiet.




Quantunque le figure qui sotto siano così disordinate, e di più pezzi; il prudente Architetto auuertirà che sono membri delle Therme passate; hauendo riguardo alle lettere, che vi sono poste dentro: che scontrandole ritrouera qual parte sono, & auuertisca bene che la parte qui sotto H, & X, và separata da quella parte segnata F, e che le figure qui sotto s'intendono tre parti de membri separati, quantunque siano appresso l'vn l'altro per accommodarli nelle stampe: e questo è a fine che i membri si possino meglio conoscere, & intendere: nè vi hò posto le misure particolari, imperoche l'Architetto si valerà più dell'inuentione che delle misure.

Et si subiectæ figuræ confusæ, & ex pluribus partibus conflatæ videantur, eas tamen Thermarum superiorum membra significare industrius mox intelliget Architectus: literarum præsertim, quæ sparsim signatæ fuerunt, indicijs quamprimum eius mentem excutientib. & ad superiorem Ichnographiam statim reuocantibus. Id unum tamen admonendum eum esse iudicamus, nempe duo illa membra H & X, a reliqua designationis parte F littera inscripta, esse abiungenda: figurasque insuper hic collocatas, quamuis angustis excudentium formarum finibus interclusæ sese propemodum contingere uideantur, ternas tamen membrorum separatorum abiunctorumque imagines præseferre: s eorumque segregatio ad structuræ totius pleniorem cognitionem, & faciliorem intelligentiam nos profecto conducet. Proprios autem modulos nequaquam hic duximus recensendos, propterea quod Architecto inuentionis potius, quam modulorum rationem usui futuram existimamus.




Le Therme di Tito sono minori delle altre, e però dal vulgo sono dette le Therme minori: nondimeno per mio parere elle sono bene ordinate. La pianta di queste Therme è misurata col palmo antico, il quale è quì adietro, e prima, il diametro della forma rotonda segnata A, e circa cl. palmi. La parte B, e in longitudine da palmi lxxx. e la latitudine palmi cinquant'vno. La parte C, e palmi lxxx. in longitudine, & in latitudine palmi lx. la forma D, e ln longitudine palmi cento per diametro, & il vestibulo E, e circa palmi cinquanta. La parte F, e lunga da cxx. palmi. La sua larghezza, e da palmi lxx. La parte G, di otto faccie è circa palmi cento. La parte rotonda H, e da palmi cl. per diametro, la parte I, e cento piedi, & è di due quadri in circa. Le due parti K, sono palmi xxx. per ogni lato. La parte L, e in lunghezza da palmi cxxv. la sua larghezza è palmi xxx. la rotondità M, e per diametro circa palmi cxx. la parte N, e lunga palmi cxlviii. e larga palmi lvii. la parte O, è il medesimo, la conserua delle acque sara quì a canto.

Titi Romanorum Imperatoris thermæ cæteris quidem minores existunt, unde haud immeritò minorum Thermarum uulgo appellationem obtinuerunt: eas tamen propter laudabilem ordinem quammaximè commendamus. Aream autem palmo Romanorum antiquo, quem in Antonianarum thermarum modulis recensendis sumus commensi. Rotundæ igitur formæ, quam A uocali inscriptam intueris, diameter palmorum cl circiter magnitudine terminatur: B, palmorum lxxx longitudine palmorum lj latitudine definitur: C, palmos lxxx in longitudinem, & palmos lx in latitudinem peruagatur: D, si diametrum eius spectes in palmos centum excurrit; Itemq; vestibulum E, diametro eius sumpto in palmos quinquaginta circiter extenditur: F, palmorum cxx longitudinem, & palmorum lxx latitudinem propemodum obtinet: G, figura octo lateribus circunscripta, ad palmos ferè centum conscendit; Rotunditas H diameter, ad palmos cl pertingit; I, figura, ad centenos pedes consurgit, & ex duobus quadratis ferè constituta videtur: Bina spatia K, vndequaque palmos sortiuntur xxx: L, palmorum cxxv longitudinem, & palmorum xxx latitudinem petit: Orbicularis figuræ M diameter, palmos cxx sortitur: N & item O, palmorum cxlviij longitudine, & palmorum lvij latitudine constringuntur. Aquarum autem castella, & receptacula mox describemus.




La conserua delle acque delle Therme di Tito è mirabile, e di grande artificio: percioche gli archi di queste conserue sono posti con tal ordine, che stando vna persona nel mezo di vno gli vede tutti per traguardo. Questo è quel luogo che'l vulgo lo dice le sette sale; perche in effetto i spatii sono di numero settenario, e cosi le porte per traguardo sono sette per ogni verso. La grossezza de i muri è piedi quattro e mezo. La latitudine degli archi è piedi sei, dall'vno all'altro arco è piedi ventisette. La latitudine da vn muro all'altro è circa piedi xv. e sono voltati a botte di vna conueniente altezza. I muri, e le volte sono smaltate d'vna durissima materia.

Castella & receptacula aquarum in Titi ipsius Thermis constituta, propter maximum eorum artificium, summa nempe admiratione prosequenda videntur: arcus enim huiuscemodi receptacula aperientes eo sibi inuicem ordine succedunt, ut si medius aliquis in eorum quocunque constiterit, mox continenti oculorum obtutu cæteros omnes percurrere possit. Hunc locum nempe uulgus Septem Atriorum cognomine appellat, & iure quidem, cùm & spatia media numero septenario, contineãtur, & ostiorum insuper directi conuersique aspectus undequaque septenarij existant. Parietum crassitudines, quadrupedales ac semis esse conspiciuntur: Arcus in sex pedum latitudinem porriguntur, ab unoque eorum ad alterum pedum uigintiseptem interuallum habetur: Itemque ab vno pariete ad alterum pedes quindeni circiter intercedunt: Tectaque in fornicis morem inflexa, iustam & conuenientem altitudinem assequuntur. Parietum autem & fornicum incrustationes siue tectoria, exduriore quippe constant materia.




Questo edificio si dice ch'era il portico di Pōpeio, altri lo dicono la Casa di Mario, mà dal vulgo è detto Cacabario, ilquale edificio si comprende, ch'era solamente per negotiare, perche non ci è habitatione alcuna, mà era di molta grandezza, benche al presente è quasi tutto ruinato, ma tiene gran paese, e per molte case si vede di questo edificio nelle parti terrene, e doue è quella linea è al presente la via che và da cāpo Fiore a piazza giudea, e doue è la croce sono le case di santa Croce, doue è il G, è piazza giudea, doue è lo M, sono i macellari, doue è il C, è lo Cimitero di santo Saluatore, doue è il C, tagliato, e a fronte la casa di Cesis. Si che di quì si può comprendere la sua grandezza. Le tre rotondità erano scale per salire di sopra le due rotondità vacue: perche non ci sono vestigi di scale, si può comprendere ch'erano luoghi discoperti per la cōmodità del pisciare, perche tal cose sono necessarie. La pianta di questo è misurata col medesimo braccio, col quale si misurò il teatro di Marcello: laqual misura si trouerà nella seguēte carta fra gli obelischi, e sarà mezo braccio di trēta minuti. E prima la grossezza de i pilastri e braccia tre e mezo. La grossezza delle colonne e braccia due. Gli intercolunnii sono braccia noue e mezo per tutti i versi. I pilastri de gli angoli sono tanto maggiori de gli altri, quanto è quell'angolo, che è su la cantonata, ilquale veramente fu fatto con bonissimo giuditio, perche ei toglie ben sù tutto quell'angolo, e con fortezza, e con bellezza di opera; e di quì potranno imparare molti Architetti, come si possono fare gli angoli con le colonne, e con i pilastri legati insieme, accioche la cantonata venga al traguardo delle colonne: laqual cosa dà più sodezza à l'angolo; che se il detto angolo fusse ritirato al traguardo de i pilastri di mezo: percioche quegli angoli, ouero cantonieri, che saranno ritirati in dentro, se la faccia sarà guardata per linea diagonale, doue che la colonna tonda occupi l'angolo; parerà a i riguardanti a tal veduta, che detto angolo sia imperfetto. e però (come ho detto di sopra) io lodo molto questa cantonata per essere vaghissimamente veduta per tutti i lati.




Præsens hoc ædificium Pompeianam porticum, alij verò Marij domicilium quondam fuisse arbitrantur, at hominum vulgus Cacabarium nunc ipsum appellat: quod cùm nullam prorsus habitationū opportunitatem commoditatemue præstet, negotiantium tantummodo vsibus olim inferuisse videtur. Amplissimus autem & longè lateque discurrens hoc ædificium quondam fuisse existimatur: & quanuis dirutum ac deformatum vniuersum ferè nunc esse conspicitur, loca tamen quamplurima nunc quoque ambitu suo complectitur: structuræque huiusce notæ adhuc atque vestigia in ædium complurium humilioribus terrenisque partibus offenduntur. Lineaque illa inprimis viam a Floræ ipsius campo ad Iudaicam plateam nunc tendentem designat; Crux, Sāctæ Crucis honestissimę quidem familiæ ædes ostendit: D, Iudaicum forum demonstrat; M, Macelli ipsius locum figurat: C, bustuarium ad Seruatoris ædem constitutum proponit; C media linea intercisum, nobilissimæ Cesiorum familiæ anteriorem domum respectat. Ex quibus expositi nunc edificij magnitudo amplitudoque mox iudicari, & colligi potest. Tres illæ delineatæ rotunditates tanquam scalæ quædam ad supera loca petenda conscendendaque homines perducebant. Duas autem vacuas inanesq; rotunditates, quia nulla prorsus scalarum ibi apparent vestigia, ad lotij expulsionem atq; ad mingentium necessitatem sub diuo constructas olim fuisse credēdum videtur. Aedificij huiusce aream brachialibus ijsdē modulis, quibus Marcelli theatrū superius adductum metitur, tertiamq; brachialis mensuræ quantitatem, ex minutis scilicet viginti constantem, inter obeliscos postmodum descriptam reperies. At nos brachialibus modulis, vt sæpius iam admonuimus, in pedales conduplicatis, singulisque pedibus in sexaginta minuta distinctis adeò vt brachiales minutum vnumquodque in duo minuta pedalia discendatur: & tertia brachialis mensuræ quantitate in duas pedis vnius tertias permutata, negotium nostrum expeditissimè transigemus. Pilæ igitur septempedali columnæque quadrupedali crassitudine finiuntur: Intercolumnia cuncta, pedum undeuiginti interuallo distinguuntur; Angulares pilæ cæteris tanto maiores existunt, quantum angulus ille ad versuram cōstitutus efflagitare videtur; quod optimo nimirum consilio summoque iudicio factū esse constat, hoc enim ad anguli eductionem operum soliditate, & elegantia muniendam atq; condecorandam quamplurium certè conducit. Ita nanque angulorum soliditati longè melius, quam si ipsi ad medianarum pilarū seriem directi deductique fuissent, consultum atque prospectum apparet: Anguli etenim, qui ad intimas partes secedūt, si latus illud per diagonalem postmodum lineam aspexerimus, rotundiore columna angulum ipsum occupante, huic prospectus rationi atque collocationi imperfectiores certè videbuntur.

Quanto alla pianta di questo edificio ho detto a bastanza, hora fa di mestiero ch'io dia qualche notitia della sua forma sopra terra, quantunque non se ne veggano tropi vestigi: nondimeno se n'è pur trouato tanto in piede, benche nascoso: che si è compreso almeno la scorza di fuori: la qual veramente è ingeniosa inuentione per vna opera soda, e massimamente l'ordine primo, il quale si puo dir Dorico, quantunque egli non habbia ne architraue, ne triglyphi, ne cornice: ma ben ci è la forma, e fatta molto ingeniosamente, e con gran fortezza, e con belle legature sì di pietra viua, come di pietra cotta, come si vede nella figura seguente. Circa le grossezze de i pilastri, e delle colonne, & anco la latitudine degli archi s'è detto quì adietro, ma delle altezze dirò. L'altezza delle colonne con la base e'l capitello è braccia dicisette. L'altezza degli archi è braccia quindici, l'altezza del conio, ouero chiaue, che è sopra l'arco è braccia due, l'altezza di quelle legature, che sono in luogo d'architraue è braccia due scarse, & altrettanto è la fascia sopra esse. Questo secondo ordine pare incomportabile per eßer vn sodo di pilastro sopra vn vano, cosa veramente falsa quanto alla ragione: nondimeno per eßere l'ordine primo così sodo, e per il conio sopra l'arco, e quel contraconio sopra eßo cō quella fascia soda di sopra, e per le spalle de gl'archi molto gagliarde, le quai tutte cose rappresentano tal fortezza, come è in effetto, che i pilastri che vi posano sopra, pare che non grauino così l'arco di sotto, come fariano se fusse vn'arco semplice col suo architraue, fregio, e cornice, siche per tal ragioni in tal soggetto io non biasimo questa inuentione, la latitudine di questi archi di sopra è braccia quattro, e l'altitudine è braccia noue la grossezza de' pilastri è braccia due e vn terzo, la grossezza de le colōne è braccia vno, & vn sesto, la sua altezza, è bracia vndici, & vn'ottauo con la base e'l capitello: & è opera Corinthia, l'altezza dell'architraue fregio, e cornice, è braccia due, e tre quarti: benche dei membri di questa cornice, fregio, & architraue non posso dare particolar misure per non ci essere tal cose in opera: ma solamente ci è tanto di muro, per il quale si può comprendere l'altezza della detta cornice, fregio, & architraue.

De huiusce quidem ædificij area satis superque locuti iam sumus, modò ad partium in sublime sese attollentium formam atq; dispositionem explicandam accedamus, etsi rei huiusce vestigia pauca admodum nunc superesse conspiciuntur: Attamen ex parte ea, quæ etsi recondita, incolumis tamen adhuc seruatur, exterioris crustę saltem notitiam assequemur. Ingeniosum enim mehercle, si operis soliditatem perpenderis, commentum hoc esse intelliges, primo ordine præsertim, quem etsi epistylio, triglyphis, coroniceque destitutum, Doricum tamen appellare licebit, perspecto: Doricum enim genus, Doricamq; formam subtiliter admodum elaboratam, & operum soliditate ac firmitate præstantem, cum pluribus insuper tum naturalium saxorum tum lateritij operis quoque artificiosis compactionibus atque connexionibus adiunctis, vt ex subiecta patet designatione, ibi adesse cognouimus. Pilarum quidem columnarumque simul crassitudines, & arcuum præterea latitudines iam declaratæ expeditæque fuerunt, nunc ad altitudines explicandas, dimetiendasque transeamus. Columnarum scapi, basibus capitulisque simul adiectis, in pedes xxxiv eriguntur: Arcus deinde in pedes xxx attolluntur: Cunei ipsi arcui desuper incumbentis altitudo quadrupedalis existit: Compactiones illæ superiores epistylij rationem habentes, in quaternos ferè pedes assurgunt: totidemq. pedes fasciæ eis superpositæ obtigerunt. Verùm alter ordo deinceps, propterea quòd ante pilæ mediæ superioris pōdus, subiecti arcus innititur apertioni; res quidē ab ædificandi rationi quāmaximè abhorrēs, vix profectò ferendus aut tolerandus videtur. Attamen cū & propter cuneum arcui mox imminētē; & propter anticuneū cuneo desuper impendētē, & propter fascię summas partes obtinentis vires atq; soliditatē, & propter laterū arcus ipsius robur ac firmitatem, primus ordo quam firmissimus ac solidissimus existat: hinc pilas superiores structuræ huic subiectę validissimeq. innitentes, arcū inferiorē haud tā grauiter depressisse contingit; velut si arcus, epistylio, zophoro, coroniceq. tantūmodo superadditis, simpliciori quadā ratione extructus fuisset. Quapropter his rationibus persuasi, & eiusmodi substructionis genere animaduerso, inuentum hoc improbandum nequaquā existimamus. Superiores arcus in pedes octo nos dilatātur & in pedes duodeuiginti conscendunt: Pilæ quadrupedali duarumq. tertiarum, Columnæ verò bipedali tertieq. partis insuper crassitudine finiūtur: Eædemq. basium vnà & capitulorum adiectione, in pedes xxij. quadrante superaddito, mox eriguntur, Corinthioq. opere constant: Epistylium, zophorus, coronixq; in pedes quinos ac semis assurgunt; etsi coronicis, zophori, epistylijq. huiusce membra sigillatim dimetiri nequaquam potuimus: nec enim hæc distincta aut expressa reperiuntur, sed tantum vtiq. parietis ibi emineret conspicitur, vt triū prædictorum altitudinem definire valeamus.



Le Therme Diocletiane sono veramente vn ricchissimo edificio, per quanto si comprende nelle ruine, che ancora si veggono sopra terra, & oltra gli appartamenti grandissimi, e di varie forme, che vi sono con ricchi ornamenti, il gran numero di colonne, e di buona grossezza che vi erano, è gran testimonie della grandezza sua. E certo del compartimento di questa pianta l'ingenioso Architetto ne potrà cauare buon construtto per le diuerse forme che vi sono. La quale è misurata col palmo antico, ma perche in questa pianta ho più atteso alla inuentione che ad altra cosa: io non vi pongo le misure particolari, che in vero ci saria troppo da narrare: ma con ogni diligenza io l' hò trasportata in picciola forma proportionata di maniera, che'l diligente Architetto presso a poco potrà trouare la misura delle cose adoperando i palmi piccioli, che sono nel mezo circolo in quella linea partita in parti dieci, & ogni parte è palmi dieci, e la linea è in tutto palmi cento: si che pigliando il compasso in mano si potranno comprendere in parte le misure di questo edificio, circa il diritto del quale io non ho voluto dissegnare cosa alcuna per tre cagioni. Prima per le grã ruine, che poco d'integro si comprende. Seconda, per la difficultà del misurarle. Terza, perche in vero, per quanto si vede, questo edificio non fu fatto a quel felice secolo de i buoni Architetti, anzi si veggono di molte discordantie, e disordini, ma bene grandissima ricchezza di ornamenti. E perche in questa così minuta pianta non si può ben mostrare la forma de i membri, nella seguente carta dimostrarò la parte di mezo più diffusamente.




Thermæ Diocletianæ, prout reliquiæ ſupra terram extantes adhuc confirmant, lautum profectò ac ſplendidiſſimum opus præſeferunt : præter enim ingentes ac varias locorum diſtributiones, necnon immodicos & inſignes ornamentorum apparatus, maxima columnarum ibi quondam exiſtentium copia & multitudo, admirandaque earumdem craſſitudo ædificij amplitudinem & maieſtatem affatim demonſtrant. Quinimo artificioſa areæ ipſius diſtributio, propter formarum inde prouenientium varietatem, ſolerti induſtrioque Architecto vſui quamplurimum futura videtur. At cum in præſenti Ichnographia ad inuentionis potius quam ad rei cuiuſcumque alterius rationem animum adiecerimus, idcirco à modulis ſigillatim recenſendis, quibus diutius nimirum inſiſtendum fuiſſet, nunc abſtinebimus hoc vno contenti, quòd areæ formam atque diſpoſitionem, ea diligentia inprimis adhibita, eaque proportione ad unguem obſeruata; in puſillum hoc exemplar collegimus atque contraximus; vt induſtrius Architectus minoribus palmis, quos in hemicyclo linea illa in decem partes diſtributa expreſſos figuratoſq; intueris, ſingulis partibus videlicet palmos decem ſignificantibus, totaq. linea palmos centum deſignante, ſingulorum membrorũ ſymmetrias atque commenſus propèmodum ualeat adinuenire; moxque, circini opera adiuuante, pleroſq. ædificij huiuſce modulos aſſequetur. Frontium autem & laterum deſignationem tribus rationibus potiſſimum adducti hic prætermittimus : tum ſcilicet propter ruinarum vndiq; circumſtantium, ut parum admodum ædificij integrum incolumeq. ſuperſit, deformitates : tum etiam propter dimenſionum capiendarum incommoda atque difficultates, tũ poſtremò, quoniam opus hoc, prout conijcere licet, nequaquã priſca illa aureaq. præſtantiſſimorum Architectorum ætate extructumcompoſitumque fuiſſe videtur : quinimo, etſi ornamẽtorum ſumptuoſis & magnificis conſtet apparatibus, diſcrepantiæ tamẽ aſymmetriæ, & errores complures ibi adeſſe perſpiciuntur. Quoniam autem in exili adeò anguſtaque Ichnographia ſingulorum membrorũ rationes formæq. vix dignoſcuntur, idcirco ſequenti pagina medianæ ſtructuræ partes clariori & euidentiori pictura mox diſtinguentur.




Per essere (come hò detto quì adietro) la pianta delle Therme Diocletiano ridotta in così picciola forma, mal si possono comprendere le cose a membro per membro: e però io ho voluto dimostrarne almeno vna parte in forma vn poco maggiore, laquale è quì sotto, e viene ad essere la parte di mezo come dinota la lettera A, e così quella linea ch'è nel mezo, è cento palmi, onde il diligente Architetto potrà col compasso trouar quasi tutte le misure.

Cùm, vt modò admonuimus, Diocletianarum Thermarum Ichnographia angustis adeò spatijs finibusque conclusa, propriæ singulorum membrorum dispositiones vix innotescant: idcirco partem medianam A litetæ nota indicioque à reliquis seiunctam, ampliori hic forma subiecimus ac designauimus. Quapropter linea illa media palmos centum significante, mox diligens Architectus ea duce, circinique opera insuper adiuuante, cunctos ferè modulos ex sese inueniet atque comperiet.




Circa sette miglia appreßo il Cairo si troua vna piramide, della quale io ne dimostrerò la forma, & anco ne darò le misure. Questa piramide fù misurata a uarchi, cioè con lo giusto paßeggiare, & un uarco uiene a essere alquanto più di tre palmi antiqui. La base per ogni lato è da uarchi cclxx. & è di quadrato perfetto: questa è tutta di pietra viua, e molto dura, e li pezzi sono aßai lunghi, e sono posti di modo in opera, che ui si puote salire fino alla sommità, mà con discommodo grande; perche l'altezza d'ogni pezzo è da tre palmi, e mezo; e non hanno tanto di piano che vi si poßa commodamente posare il piede. Il numero de i pezzi dalla base fino alla sommità sono da ccx. e sono tutti d'una altezza di tutta la maßa è quanto la sua base. Questa piramide si tiene che fuße un sepolcro, percioche dentro ui è una stanza, nel mezo della quale è una gran pietra: onde si presume che lì sopra ui fuße qualche sepolcro di ualore, in questa stanza si uà con gran difficoltà; perche ne l'entrata si troua a man sinistra una scala di pietra, laquale si uolge dentro della piramide, ma rimane nel mezo un precipitio grande, ilquale mette spauento à chi lo considera, per le qual scale si uà alla detta stanza. Circa alla metà di questa piramide è un'altra entrata; ma serrata di sorte che non ui si può andare. Nella sommità di questa ui è un bel piano di circa otto uarchi per ogni quadro, doue si conosce questo eßere il piano che fù fatto nel tempo che fù finita la piramide: e che non era acuta: laquale è ancora tutta integra, eccetto che qualche pietra è uscita alquanto del suo luogo. Poco discosto dalla piramide è una testa di pietra uiua con parte del busto, tutta d'un pezzo, e solamente la faccia sua è da dieci uarchi: laqual figura è di brutto aspetto, e dispiaceuole in uista, & in questa ci sono alcune grotte con lettere Egittie, per le quali si comprende che fußero sepolture.

Septem millibus passuum circiter a Memphitica vrbe distantem Pyramidem quandam reperiri autumant; cuius & formam & modulos simul exponemus, Pyramidis huiusce commensus iustis passuum interuallis fuerunt; singulorumque passuum magnitudo trium palmorum antiquiorum modulos aliquantulum excessisse putatur. Singula quadratæ basis latera passus cclxx. circiter complectuntur; vniuersaque Pyramis ex rediuiuo & præduro lapide constat, eiusque præcinctiones in satis conuenientem longitudinem extenduntur; itaque toto opere aptantur ac disponuntur, vt ad summum verticem vsque, etsi quammaximè difficilem incommodumque, præstent ascensum: Singulæ etenim tripalmerem ac semis circiter altitudinem petunt, nec tantum vtique prominentis planiciei nactæ fuerunt, vt scandentium vestigia ijs tutò commodeve possint inniti. A basi autem vsque ad verticem ducentæ circiter ac decem præcinctiones habentur, singulæque eandem prorsus altitudinem obtinent, adeò vt structuræ totius altitudo basis suppositæ latitudini æqualis omnino videatur. In media autē Pyramidis eiusdem præcinctione vestibulum aliud interius extat, verum obstructum adeò obstipatumque, vt penetrari minimè queat. Postremò in verticem planum quatuor lateribus, quibus singulis octo passuum assignatur interuallum, terminatum conclusumque residet planumque hoc, pyramide iam extructa absolutaque, vltimo loco tandem confectum & impositum fuit, summasq; eius partes nequaquam in mucronis seu cuspidis formam acuminatam prodijsse hac ratione clarissimè apparet. Tota autem exactam perfectamque integritatem suam adhuc seruare retinereq; conspicitur, nisi quod propter operis diuturnitatem lapides nonnulli è proprijs sedibus aliquantulum exturbati diuulsique fuerunt. Haud procul a Pyramide humani capitis simulachrum summo reliqui corporis trunco adhærens spectatur, quod ex viuo lapide eoque perpetuo constat; faciesque tantummodo octo passuum sibi vendicat interuallum, & trucem nimirum atque deformem retinet aspectum: ibique specus nonnulli atque hiatus interiores Ægyptijs literis inscripti cernuntur, qui antiquissimam sepurchralium monumentorum speciem formamque præseferunt.



Quantunque i Greci fussero i primi inuentori della buona Architettura come n'è testimonio il nostro precettore Vitruuio, & anco diuersi autori: nondimeno per le gran guerre, e per esser stati dominati quei popoli da più potentati, e nationi, sono cosi spogliati quei luoghi, che nella Grecia poche cose si veggono sopra terra. Ma per quanto mi è riferito da alcuni, ci sono ancora i vestigi d'vn'edicio, ilquale per quanto si comprende era di cento colonne, l'altezza delle quali era tanta, che ancora a nostri tempi per esserne alcuna in piede: vn gagliardo braccio d'vn'huomo non ha potuto cacciare tanto vna picciola pietra, che quella sia giunta alla sommità d'vna colonna, la quale due huomeni non la possono cingere coi bracci loro: e perche ad vn'angolo si vede vn sodo cinto da quattro colonne, ma poco sopra terra, e molto ruinata; si considera che fussero scale per la quali si salisse sopra questo edificio, ilquale si comprende che fusse vn portico, sopra del quale si facessero alcune cerimonie, acciò meglio fussero vedute da tutto il popolo, la pianta dal quale edificio è qui sotto dimostrata.

Quanuis Greci, tum Vitruuij tum aliorum etiam grauissimorum authorum testimonio, primi Architecturam inuenisse, fundasse, atq; excoluisse memorentur; tamen tum propter ingentes bellorum tumultus, tum etiam propter nationum exterarum complurium diuersis temporibus in Græcos sæuissimam acerbissimamque tyrannidem, Græcorum regiones adeò uexatæ, destructæ, profligatæ remanserunt, ut perquam paucorum ædificiorum uestigia è tellure paululum sese ibi attollere conspiciantur, at nonnullis nobis renunciantibus, signa adhuc & notæ ædificij cuiusdam apparent; quod, prout iudicari fas est, centum in sublime columnis ad tantam utique altitudinem eductis extollebatur, ut cùm earum nonnullæ ad hæc usque tempora incolumes supersint, fortis quispiam & robustissimus uir pusillum aliquod saxum in altum adeò ut columnæ apicem attingeret, emittere, propellereque nunquam potuerit, nec totam eius crassitudinem duo uiri apertis & expansis manibus complecti simul ualuerint. Quoniam uerò in angulis solida nonnulla quaternis precincta columnis, sed propter ruinarum uastitates è terra parum admodum emergentia conspiciuntur: ea scalarum usus ad summas ædificij partes conscendendas, atque opportunitates olim præstitisse censentur, ibiq; porticum antiquitus extitisse homines arbitrantur; in eiusque partibus eminentioribus sacrificia fortasse aliaue consimilia ad cultum diuinum attinentia, ut ab uniuerso populo spectari commodius posent, peragi, à sacerdotibus olim consueuisse opinantur. Ædificij autem aream infra subscriptam designatamque contemplare.



Benche di questo edificio (come ho detto) non se ne vegga sopra terra altro che alcune colonne: e che anco io non habbia hauuto misura alcuna particolare ne veduto con gli occhi miei tal cosa: nondimeno hò io voluto mettere in dissegno questo edificio, se non come egli staua, almeno come io lo intendo. & ancora che tal cosa non fusse mai stata in questo modo, chi la facesse in vna campagna, & alquanto eleuata dal piano di terra: io crederia che tal cosa facesse vn superbo vedere, e massimamente con quei quattro obelischi sù gli angoli. La grossezza delle prime colonne io la imagino palmi cinque almeno, e la sua altezza da palmi 53. con le basi, & i capitelli. L'altezza dell'architraue, del fregio, e del la cornice può essere da dieci palmi: e perche le basi delle colonne seconde non fussero occupate dalla cornice, che i riguardanti da basso le potessero vedere saria necessario vna eleuatione di gradi di quella altezza, che la prospettiua lo comportasse e questo secondo ordine, io saria di parere ch'ei diminuisce dal primo la quarta parte, si come in più luoghi hò nel mio libro quarto E quelli che non accettaranno questa cosa per vera: perche io non l'hò veduta, onde per vera affermare non la posso, la piglino per vna chimera, e per vn sogno: ma bene è il vero che in Grecia si trouaua vn portico di cento colonne, & alcuni vogliono dire, che le colonne del portico del Pantheon fussero di quelle.

Quamuis præsentis ædificij, quemadmodum iam diximus, præter columnas nonnullas nihil reliqui supra terram extare videatur: nec modulos eius certos aut definitos ab alijs acceperimus, quinimo nec eius formam speciem ue oculis vnquam contemplati fuerimus: exemplum tamen ipsius etsi haud verum fortasse, verisimile tamen nobisque probabile hic conscribere placuit. Etsi autē nullum huic simile ab Architecto formatum hucusque aut extructum opus fuisset: siquis tamen in patentiori aliqua planicie ædificium in sublime excitatum hac ratione perduceret, magnificum illud nimirum atque superbum, quatuor præsertim angularium Obeliscorum magnitudine concurrente, futurum esse iudicarem. Columnarum inferiorum crassitudines, quinque palmares saltem fore pronunciamus: earumque crassitudines, basibus capitulisque simul adiunctis, palmis liij circiter definimus: Epistylio, zophoro, coronicique, palmorum denum circiter altitudinem tribuimus. Ne autem superioris ordinis columnarum bases à coronæ substantis proiectura vllum acciperent impedimentum, quin ex infimo loco spectantes eas discernere possent gradationum aliquot ad eam utiq; altitudinem, quæ opticæ rationi consentanea foret, scandentium ascensio columnarum secundarum basibus necessariò esset subijcienda: & secundum hunc ordinem quartę partis subductione, quemadmodum quarto volumine sæpesæpius admonuimus, primo humiliorem atque graciliorem esse debere existimamus. Siqui autem nostrum hoc ædificij genus tamquam verum minimè admittent (nec enim id alicubi nos unquam vidisse meminimus) ipsum tamquam fictum, & commentitium quiddam saltem accipient. Illud tamen pro comperto firmissimè asseueramus, in Græcia porticum centum columnis insignem olim extitisse. Quinetiam hoc nonnulli addidisse videntur, nempe columnas, quæ in Panthei ipsius porticu consistunt, inde Romam traductas & exportatas fuisse.




Trouasi in Gierusalemme in vn monte di sasso assai sodo, incauato per artificio di mano, e con ferri, vn'edificio di buona grandezza, nel modo che quì sotto e dissegnato; & acciochè per la grandezza della stanza di mezo ella non hauesse a ruinare: gli furono lassati quei due pilastroni maggiori nel mezo, e queì due mezani dalle bande, & i due minori dinanzi, i quali pilastri tengono vna volta fatta per forza di scarpello cosi grossamente. Nella prima entrata ci sono quattro capellette. Nella parte di mezo ci sono diciotto capellette. Nell'altra parte più interiore ci sono due capellette, & vna porta chiusa: la qual dinota che si andaua più innanzi, e queste capellette erano luoghi, doue si sepelliuano i Rè di Gierusalemme, la minima capelletta non dee essere di minor larghezza, che la lunghezza di vn'huomo, e di quì si può comprendere la grandezza di tutto l'edificio. Le capellette cauate nel monte sono nel modo dimostrato quì sotto nella figura A, B, e questo luogo non ha luce alcuna, ne si comprende che per alcun tempo vi fusse, per esser questo sotto vn monte di buona grandezza.

Hierosolymis in lapideo ac solidissimo monte ferramentorum vi & manuum opera olim perterebrato, satis amplum extat ædificium, cuius situm atque rationem subiecta expressimus figuratione. Ne autem propter medianæ cellæ amplitudinem ædificium quandoq; corrueret, duæ pilæ medium locum sortitæ cæteris maiores crassioresque, duæ verò ad latera appositæ mediocres, duæq. demum anteriores cæteris minores, atque graciliores constitutæ fuerunt: quæ pilæ, vt iam admonuimus, testudinem superiorem scalpelli plagis ictibusq; excisam fulciunt atque sustentant. Primo quidem ingressu quatuor pusilla habentur delubra; quibus in medio capaciorique sinu decem & octo deinde succedunt: parsque postrema tandem, & in intimis residens penetralibus, duo tantum sacella, & clausum insuper ostium complectitur, quod sacrorum ministros vlterius olim progredi potuisse significat ostenditq. Et in his nempe sacellis atque delubris Regum Hierosolymitanorum iã defunctorum corpora condi solebant, at delubri omnium angustissimi latitudinem humani corporis longitudinem saltem adæquasse arbitramur, unde totius ædificij amplitudo mox perspici potest. Delubrorum autem in montis visceribus excauatorum modus ratioque ex subiectis A, & B, designationibus optimè constat. Præsensque ædificium cũ sub monte iustam magnitudinem nacto resideat, nec lucem vllam modò habere conspicitur, nec superioribus temporibus celesti sydere vnquam affulsisse existimatur.




Questo portico era nel foro Boario, e da gli antiqui era chiamato il tempio di Iano: ilquale fu misurato a palmi antiqui, & ha quattro aperture come dimostra la figura quì sotto, e frà l'vn pilastro, e l'altro sono palmi xxij. intorno questo portico ci sono xlviij. nicchi, nondimeno ce ne sono solamente xvi. per locare statue, tutti gli altri sono finti, cioè poco cauati nel muro: i quali nicchi erano ornati di colonnelle di basso rilieuo per quanto si comprende, & erano di ordine Ionico, ma è tutto spogliato di tali ornamenti. L'altezza degli archi è palmi xliv. l'altezza della base disotto segnata E, è palmo vno, & vn terzo, la fascia D, che ne gli angoli fa cornice è di altrettanta altezza. Et il giudicio di questo Architetto molto mi piacque, che'nol facesse proiettura di cornice nelle parti inferiori, acciò non impedisse i negotianti. L'altezza dell'altre cornici non furono misurate, ma ben tolsi la sua forma con diligenza, lequali dimostrerò nella seguente carta.

In foro autem Boario porticus hæc constituta videbatur, eamque veteres quasi Iano sacram addixerant, & palmis antiquioribus suos absoluit commensus. Quaternæ verò, subiecta figura hoc indicante, eius patent apertiones, interque binas quasq. pilas palmi x x i j medij interiacent: Scaphæ autem seu conchæ x l v i i j circumcirca instructæ dispositæqne conspiciuntur, quarum sexdecim tantùm statuarum collocationibus aptæ censentur, cæteris, quæ parietum interiora leuiter admodum penetrarunt, fictis & simulatis existentibus. Scaphæque omnes, prout è vestigijs superextantibus conijciendum videtur, columellis modica prominentibus scalptura instructæ exornatæque olim fuisse cognoscuntur, Ioniciquegeneris symmetrias utique imitabantur. Arcus quidem in palmos x l i i i j eriguntur: Infima basis E, palmi vnius tertiæque partis insuper altitudinem obtinet: Fascia D, cuius anguli coronicibus appositis eminent, eandemmet basis consequitur altitudinem. Architecti autem iudicium, qui ne incertas negociantium ambulationes, uagos eorumq. errantesque motus exturbaret, coronicum proiecturas in partibus inferioribus nullas constituendas putauit, vehementer cōmendamus. Cæterarum deinceps coronicum altitudines dimensi minimè sumus, sed formas tantummodo, maxima cura nimirum diligentiaque adhibita, explorauimus: quarum typos sequenti pagina iamiam subijciemus.




Li cinque pezzi di corniciamenti quì sott o dimostrati sono gli ornamenti del portico quì adietro. La base E, e la faccia D, furono misurate, come hò detto quì adietro, & in questa forma da grandi a picciole proportionalmente trasportate: ma le altre furono dissegnate col traguardo per l'altezza loro, e ci è poca differenza dall' vna all'altra di altezza, & ancò di membri. I fregi erano puluinati come nella figura A, si può comprendere. La quì sotto segnata C, è quella fascetta che corre sotto i primi nicchi.

Quinque coronicum hic subiectarum species tamquam ornamenta quædam porticui nuperrimè designatæ adiunguntur. Basis E, Fasciaque D, modulis earum, vt uisum fuit, acceptis, è maioribus formis ad hasce minores, proportionis spectata ratione, à nobis traductæ redactæque fuerunt. Verùm ad cæteras coronices deinde designandas, propter immodicas earum altitudines, dioptram adhibuimus: ipsæq; & altitudinum eductionibus & membrorum insuper appositionibus parum admodum inter sese differre conspiciuntur. Zophori, quemadmodum ex A & B figurationibus perspicitur, puluinati existebant: C demum fasceola sub primis scapharum concharumue ordinibus extendebatur.



L'arco seguente si addimanda l'arco di Tito. La pianta del quale è quì sotto, & è misurato col piede antico. La latitudine dell'arco è piedi diciotto, e minuti dicisette. La grossezza delle colonne è piede vno, e minuti xxvi. e mezo. Nota che il piede è minuti lxiv, & è a faccie lxxxv.

Arcuata subsequens figura, Titi arcus vulgò nuncupatur: aream que primùm hic designatam subiecimus, quæ pedalibus antiquorum modulis utique definitur. Pedalem autem eiusmodi mensuram in minuta lxiv distingui, prout suprà iam admonuimus, memento. Arcus igitur latitudo pedibus xviij minutisque xvij continetur: Columnæque pedalem, minutorum xxvj ac semis insuper adiectione, crassitudinem habent.



Hò detto quì adietro delle latitudini, e delle grossezze, hora trattarò delle altezze, e prima. L'altezza della luce dell'arco è dupla alla larghezza. Le base del piedestalo è minuti 4. meno di due piedi. La cornice d'esso piedestalo è alta minuti xxxv. l'altezza della base della colonna col zocco che vi è sotto, è circa vn piede: e tutti questi membri, & anco il capitello della colonna ben proportionati di misure sono nel principio dell'ordine Composito nel mio quarto libro. Il netto del piedestalo è piedi quattro, e mezo. L'altezza della colonna senza la base del capitello è piedi xvij. e minuti xiij. l'altezza del capitello e piede vno, e minuti xxvij. l'architraue è pie de vno, e minuti xix. l'altezza del fregio è piede vno, e minuti xvij. l'altezza della cornice è piedi due, e minuti sei. Il basamento dell'epitafio è quanto il fregio. L'altezza d'esso epitafio è piedi ix. e minuti xij. la sua latitudine è piedi xxiij. i quai membri saranno più diffusamente dissegnati, e descritti nelle carte seguenti.

Præsentis quidem arcus latitudines crassitudinesque iam expeditæ fuerunt, nunc verò ad altitudines dimetiendas accedemus. Arcuatæ apertionis altitudo eius latitudine duplo maior existit; Stylobatæ ipsius basis, bipedalem, quatuor tantùm minutis deficientibus, altitudinem est assecuta: Stylobatæq; eiusdem coronix in minuta xxxv sublimis ascendit: Columnæ ipsius basis, plintho substante simul adiuncto, ad pedalem circiter altitudinem educitur. Membraq; hæc vniuersa, necnon columnæ capitulum insuper symmetrijs diligenter obseruatis, quarto volumine mox sub Compositi generis exordio descripta designataq; reperies: Purum simplexq; stylobatæ interuallum, quadrupedalem ac semis altitudinē obtinet: Columnæ ipsius scapus, basi capituloq; detractis, in pedes xvij minutaq. xiij sublimis assurgit: Capitulo pedalis vtique, minutis xxvij adiunctis, altitudo contingit: Epistylium in pedem vnū minutaq; xix erigitur: Zophorus pedalem & minutorum xvij insuper altitudinem assequitur: Coronix bipedalem sexque minutorum præterea altitudinem attingit: Stereobata inscriptioni substratus, zophorum adequare videtur: Inscriptionis spatium denique, pedum ix minutorumque xij altitudinem, & pedum xxiij latitudinem occupat. Singulorum autem membrorum exactas designationes, perfectiores que descriptiones in sequentibus afferemus.




Sotto quest'arco ci sono xij. quadri molto ornati, e nel mezo è vn maggior quadro con vn Gioue sculpito.

Sub arcu hoc quidem quadrata duodecim numero: media ornamentorum generibus aucta amplificataque statuuntur, mediaquè eorum sede quadratum cæterorum amplissimum, Iouisque effigiem summo nempe artificio gerens insculptam collocatur.

Gran


Gran tedio saria, e confusione al scrittore, & anco al lettore, se io volessi narrare a membro per membro tutte le parti dei corniciamenti, si come eglino sono stati misurati minutamente, i quali membri sono misurati a piedi, & a minuti, & a rotti di minuti. Ma ben mi son affaticato con ogni diligentia di trasportare talmente tutti i membri da grandi in questa forma; che'l prudente lettore con il compasso in mano potrà trouargli le sue proportioni: bene è il vero che gli ornamenti della maggior parte degli archi di Roma si allontanano molto da i scritti di Vitruuio. E questo penso io procedere che detti archi sono fatti di spoglie d'altri edifici, & anco forse che gli Architetti furono licentiosi, non hauendo molto rispetto alle osseruantie, per esser cose per vso di trionfi, e forse fatti con prestezza. La parte quì a canto segnata A, è (come hò detto) la base dell'epitafio. La parte segnata B, è l'vltima cornice, il fregio, e l'architraue: la qual cornice per mio parere è licentiosa per più cagioni, prima è di troppo altezza alla proportion dell'architraue. Oltra di questo ci è troppo numero di membri, e massimamente i modiglioni, & i denticoli, che in vna istessa cornice sono reprobati da Vitruuio: nondimeno, e molto ben lauorata, e massimamente la cima di sopra. Et hauendo io a fare vna simile cornice osseruaria quest'ordine: io faria la cima minore, e la corona maggiore, i modiglioni come stanno, non ci faria il denticolo intagliato, ma il cimatio si bene. L'architraue di questa assai mi piace: i due membri segnati C, rappresentano la faccia, & il profilo della mensola sopra l arco. I membri segnati E, vno dinota l'imposta dell'arco, e l'altro è per la fascia, che corre dall'vna all'altra colonna. L'imposta dell'arco segnata E, è veramente ricca di membri, anzi è tanto ricca, che si confondono l'vn per l'altro, e se i membri fussero compartiti, che vn membro fusse scolpito de intagli, e l'altro netto: io più la lodarei: & in questo fù molto giudicioso l'Architetto che ristaurò il Pantheon, perche ne' suoi ornamenti non ci vede tal confusione. Le opere sotto quest'arco sono molto ben lauorate, e ben compartite, lequali non si confondono, & è bel compartimento, e ricco di opere. Parrà forse a quelli che sono ebrij delle cose antiche di Roma, ch' io sia troppo ardito nel volerle giudicare essendo fatte da gli antiqui Romani tanto intendenti: ma in questo caso piglino le mie parole in buona parte, percioche tutto il mio studio è d' insegnare a quelli che non sanno, e che si degneranno d' ascoltare quel ch'io dico: imperoche altro è imitare le cose antiche si come elle stanno a punto, & altro è saper fare elettione del bello con le auttorità di Vitruuio, e rifiutare il brutto, e male inteso. E certo che la più bella parte dell'Architetto è ch'egli non s'inganni di giudicio come molti fanno, che ostinati nella loro opinione fanno le cose come le hanno vedute in Roma, e dicono gli antiqui l'hanno fatte, e con questo si coprono, senza rendere altra ragione delle cose. & alcuni dicono di Vitruuio non fù più che vn'huomo, e che anco loro sono huomini atti a trouare nuoue inuentioni, non hauendo riguardo che Vitruuio confessa hauere imparato da molti huomini intendenti, & al suo tempo, e per lo adietro leggendo, e vedendo le opere d'altrui.

Maximum nempe & nobis scribentibus, & alijs legentibus fastidium satietatemque afferremus, necnon vehemens inde exoriretur confusio, si coronicum membra cuncta partesque sigillatim exponere, & modulos omnes ad unguem recensere uellemus: in membris namque dimetiendis haud pedales tantùm moduli, sed pedum quoque minuta, & minutorum etiam particulæ necessariò essent adhibendæ. Quapropter, his omissis, ei potissimum studuisse uidemur, ut in membris omnibus ex amplioribus eorum formis ad minora hæc exemplaria traducendis ea ratione imprimis atque proportione uteremur, ut studiosorum quilibet, circino opitulante, symmetrias omnes expeditissimè assequi posset. Sequentium autem designationum A quidem, sicut iam admonuimus, basim titulo inscripto subiectam ostendit: B, nouissimam coronicem, zophorum, epistyliumque proponit. Coronicem autem pluribus certè rationibus persuasi licentiorem esse iudicamus; Primò namque, si cum epistylio conferatur, ad nimiam utique altitudinem conscendit; Præterea membrorum numerosior, quàm par sit, multitudo ibidem extat; & mutuli denticulique præsertim, quorum in eadem coronice exornanda coniunctio & copulatio a Vitruuio tamquam uitiosa reprehenditur atque improbatur. Attamen si nos coronicem huic persimilem conficiendam aggrederemur, talem ordinem utique nobis obseruandum proponeremus. Cymatium minus, coronamque maiorem constitueremus, mutulos ne minimum quidem permutandos existimamus, denticulos insculptos nequaquam apponeremus, sed insculpto cymatio contenti dumtaxat essemus: Præsens epistylium satis quidem nobis probatur. Duo membra C litera inscripta, mutuli arcui desuper incumbentis frontem & Orthographiam ostendit: Duo item membra E uocali à cæteris seiuncta, alterum arcus incumbam, alterum fasciam inter binas arcus eiusdem columnas discurrentem demonstrat: Arcus incumba E nota signata, membris locuples admodum & præpotens esse uidetur, quinimo ex eorum multitudine confusio quædam magis exoritur. Opera demum, quæ sub arcu in inferioribus partibus collocantur, egregiè admodum elaborata, & rectissimè distributa fuisse conspiciuntur, nec enim perturbatas aut confusas obtinent collocationes, quinimo & miros distributionum ordines, & operum copiosos atque insignes ornatus intueri ibidem licet. Verùm ij forsitan, qui Romanis antiquitatibus addicuntur, nos tamquam in præclaris artificum operibus condemnandis liberiores & modestiæ fines transgredientes accusabunt; quos, ut orationis nostræ sensum benignè excipiant, & in meliorem partem interpretentur, supplices obsecramus. Ad id enim potissimum omnes ingenij nostri cogitationes referuntur, vt Architecturæ ignaros, qui scripta hæc monumentaque nostra æquis animis acceperint, eaquè attentè ac studiosè perlegerint, scientiæ huius principia primordiaque doceamus. Permagni enim interest, vtrum antiquorum opera, sicut extant, ad unguem imitati fuerimus, an Vitruuij authoritate suffulti pulchrum à turpi seiungere, & rectum à prauo in ratione ędificatoria seligere valeamus. Et merhercle Architecti perfectio absolutioque in eo potissimum sita esse videtur, ne ipse in iudicando fallatur quandoque vel erret: quemadmodum compluribus frequenter euenire videmus, qui proprijs sententijs pertinaciter insistentes, opera sua ad Romanarum antiquitatum exempla ab eis conspecta dirigere & conformare tantummodo student: nec de operum rationibus perscrutandis aut cognoscendis quicquam solliciti, id vnum sciscitantibus responsum afferre consueuerunt, Antiquos ita fecisse, & sic stulti erratorum suorum veniam assequi sperant.


E
E
A
C
C
B
SOTTO L'ARCO


Presso san Georgio in Valabro si troua il presente edificio il quale fù fatto da gli argentieri, cioè banchieri, e da i mercanti da buoui, al tempo di Lucio Settimio Seuero, e di Marco Aurelio Antonino: ilquale edificio è di opera Composita, molto bene ornato di varie sculture in tutti i lati; ne si marauigli alcuno se'l fregio, e l'architraue viene occupato da questa tabella, perche bisognandoci molta scrittura, il fregio non era bastante à così gran numero di lettere, e però l'Architetto così lo fece, ne per questo ruppe l'ordine dell'Architettura, lassando la sua perfetta forma ne gli angoli.

In Velabro prope ędem D. Georgio sacram præsens spectatur ædificium, ab argentarijs nempe & boum conductoribus, Lucio Septimio Seuero & Marco Aurelio Antonino Romæ imperantibus, olim extructum: quod ex opere Cõposito sculpturarum varietate undique excultum elaboratumque constat. Nec, propterea quòd zophori epistylijq. spatium tabellæ ipsius obscuratur & præpeditur adiectione, admirari quicquam debemus; Cùm enim multa opus esset conscriptione, zophorus profectò ad eam excipiendam continendamq. sufficere nequaquam videbatur; ideoque perspicacissimus opifex hac ratione ipsum dispoſuit construxitque. Nec tamẽ cùm perfectam zophori formam in angulis saltem reliquerit, legum Architectonicarum eum oblitum fuisse, operisue seriem, aut ordinem funditus sustulisse dicemus.




Non scriuerò a pieno le misure di questo edificio, perche dopo che fù dissegnato, ben però misuratamente: le misure si perdettero: ma ben mi ricordo che l'apertura frà l'vn pilastro e l'altro è di piedi dodici antiqui, l'altezza d'essa apertura è da piedi venti, e la grossezza de i pilastri con tutte le colonne che sono piane, è da quattro piedi e mezo, & altretanto viene à essere l'architraue, il fregio, e la cornice. Questa è la pianta dell'edificio quì sopra, nel cielo del quale ci sono quindici quadri molto ben lauorati.

Præsentis ędificij modulos omnes nequaquam hic persequemur; eius namque acceptæ iam à nobis dimensiones itinerum, vt nonnumquam accidere solet, difficultatibus imprudenter amissæ fuerunt. Id tamen è memoria adhuc minimè excidit, spatium videlicet inter duas pilas medium duodenis antiquioribus pedibus circiter definiri, necnon apertionis altitudinem pedibus viginti propemodum terminari: Pilarum & Antarũ omnium crassitudines simul acceptæ, quadrupedales ac semis circiter esse dicuntur: Epistylio, zophoro, coroniciq. tantundẽ assignatur. En autem tibi superioris ædificij Ichnographia in cuius cęlo supremoq. ambitu quadrata quindecim numero egregiè admodum insculpta elaborataque resident.




L'Opere quì sotto sono gl'ornamenti dell'edificio qui à canto, il qual veramente è tanto ornato quanto altra cosa sia in Roma, percioche non ci e spatio che non vi sia scultura, & e assai ben fatta, & corrispondano bene tutte le cose, eccetto la cornice superiore, la qual per la gran ricchezza degl'intagli, e molto confusa, & è ancora vitiosa dal vuouolo in giù per due cause: l'vna che frà il dentello el vuouolo non è diuisione alcuna di regola cosa veramente necessaria, per separar l'vna opera dall'altra, & massimamente eßendo intagliati tutti i membri: l'altra inusa, che è maggior vitio, che sotto il dentello ci sono due opere d'vna istessa natura, & anco conformi d'intaglio, la qual cosa non solamente io non la faria, ma io dico espressamente, che ella è incomportabile, ne simil cose si debbano mai fare.

Subiectæ hæ designationes membrorum ædificij propositi venustates ac elegantias sigillatim demonstrant, quæ quidem structura ornamentorum copia & multitudine nulli prorsus Romanarum antiquitatum posthabenda videtur. Nec enim spatium aliquod signis aut scalpturis vacuum ibi senties adesse, nec operis quippe rationē improbandam existimamus; quinimo singula membra concinnè ad modum inter sese respondent, superiori coronice tantùm excepta: quæ propter immodicas excisionum seu scalpturarum profusiones confusa nonnihil perturbataque existit, & infra Ouiclum errata duo summa nempe animaduersione digna intueri ibidem licet. Primò quidem inter denticulum, & ouiclum nulla prorsus regulæ diuisio interiacet, res ad opera distinguenda ac seiungenda apprime necessaria, præsertim cùm membra omnia excisa insculptaq; fuerint. Deinde (& hoc quammaximè vitiosum censetur) sub denticulo bina opera & forma & scalpturis quamsimillima extant; quod quidem erratum haud tantùm nos in propriorum operum extructionibus summopere effugeremus, verùm id insuper asseueramus, vitium hoc in ædificādo nulla ratione profectò admittendum ferendumue esse; quinimo huiuscemodi monstra ab hominum conspectu arcenda omnino secludendaq. videntur.




PARTE INTERIORE CHE SOSTIENE IL CIELO.





FONDO DEL ARCHITRAVE.





DEL CIELO SONO QVADRI · X XVII ·






Quest'Arco trionfale, e sotto Campidoglio, & per la inscrittione si può comprendere che fusse fatto al tempo di Lucio Settimio Seuero, & sotto il suo nome. Et per quanto si vede, è fatto di spoglie d'altri edificij, & è molto ornato di buonissime scolture, & è riccamente lauorate, così ne fianchi, come dauanti, & di dietro. Questo fù misurato col palmo Romano di dodici dita, & ogni dito è quattro minuti che viene ad eßer minuti 48. La larghezza del arco di mezo, è palmi 12 & minuti 15. & mezo, la larghezza degl' Archi delle bande, e palmi 9. & minuti 30. la grossezza dell'arco per fianco è palmi 23. & minuti 15. le particelle dentro all'arco sono in larghezza palmi 7. & minuti 30. la grossezza dei pilastri con le colonne, e palmi otto e minuti 7. la großezza delle Colonne, e palmi due & minuti 30. la grossezza delle colonne prime e minuti 31. Quest'Arco al presente, e sepolto fin sopra i piedestalli. Ma fù cauato vna parte per misurarlo, nè però si puote misurare la base del Piedestallo per esser sepolto fra molte ruine difficili à trouarle, la Linea qui sotto, e la metà del detto Palmo.

Triumphalis hic arcus sub Capitolio iacet atque statuitur, cumq; Lucio Septimio Seuero Romæ olim imperante, eiusque nomine extructum fuisse, ex ipsamet perspicitur inscriptione: quinetiam eundem ex aliorum ædificiorum manubijs constat prodijsse; necnon & totum opus egregijs scalpturis insuper honestatum, & eius latera, frontes, ac terga magnificè admodum instructa elaborataque fuisse conspiciuntur. Arcus hic nempe Romanorum palmorum modulis suos explet commensus, palmis singulis in duodecim digitos, singulisque digitis in quatuor minuta distributis; vnde palmus integer in x l v i i j digitales particulas distinguetur. Arcus quidem mediani latitudo, palmorum xxij & minutorum x v ac semis spatio definitur: Arcuum verò ad latera constitutorum laxamenta, palmorum i x minutorumq. xxx intercapedine absoluuntur; Transuersa autem arcus eiusdem crassitudo, palmos xxlij & minuta xxv sibi requirit; Ostiola intra arcus ipsius ambitum collocata, palmorum v i j & minutorum x x x latitudinem petunt: Pilæ, columnis simul adiunctis, palmorum v i i j minutorumque v i j crassitudinem sortiuntur; Teretum columnarum crassitudines bipalmares, minutis xxx superadditis, esse videntur; Planæque demum columnæ, quæ Antæ dicuntur, minutorum xxj crassitudinem obtinent. Arcus hic ad summos vsque stylobatas obrutus demersusque latet; Quamuis autem nonnullæ partes modulorum explorandorum gratia retectæ à nobis, & ad lucem perductæ fuerunt; stylobatæ tamen ipsius basim, quæ ruinis compluribus difficilioribus, quàm vt amoueri exportariq. possint, occultatur, dimetiri nunquam valuimus. Subiecta autem linea, Romani dimidiam partem ostendit,



SEPTIMIANI ARCVS ICNOGRAPHIA.



Quì adietro hò narrato tutte le misure di quest' arco quarto alla pianta, cioè le larghezze e le grossezze: hora tratterò delle altezze, l' altezza dell' arco di mezo, è palmi xlv. e minutri tre, l altezza degli archi da le bande è palmi xxv. l' altezza dei piedestalli è circa palmi x la grossezza delle colonne (come hò detto) è palmi due, e minuti xxxi. cioè da basso: ma di sopra è palmi due e xvi minuti, e la ua altezza è palmi xxiij. e minuti xxv. l' altezza dell' architraue è palmi vno, e minuti trenta, l' altezza del fregio è palmo vno, e tre minuti, l' altezza della cornice è palmi due, e minuti xiv l' altezza del zocco doue è la croce, e minuti 29. la ba e che vi è sopra è mezo palmo, la cornice vltima è palmo vno e minuti due. I membri particolari saranno nella seguente carta più chiaramente narrati, & anco in maggior forma, e più proportionati.


Areæ præsentis arcus modulos omnes, tam latitudinum scilicet quam crassitudinum, iam expediuimus: nunc ad altitudinum symmetrias persequendas accedamus. Medianus quidem arcus in palmorum xlv minutorumque trium, arcus verò ad latera vtrinque consistentes in palmorum xxv altitudinem educuntur: Stylobatæ in palmos denos circiter attolluntur: Columnæ bipalmarem & minutorum xxxj insuper, quemadmodum diximus, crassitudinem partibus inferioribus obtinent, at superæ partes bipalmarem & minutorũ xvj tantummodo crassitudinem sortiuntur; earumque altitudines ad palmos xxiij & minuta xxv conscendunt: Epistylium in palmum vnum minutaque xxx, zophorus in palmum vnum minutaque tria, coronix denique in palmos duos minutaque xiv eriguntur: Plinthi superioris crucis imagine designati altitudo, ad minuta xxix pertingit: Basis ei mox succedentis altitudo, semipalmaris existit; Suprema demum coronix, in palmum vnum minutaque duo sursum contendit. Singula membra deinceps sequenti pagina & vberius explicata, & ampliori quoque exactiorique forma descripta designataque comperies.

IMP. CÆS. LVCIO SEPTIMIO, M. FIL. SEVERO PIO.
PERTINACIA AVG. PATRI PATRIÆ PARTICO ARABICO,
ET PARTHICO ADIABENICO PONTIF. MAX. TRIBVNIC.
POTEST. XI. IMP. XI. COS. III. PROCOS. ET IMP. CÆS.
M. AVRELIO. L. FIL. ANTONINO AVG. PIO FELICI
TRIBVNIC. POTEST VI. COS. PROCOS. P. P.
OPTIMIS, FORTISSIMISQVE PRINCIPIBVS
OB REMPVBLICAM RESTITVTAM IMPERIVMQ. POPVLI
ROMANI PROPAGATVM INSIGNIBVS VIRTVTIBVS
EORVM DOMI FORISQ. S. P. Q. R.



Hò trattato nella carta paſſata tutte le altezze, e larghezze dell arco trionfale di Lucio Septimio, hora tratterò dei membri particolari. Come ho detto quì adietro non ci è miſura della baſe del piedeſtalo, ma ſi può comprendere ch' ella ſia quanto la cornice d' eſſo piedeſtalo: l' altezza del quale è da palmi x. la ſua cornice di ſopra è palmo vno, e coſi può eſſere la ſua baſe, la forma dei quai membri è nel mezo quì auanti nella parte più baſſa ſegnati G, la baſe della colonna è li preſſo ſegnata F, la qual baſe hà vn zocco ſotto, oltra il ſuo plintho: e queſto può eſſer auuenuto, che forſe non potendo le colonne ſupplire a quella altezza che era biſogno: l' Architetto per aiutarle, gli poſe quel zocco ſotto. Io non vi hò poſto il capitello, perche vn ſimile ſi trouerà nel principio dell' ordine Compoſito nel mio quarto libro, percioche queſto arco è di opera Compoſita. L' altezza dell' architraue è palmo vno, e minuti 30. l' altezza del fregio è palmo vno, e minuti tre, il qual fregio, è di poca altezza, eſſendo (come egli è) pieno di ſculture: percioche ſecondo l' auttorità di Vitruuio deuria eſſere la quarta parte più alto dell' architraue, & è minore, l' altezza della cornice è palmi due, e minuti 14. laquale è veramente troppo alta alla proportione degli altri membri, e rappreſenta ancor maggiore per hauer più proiettura della ſua altezza, e queſto ne fa credere che il detto arco ſia fatto di diuerſe ſpoglie per la diſcrepantia dei membri. La forma di queſto architraue, e cornice è quì auanti ſegnata B, l' altezza della baſe ſopra eſſa cornice è mezo palmo, l' altezza dell' vltima cornice è vn palmo, e due minuti, & hà coſi gran ſporto, & io in tal luogo non lo biaſimo, anzi io lo lodo, e dico eſſer fatta con giudicio grande: percioche la gran proiettura fà parer la cornice aſſai maggiore, per eſſer guardata di ſotto in sù, e per eſſerui poca quantità di materia viene a dar minor grandezza all' edificio, e di quì ſi può fare l' Architetto giuditioſo, che ſe tal volta gli accaderà fare vna cornice in qualche altezza, e che non voglia grauare l' edifitio, ò ch' ei non habbia forſe tanta groſſezza di pietra, quanto gli faria biſogno: ſi potrà aiutare con dargli gran ſporto, e queſta cornice è quì a canto ſegnata A, la cornice che ſoſtien l' arco maggiore, è ſegnata C, la proiettura della quale io per me non la lodo in tal luogo, anzi in ſimil ſuggetto io gli daria manco ſporto del ſuo quadrato, accioche il ſporto non mi rubbaſſe la veduta dell' arco. L' opera ſegnata D, viene ad eſſere quella facia che corre da colonna a colonna ſopra i due archi piccioli, e queſta è compagna della cornice C, la cornice ſegnata E, e quella che ſoſtiene gli archi piccioli; la qual cornice hà della cima, cioè del mozzo, e queſta io non farei così in opera; perche tutte quelle cornici, la corona delle quali non ha la ſua conuienente proiettura: hanno ſempre diſgratia grande, e la più bella parte d' vna cornice ſi è, che la corona ſia di buona altezza, & anco di buona proiettura: onde per general regola le corone ſaranno di maggior altezza che la ſua cima, cioè la gola diritta, & anco haueranno tanto diſporto almeno, quanto è la ſua altezza; ſaranno ſempre lodate da gl' intendenti: e queſto hò voluto mettere in conſideratione per auuertir quelli, che di tai coſe non hanno cognitione.

Triumphalis arcus in Lucij Septimij gratiam olim extructi tum altitudines etiam ſatis ſuperque expoſitæ declaratæque fuerunt: modò ſingulorum membrorum explicationem aggrediemur. Verùm, quemadmodum iam diximus, ſtylobatæ ipſius baſim nequaquam profectò dimetiri potuimus: at eam ſtylobatæ, cuius altitudinem decempalmarem circiter eſſe determinauimus, ſuperiorem coronicem adæquare coniectamus: quapropter cùm ſumma coronix in palmum vnum attollatur, parem baſi quoque altitudinem tribuemus. Membrorum autem prædictorum typos in ſubſequentibus deſignationibus G litera inſcriptos expreſſimus: Columnæq. ipſius baſim proximè ibidem F litera notatam offendes: cui quidem baſi præter eius plinthum alium adhuc inferiorem laterculum ſubiecerunt, ea forſitan ratione compulſi, vt columnæ ad tantam per ſeſe altitudinem conſcendam nequaquam ſufficientes, plinthorum duorum ſubſtratorum adminiculo opitulante, ad eam commodius tutiuſque peruenirent. Capitulum autem minimè hic appoſuimus: quarto enim volumine mox ſub Compoſiti ordinis incipiente pertractatione, capitulum huic omninò perſimile deſcriptum, & C litera à reliquis deſignationibus ſeiunctum reperies: nanque præſentis quoque arcus conſtructio Compoſiti operis ſpeciem redolere videtur. Epiſtylium palmi vnius minutorumque xxx altitudinem ſcandit: Zophorus in palmum vnum minutaq. tria ſublimis aſcendit, qui cùm ſcalpturarum multitudine præſtet, humiliorem certè, quàm par eſſet, altitudinem eſt aſſecutus. Zophorus enim quartæ partis adiectione epiſtylio ipſo altior conſtitui debet, hic autem humilior quàm ipſummet epiſtylium eſſe conſpicitur. Coronix bipalmarem & minutorum xiv inſuper altitudinem petit, quæ, ſi cum membris cæteris conferatur, altior præter æquum, & bonum eſſe videtur: eiuſque magnitudo, proiectura altitudinem exuperante, longè amplior vtique apparet, Epiſtylij autem coroniciſque typum, litera B indicante, ſubiunximus. Baſis ſupra coronicem mox conſtituta, ſemipalmarem altitudinem obtinet: Supremæ demum coronici: palmi vnius duorumque minutorum altitudo contingit; quæ etſi longius extra reliquarum operis partium fines metaſque procurrit, tantum abeſt vt eam improbemus, vt & ipſam ſummopere laudandam, & Architecti iudicium quammaximè commendandum potius exiſtimemus. Vehementior etenim proiectura, coronicis ſpeciem è loco inferiori eam contemplantibus longè maiorem & ampliorem oſtendit: cumque materiæ parum in eius confectionem inſumatur, proiectura deinde ſupplente, ædificio & minor oppreſſio & maior dignitas ſimul accedit. Hincque Architecti iudicium eluceſcit: ſi ei namque coronix aliqua in altum extruenda committatur, nec ipſe ędificium opprimere aut vi ponderis lābefactare voluerit, vel ſi fortè lapidum operi congruens magnitudo ipſi defuerit: coronicis proiectura longius educta, mox perbellè ſibi ipſe proſpiciet. Huiuſcemodi autem coronicis diſpoſitionem ex A deſignatione intelligere licet. Coronix deinde Maiorem arcum excipiens, C nota indicatur, cuius proiecturam hoc loco minimè comprobamus: quinimo nos coronicis huiuſce proiecturam quadrato ipſius minorem conſtituiſſemus, ne ea arcus proſpectum nobis quandoque contenderet aut præpediret. D, faſciam à columna ad columnam perductam, & minorum arcuum vtrique deſuper imminentem oſtendit, quæ C coronici iam dictæ perbellè quidem reſpondet. Coronix E demum minoribus arcubus ſuſtinendis inſeruit, quæ ſima preſſaq. admodum eſſe videtur, nec eam nos talem vtique effeciſſemus. Coronices namque, quarum coronæ iuſtam & conuenientem proiecturam haud aſſecutæ fuerunt, inuenuſtæ quam maximè et inconcinnæ eſſe conſpiciuntur: quinimo coronicis elegantia, atque venuſtas in eo potiſſimum ſita eſſe cenſetur, vt corona iuſtam altitudinem iuſtamq. proiecturam ſit aſſecuta. Quapropter illud tamquam communiſſimum præceptum ſtatuemus, coronicis ſcilicet maiorem altitudinem quàm ſimis, quas rectas gulas paſſim noſtrates appellant, eſſe tribuendam, coronarumq. inſuper proiecturas earum ſaltem altitudinibus eſſe adæquandas. Idque pro comperto habeas velim, ita diſpoſitas atque inſtructas coronices peritioribus Architectis vehementer placituras. Et hoc nempe tamquam rem maximi certè momenti, vt iuniores artifices tum in operando tum etiam in iudicando cautiores atq. prudentiores exiſtant, haud iniuria hic admonuiſſe videmus.


A
C
D
A
E
B
G
G
F


Nel Reame di Napoli, cioè fra Roma, e Napoli, ci sono di molte antichità: perciocbe i Romani antichi si dilettorono molto di quei luoghi. Ma per esser quest' arco cosa assai nota, & arco integro, & in veduta grande: mi è parso di metterlo nel numero degli altri archi fatti da i Romani. Questo presente arco è a Beneuento di quà da Napoli, e fù misurato con vn braccio moderno, la terza parte del quale sarà notato quì sotto. La figura quì basso è la pianta del sopra nominato arco, ilquale per cui fusse fatto, a inscrittione lo dinota, la qual sarà quì sotto. La latitudine dell'arco è braccia otto. La grossezza delle colonne e braccio vno. La pilastrata dell' arco è altrettanto. Frà l'vna, e l'altra colonna è braccia tre. L'altezza dell'apertura dell'arco è quasi duplicata alla sua larghezza. L'altezza della base del piedestalo col zocco è braccio vno, & oncie x. e minuti vi. il netto del piedestalo è braccia due, oncie x. e minuti vi. l'altezza della sua cornice è oncie ix. l'altezza della base della colonna è oncie vij. l' altezza della colonna, cioè senza la base e'l capitello è braccia ix & oncie iv. e la sua grossezza da basso e vn braccio, & è minuita di sopra la sesta parte. L' altezza del capitello è braccio vno, & oncie v. e meza. L'altezza dell' architraue è oncie xv. l'altezza del fregio è oncie xvij. l'altezza della cornice, è vn braccio, e tre oncie, e meza. Il zocco sopra essa cornice è oncie xix. & vn quarto. La base sopra esso è oncie xi. l' altezza dell'epitafio è braccia quattro, & oncie due. L'altezza dell'vltima cornice è vn braccio, e tre minuti. L'altezza dell'imposta dell arco, e mezo braccio.


In agro Neapolitano, Romæ scilicet ac Neapoli medio existente, complures extant antiquitates: prisci namque Romani regionibus illis, propter earum amænitates atque delicias, mirificè quidem delectabantur. Quapropter cùm præsens arcus & illustris & integer quoque, necnon in propatulo ac celeberrimo loco constitutus resiceat, cæteris arcubus à Romanorum gente olim extructis hunc etiã annumerandum esse iudicamus. Beneuento autem citra Neapolis ipsius vrbem arcus hic, de quo in præsentia sermonem habemus, constructus reperitur: eiusq. dimensiones brachialia quadam mensura a recentioribus excogitata, cuius quintam partem infrà apposuimus, ab authore iandiu definitæ exploratæque fuerunt. At nos Latinæ orationi ac puritati inseruientes, modulos brachiales, dupla proportione tantùm adhibita, ad pedales expeditissimè redigemus; lineamque expositam tamquam duas pedis vnius quintas significãtem accipiemus. Subiecta igitur figura prædicti arcus refert Ichnographiam, qui quidem in cuius gratiam compositus olim fuisse dicatur, ex subscripto titulo clarissimè habetur. Verùm ad eum dimetiendum iam accedamus. Arcus pedum xvj latitudinem habet, Columnarum crassitudo bipedalis existit. Quæ ad arcus ipsius latera consistunt antepagmenta, tantumdem aliud crassitudinis sortiuntur. Intercolumnia sexpedalia esse videntur: Arcus apertionis suæ altitudinem latitudinem duplo maiorem assequitur: Stylobatæ basis vnà cum plintho accepta tripedalem, duabus tertijs minutisque duodecim superadiectis, altitudinem obtinet: Simplexq. stylobata in quinquepedalem, duarum tertiarum minutorumq; quodenum comitatu altitudinem conscendit: Coronicis deinceps altitudo pedalis ac semis existit: Columnæ ipsius basis pedalem, sexta parte insuper addita, altitudinem petit: Columnæ scapus, basi capituloque detractis, in pedes xviij duasque tertias præterea sublimis ascendit, imaque eius crassitudo bipedalis existit; summa verò eiusdem crassitudo sexta parte circiter contrahitur, Capitulum tripedalem fermè altitudinem obtinet; Epistylium bipedalem ac semis, zophorus bipedalem & quincuncem, coronixque demum bipedalem ac semis, media vncia superadiecta, altitudinem occupat; Plinthus coronici superincumbens tripedalem, vncia vna dimidiaque superaddita, altitudinem explet, Basis plintho superior, in pedalem altitudinem & dextantem ascendit; Tituli inscriptio octopedali altitudine trienteque definitur; Suprema coronix bipedali altitudine tribusque minutis insuper continetur. Arcus denique incumbæ, pedali altitudine terminantur.

Il braccio con che fu misurato quest' arco e partito in dodici oncie & ogni ontia e cinque minuti, che sono oncie xij. e minuti lx. e quest' e la terza parte del braccio, che sono minuti xx.

Brachialis mensuræ genus, quo Serlius propositum arcum perlustrauit, in vncias duodecim ab eo distribuitur, singulæque vnciæ in quinque minuta diuiduntur; adeò vt integra brachialis mensura vncias xij, & lx complectatur minuta; cuius quidem subiecta linea in xij minuta dissecta, quintam partem ostendit. At nos, ne barbarè, sed latinè & accuratè loquamur, singulos brachiales generis huiusce modulos in bipedales permutantes, pedi vnicuique duodecim item vncias & sexaginta minuta pariter tribuemus, brachialem vnciam vnamquamque in binas vncias pedales, & singula brachialia minuta in duo minuta pedalia resoluentes, lineamq. expositam duas pedis vnius quintas referre asseremus.







IMP. CÆS. DIVI NERVÆ FILIO
NERVÆ TRAIANO OPTIMO AVG.
GERMANICO PONT, II. MAX. TRIB. I.
POTEST. XVIII. IMP. VII. COS. VII. PP.
FORTISSIMO PRINCIPI. S. P. Q. R.
B
C
D
E
F

Gli ornamenti dell'arco di Beneuento, ilquale ho dimostrato nella carta quì adietro, saranno quì auanti dimostrati proportionatamente come sono i proprij. La base del piedestalo, & anco la sua cornice è quì auanti segnata F, e questi due membri sono veramente di buona maniera, e belli membri di corniciamenti. La base d'esso piedestalo con il suo zocco sotto è alta braccio vno, oncie dieci, e sei minuti. La cornice d'esso piedestalo è in altezza oncie 9. la base della colonna è oncie 7. in altezza, & è opera Corinthia pura, e molto ben proportionata alla colonna, & è quì auanti segnata E, il capitello non l'hò posto: percioche vn simile si trouerà nel principio dell'ordine Composito nel mio quarto libro, perche quest'arco è di opera Composita. L'architraue, il freglo, e la cornice, che vanno sopra la colonna sono quì auanti segnati C, i quai membri sono molto ben proportionati al rimanente dell'edificio: e benche la cornice sia alquanto più alta dell'ordine dato da Vitruuio; nondimeno ella è ben proportionata di membri, nè vi è quel vitio, che è in molte altre cornici, lequali hanno i modiglioni, & i denticoli, cosa (come altre volte ho detto) molto vitiosa. Ma questo Architetto fù molto prudente, che ancora che in detta cornice vi mettesse la forma del denticolo, non volle però intagliare i detti denticoli per fuggire tal vitio. Questa medesima consideratione hebbe l'Architetto, che ristaurò il Pantheon, nella cornice prima sopra le capelle intorno al tempio nella parte interiore: e però sia auertito l'Architetto a fuggire tal vitio, nè si voglia fondare sopra le cose de i licentiosi Architetti, & iscusarsi, dicendo, gl'antichi l'hanno fatto, io ancora lo posso fare. E benche alcuni dicono che hauendo tanti, e diuersi Architetti, & in più parti del mondo, non che d'Italia fatto le cornici con i modiglioni, e con i denticoli intagliati, tal vso si è conuerso in consuetudine, e legge, nondimeno non l'osseruarei nelle mie cose, ne anco consigliarei altri che l'osseruasse. Il zocco della base dell'epitafio sopra la cornice segnato B, è alto oncie 19. e meza. L'altezza della base è oncie 11 l'altezza dell'epitafio è quattro braccia, & oncie due, l'altezza della sua cornice è braccio vno, & oncie tre, la base di sotto torna bene con sì poca proiettura per la veduta da basso. Ma la cornice, della quale io parlo, e di troppo altezza alla proportion dell'epitafio: e s'ella fusse di minore altezza, e che la corona fusse maggiore è di più sporto, io crederia che tornasse meglio, & io la lodarei anco più, che non ci fussero tanti intagli: ma che i membri fussero così compartiti, vno schietto, e l'altro intagliato. Ma sono molti Architetti, e massimamente al dì d'hoggi, che per piacere al vulgo, e per adornare le sue male intese architetture, ci mettono molti intagli, di maniera che tal volta con questi intagli confondono l'architettura, e le tolgono la bellezza della forma: e se mai per alcun tempo le cose sode, e semplice furono in istima appresso i giudiciosi: elle sono nel secolo presente. La figura segnata D, rappresenta l'imposta dell'arco, & è bene intesa per simil membro: laqual cornice si conuerte poi in vna fascia, laqual corre intorno l'arco, si come si vede nella dimostration sua, & è mezo braccio in altezza: & ancora che questa imposta dell'arco non dimostri intagli, ella è però intagliata, e de gl'intagli mi dimenticai nel disegnare.

Beneuentani arcus, quem nuper iam designauimus, ornamenta ad verorum propriorumque similitudinem quamproximè accedentia nunc conscribemus. Stylobatæ ipsius basis coronixque, F nota hic commostrantur: quæ quidem membra & artificiosè extructa, & ad coronices cohonestandas imprimis apta esse videntur. Stylobatæ basis, plintho ei substante simul accepto, tripedalem, vt suprà iam diximus, duarum tertiarum duodenumque minutorum insuper adiectione, altitudinem obtinet: Coronixque pedalem ac semis altitudinem petit: Columnæ basis pedali, sexta parte superaddita, altitudine gaudet, & ex opere Corinthio simpliciter constat, columnæque ipsius rationi perbellè respondet, quemadmodum ex E designatione quiuis percipere potest. Capitulum autem, cùm quarto volumine sub Compositi ordinis exordio capituli genus quoddã huic omnino persimile descripserimus, hic nequaquam apposuimus: arcus namque præsentis constitutio ex Composito genere deriuatur. Epistylium, zophorus, coronixq; quæ columnæ superinducuntur, C litera separatim notantur, membraque hæc reliquo ædificio quamoptimè certè respondent. Quamuis enim coronix, cùm altior aliquantulum existat, à Vitruuiana regula atque institutione desciscat, membrorum omnium tamen iustissimam seruat proportionem: nec prauam aliarum passim coronicum, quæ mutulos denticulosque, nefandam profectò atque in ratione ædificatoria detestabilem, vt aliàs diximus, societatem coniungunt, consuetudinem imitatur. Prudens nanque Architectus etsi coronici huic denticuli formam apposuit, denticulos tamen, vt vitium prædictum effugeret, nequaquam insculpsit. Idem quoque Architectus ille, qui Pantheum olim instaurauit, in prima atque interiori delubrorum templum circumambientium coronice formanda ac statuenda, meditatus fuisse videtur. Quapropter quicumque sese Architectum profitetur, ne in adeò obscæna quandoque prolabatur errata, diligenter attendet: neque aliorum Architectorum exempla paulò liberiora secutus hanc erroribus suis excusationẽ adhibebit, antiquos videlicet ita fecisse, & idcirco sibi quoque idem licere. Nos tamen hanc ædificandi rationem nec in proprijs operibus componendis vnquam amplecteremur, nec in alijs eam sectandam imitandamque suaderemus. Basis inscriptioni substantis plinthus, qui coronice superior existit, & B signo à cæteris separatur, tripedalem, quadrante superaddito, altitudinem obtinet: Basisque ipsa plintho mox succedens, pedalem, & dextantis insuper altitudinem habet: Inscriptionis spatium octopedalem & trientalẽ præterea altitudinem petit: Coronix demum superior bipedali ac semis altitudine definitur. Verùm basis inferior cùm parum proiecturæ obtinuerit, infernè eam contemplantibus optimè respondere videtur. At superior coronix, de qua nunc sermonem habemus, si cum titulo inscripto conferatur, ad nimiam vtique prouehitur altitudinem: quæ si esset humilior, ipsaq. corona maior insuper ac prominentior existeret, aspectui forsitan iucundior foret. Quòd si, scalpturis parcius distributis, membra eo ordine eaque distinctione sibi mutuò succederent, vt alterum purum ac simplex, reliquum verò sculptum atque elaboratum fuisset; opus maiori adhuc laude atque commendatione dignum profectò extitisset. Verumenimuero cõplures perspiciuntur Architecti, qui & populi gratiam aucupantes, & ineptijs suis fucos adhibere studentes, scalpturis omnia complẽt: nec illud miseri intelligunt, sese, scalpturarum multitudine apposita, & operibus suis confusionem atque errorem inducere, & formarum ipsarum decorem atque elegantiam polluere. Quòd si solidorum, & simplicium operum constructiones hactenus vnquam à summis viris magni habitæ æstimatæque fuerunt, hac tempestate id certè contingit. Postrema demum figura D litera inscripta, arcus incũbas ostendit; in quo quidem membro nihil est, quod iurè reprehendere possis: è corona autem in fasciam arcum ipsum, vt ex propria habetur designatione, circumambientem permutatur, pedalemque altitudinem obtinet. Quamuis autem præsens incumbarum designatio scalpturis omnino sit destituta, illas tamen insculptas fuisse meminimus: at in earum forma specieque conscribenda, scalpturarum exprimendarum obliuio nos vtique cepit.


A
B
C
D
E
F

Appresso l'Amphiteatro di Roma detto dal vulgo il Coliseo è vn bellissimo arco molto ricco di ornamenti, e di statue, e d'historie diuerse, e fù dedicato a Constantino, e vulgarmente si chiama l'arco ai Trasi. Questo bell'arco ancora che al presente sia sepolto in gran parte per le ruine, & accrescimento di terreno; nientedimanco egli è di grande altezza, & i suoi transiti trapassano l'altezza di due quadri, e massimamente quei dalle bande. Quest'arco (come ho detto) è bellissimo all'occhio, e molto ricco di ornamēti e d intagli: bene è il vero che li corniciamenti non sono di molto bella maniera, quantunque siano ricchi d'intagli, dei quali trattero poi nella seguente carta. Fu misurato col palmo antico Romano, cioè a palmo & a minuti, il quale è notato a faccie 86. la pianta del quale è qui sotto dimostrata. La latitudine dell'arco maggiore è palmi 22. e minuti 24. la latitudine d'vn'arco minore è palmi 11. e minuti 11. e mezo. La grossezza dei pilastri è palmi 9. e minuti 4. la grossezza dell'arco per fianco è palmi 22. e mezo che viene a essere presso di vn quadrato perfetto la parte interiore dell'arco. La grossezza de i piedestali è palmi tre, e minuti 29. la grossezza delle colonne è palmi due, e minuti ventisei: lequal colonne sono canellate da alto a basso, e sono di tutto il suo tondo con le sue contracolonne.

Haud procul à Romano Amphitheatro, quod vulgus Colosseum appellat, insignis nempe extat arcus, compluribus quidem ornamētorum generibus, statuarumque collocationibus, necnon historiarū varietatibus excultus atque refertus; Constantinoque Imperatori dedicatus olim fuisse memoratur, Trassiumq. arcum eum homines passim appellant. Quamuis autem ipse tum ruinarum congestionibus, tum terræ quoque accessionibus maxima quidem ex parte obrutus demersusq. lateat: attamen adeò sublimis ac arduus effertur, vt eius vacuæ transitiones, eæq. præsertim, quæ ad latera statuuntur, duorum quadratorum altitudines excedant. Arcus hic, vt iam diximus, aspectui quippe iucundus & præclarus existit, necnon ornamentorum & scalpturarum copia ac multitudine præstat: At coronices, de quibus sequenti pagina mox differemus, etsi scalpturis sunt admodum copiosæ, nec formam tamen elegantiorem, nec satis aptā dispositionem assecutæ fuisse videntur. Palmis autem Romanorum antiquioribus, quorum modulos in Thermarum Antonianarum superiori designatione iam figurauimus, palmaribus insuper minutis concurrentibus, arcuatum hoc opus sumus olim dimensi. Et primū quidem Ichnographiam hic præmittemus. Maior arcus palmorum xxij & minutorum xxiv; Arcuum autem minutorum vterque, palmorum xi minutorumq. xj ac semis latitudinem obtinet: Pilæ palmorum ix & minutorum iiij crassitudine finiuntur: Laterum arcus ipsius crassitudo palmorum xxij ac semis existit, adeò vt pars arcus eiusdem interior quadrati perfectioris intercapedinem propemodum sortiatur: Stylobatæ tripalmarem & minutorum xxix insuper, Columnæque bipalmarem & minutorum xxvj præterea crassitudinem complectuntur: Columnæque à summo ad imum strijs distinctæ insignitæque fuerunt; exactamq; suam rotunditatem, columnarum oppositarum obiectu interueniente, sunt assecutæ.

PIANTA DEL ARCO DI COSTANTINO.



Circa le latitudini, e le grossezze di quest' arco ho detto il bisogno, hora tratterò delle sue altezze, e prima la base del piedestalo col zoco è di altezza palmo vno, e minuti 30. l'altezza del netto del piedestalo è palmi 7. e minuti 5. l'altezza della sua cornice è minuti 42. L'altezza del zocco sotto la base della colonna è minuti 32. l'altezza della base è minuti 60. L'altezza della colonna senza la base e'l capitello è palmi 26. e minuti 25. l'altezza del capitello è palmi due, e minuti 35. & è Composito. L'altezza dell'architraue è palmo vno, e minuti 11. ma il fregio è assai manco, & è intagliato, l'altezza della cornice è palmo vno, e minuti 21. l'altezza del zocco sotto l'altro ordine di sopra è palmi tre, e minuti 9 dal detto zocco alla sommità della cornice superiore è piedi 12. ma l'altezza di essa cornice è minuti 33. i piedestali sopra essa cornice non furono misurati, sopra i quali erano statue, & anco sopra la cornice segnata B, erano statue appoggiate a i quattro pilastri, le quali rappresentauano i prigioni de i quali si trionfaua. Le lettere che sono quì sotto, sono sopra l'arco nel luogo segnato A, oltra molte altre, che ne sono in diuersi luoghi dell'arco.


Propositi arcus latitudines crassitudinesq. iam expositæ declarataeque fuerunt, modò eiusdem altitudines persequemur. Stylobatæ quidem basis, plintho simul adiuncto, palmi vnius minutorumque xxx altitudinem explet: Stylobata absque membrorum suorum adiectione seorsum acceptus, palmorum vij & minutorum v altitudine terminatur: Eiusq. coronix in minuta xlij sublimis assurgit, Plinthi basi columnæ ipsius substantis altitudo, minutorum xxxij altitudinem æquat: Ipsaque basis in minuta lx educitur: Columna, basi capituloq. deductis, palmorum xxvj & minutorum xxv altitudinem petit: Capitulo bipalmaris & minutorum xxxv altitudo contingit, eiusque forma ad Compositum genus spectare uidetur: Epistylium palmi unius & minutorum xj altitudinem habet: Zophorus epistylio ipso longè humilior quidem existit, at scalpturarum uenustate, & elegantia præstat, Coronix demum in palmi unius & minutorum xxi extollitur altitudinem. Plinthi deinceps, qui secundo ordini superas partes agenti substernitur, altitudo tripalmaris, minutis ix superadditis, extat; ab eoque ad supremæ coronicis apicem pedes xii medij intercedunt; At coronicis ipsius altitudini metiendæ, minuta xxxiii ascribuntur. Stylobatarum deinde summæ coronici insistentium moduli, nequaquam à nobis explorati fuerunt; iisque simulachra nonnulla desuper imminebant. Quinetiam coronici inferiori B, statuæ quædam superpositæ, quaternis pilis innitebantur; quarum imaginum uultus habitusque, captiuos, de quibus triumphus agebatur, exprimebant. Literæ tandem subiectæ, supra arcum in spatio A descriptæ comperiuntur, necnon complures aliæ insuper diuersis arcus eiusdem spatijs impressæ leguntur.

IMP. CÆS. FL. CONSTANTINO MAX. P. F. AVGVSTO S. P. Q. R.
QVOD INSTINCTV DIVINITATIS MENTIS MAGNITVDINE
CVM EXERCITV SVO TAM DE TYRANNO, QVAM DE OMNI
EIVS FACTIONE VNO TEMPORE IVSTIS REMPVBLICAM VL-
TVS EST ARMIS ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT.



Delle proportioni, e misure dell'arco di Constantino ho trattato quì adietro: hora io trattarò de i corniciamenti particolari, e delle sue misure. La base segnata F, è del piedestalo del detto arco: l'altezza della quale è palmo vno, e minuti trenta, l'altezza del zocco sotto essa base è minuti 28, il rimanente è per li suoi membri partito proportionalmente come la propria. L'altezza della cornice del piedestalo che è sotto la base segnata E, e minuti 42. così proportionata. Il zocco sotto la base della colonna, il quale mi penso che accidentalmente vi fuße posto per esaltare le colonne, e in altezza minuti 32. tutta l'altezza della base è minuti 53. dell'altezza delle colonne si è detto quì adietro, e similmente del capitelo: la forma del quale non e quì, per eßerne di simili nel 4 libro nell'ordine Composito. Dell'altezza dell'architraue, del fregio, e della cornice si è detto quì adietro: e la cornice è molto modesta, ne viè quella licentia che è in alcun'altra in questo arco, come è l'imposta dell'arco di mezo segnata C, laquale imposta viene a eßere maggiore, e di più membri della superiore, e principal cornice. & e tutta confusa di membri, e massimamente di membri incomportabili, cioè denticoli, e modiglioni l'vn sopra l'altro, che quantunque non ci fussero i denticoli, non si conuiene però tal cornice a leuar sù vn'arco: & in questo fù più aueduto l'Architetto del theatro di Marcello, le imposte de gli archi del qual theatro sono le più belle, e meglio intese che mai io habbia visto, e dalle quali si può imparare come si debbon far simil cose. L'imposta degli archi minori segnata D, è di altezza palmo vno, e minuti 23. e mezo: laquale imposta staria molto meglio, se quei due piani che sono frà'l tondino disopra, e'l vouoio di sotto, fussero conuersi in vn piano solo, il quale seruiria per plintho, o per corona, hauendo la sua debita proiettura. La base sotto il secondo ordine segnata A, e di altezza minuti 16. l'altezza dell'vltima cornice, e minuti 43. laquale altezza saria poca a tanta distantia, se la sua proiettura gagliarda non l'aiutaße: perciochè essendo guardato disotto in sù: rappresenta assai maggiore, e però in tal caso io lodo molto questa cornice: e veramente tutte quelle cornici, la corona delle quali ha maggior proiettura del suo quadro: rispondono sempre meglio, e si posson fare di minor grossezza di pietre, e gli edifici patiscon manco peso. Nondimeno non si deon fare di troppo licentiosa proiettura. Ma di ciò leggasi Vitruuio nelle corone Ionice, e nelle Dorice, che egli ne istruisce chiaramente.


De arcus in Constantini gratiam olim extructi proportionibus ac symmetrijs abundè, ni fallor, peregimus: modò ad coronices sigillatim explicandasque accingemur. Basis F litera inscripta, stylobatæ ipsius arcus fulciendo supponitur, quæ palmi vnius minutorumque xxx altitudine definitur; Plinthi basi substantis altitudo, ad minuta xxviij conscendit: Quod reliquum spatij deinceps habetur, membris stylobatæ ipsius, veri exemplaris formam secuti, iustissima ratione diuisimus ac distribuimus: Stylobatæ coronix sub basi, quę E nota distinguitur, constituta minutorum xlij altitudinem petit, & eadem prorsus, qua hic descripsimus, ratione distributa fuisse videtur: Plinthus basi columnæ ipsius substratus, quem ad columnas extollendas potius quàm ob usum aut necessitatem aliquam ibi appositum iudicamus, minutorum xxxij altitudinem explet: Basisq. vniuersa in minuta liij conscendit; Columnarum capitulorumq; altitudines cùm iandudum exposuerimus, haud est cur eas denuò repetamus; Capitulorum autem formas atque dispositiones, cùm quarto volumine in Compositi ordinis pertractatione capitula nōnulla his omnino consimilia habeantur, consultò nunc prætermittimus: Epistylij item, zophori, coronicisq. altitudines iam declaratæ fuerunt. Ipsaq. coronix castigata admodum, nec adeò profusa solutave, vt aliæ forsitan in arcu eodem conspectæ coronices, esse videtur: quales arcus mediani incumbæ C litera inscriptę utiq. existunt, quæ & formæ amplitudine, & membrorum insuper multitudine, summam atque primariam coronicem excedunt; membraq. ipsius confusa implicitaque esse conspiciuntur; eaq. præsertim, quæ simul aptari coniungique minime possunt, quemadmodum denticuli mutulique, perperam hic commixta & consociata fuerunt. Quinetiam si denticuli hic nulli extitissent, coronicis tamen modus ratioque ad arcum extollendum nequaquam apta idoneave fuisset. Qua quidē in re artificis, qui Marcelli theatrum olim construxit, industriam & solertiam quammaximè commendamus: arcuum namque ibi circumductorum incumbas elegantiores & accuratius, quàm aliàs vnquam viderimus, compactas esse affirmamus; ex ijsque operum consimilium expediendorum rationes deduci & colligi optimè possunt. Minorum arcuum incumbæ D litera inscriptæ, ad palmi vnius minutorumque xxiij & semis altitudinem educuntur: quæ, si duo illa plana inter astragalum superiorem & ouiclum seu echinum inferiorem constituta in vnum tantummodo planum conuenissent, quod aptam sibique congruam nactum proiecturam plinthi coronæve locum obtinuisset, aspectui longè suauiores & iucundiores certè extitissent. Basis A secundo ordini substituta, in minuta xvj dumtaxat attollitur: Supremaque tandem coronix in minuta xliij conscendit. Quæ quidem coronicis altitudo, si maximi interualli spectes rationem, humilior profectò videretur, nisi vehementior proiectura maiorem amplioremve eius speciem reddidisset: cùm enim in sublimi loco editam homines ex inferiori parte contemplentur, proiectura vehementius deinde excurrente, longè maior, quàm sit, ab intuentibus iudicatur. Et mehercle coronicis huiusce modus ac dispositio quammaximè nobis probatur: omnesque coronices insuper ea ratione extructæ, vt coronarum proiecturæ quadratis earum areis maiores amplioresq. existant, præterquā quòd aspectui venustiores atque concinniores esse videntur; cùm ex leuiori quoque nec tam vasto crassove lapide constituantur, substantibus edificijs faciliori pondere incumbunt, eaque minori detrimento & incommodo afficiunt. Nec tamen Architectis in proiecturis educendis immodicam libertatem, & effusiorem licentiam idcirco permittimus. Verùm quicumque rei huiusce plenam & exactam cognitionem assequi concupierit, Vitruuium de Ionicis Doricisque coronis vberrimè differentem audiat atque percurrat.



A
A
C
D
E
B
F

Fuori di Ancona sopra il porto è vn braccio di vna mole, che si distende buon pezzo nel mare: laquale non fu fatta senza gran spesa per conseruare i nauilij dal mare di Leuante. Nel fine di essa sopra l'acqua si troua vn'arco trionfale tutto di marmo, & è di opera Corinthia pura, ne vi sono intagli eccetto che i capitelli, molto bene intesi: e veramente questo edificio, è di tanta venustà e corrispondentia, e sono tanto bene accordati i membri con tutto il corpo; che a chi non intende l'arte gode almeno della sua bellezza, e quei che l'intendono, non solamente vedendo tanta concordantia rimangono satisfatti: ma rendono gratia al buono Architetto, che diede occasione al secolo nostro di potere imparare, & acquistare assai da questo bello, e bene inteso edificio: negli ornamenti del quale, e così bene osseruato l'ordine Corinthio, quanto in altro arco che sia, & è per la buona vnion sua ancora tutto integro, se non ch'egli è spogliato di molti ornamenti. Questo bell'arco, per quanto si comprende, il fece fare Nerua Traiano: la statua del quale (per quanto si dice) era in cima dell'arco sopra vn cauallo in gesto minacciante verso quei popoli, ch'egli hauea debellati, acciò non si ribellassero, e questa statua era di bronzo di opera bellissima. Erano fra le colonne sopra la cornice segnata E, alcune statue di bronzo per quanto dinotano le lettere scritte in quei luoghi. Vi sono ancora certi vestigi di forami, i quali dinotano che vi fussero festoni pur di bronzo, o altre cose simili, lequali furono tutte spogliate da quei Gotti, e Vandali, & altre nationi a noi inimiche. Questo fù misurato col piede antico, la pianta del qual arco, è quì sotto. La latitudine del vano dell'arco, è piedi dieci, la sua grossezza nella parte interiore è piedi 9. e minuti due, la grossezza delle colonne è piedi due, e minuti 11. Fra l'vna colonna, e l'altra è piedi 7. e minuti 5. le colonne sono in fuori piede vno, e minuti 11. l'altezza del vano dell'arco è piedi 25. & vn terzo: e questa altezza che è più di due quadri non offende però chi mira tutta la massa insieme, l'altezza de i piedestali con tutte le sue cornici, è piedi 5 la sua larghezza è piedi 3. e minuti 15. e mezo, l'altezza della base col zocco sotto, è piede vno, e minuti 36. l'altezza della colonna fin sotto il capitello è piedi 19. e minuti 22. e mezo, la sua grossezza sotto il capitello è piede vno, e minuti 56. l'altezza del capitello è piedi due, e minuti 24. col suo abaco, e l'abaco è minuti 10. il detto capitello si trouerà dissegnato nel principio dell'ordine Corinthio nel quarto libro: l'altezza dell'architraue è piede vno, e minuti 12. l'altezza del fregio è piede vno, e minuti 18. l'altezza della cornice è piede vno, e minuti 22. l'altezza del zocco sopra la cornice, è piede vno, e minuti sei e mezo, l'altezza della base sopra il detto zocco è minuti trenta in altezza. L'altezza dell'epitafio fin sotto la cornice è piedi sei, e minuti ventidue. La cornice di sopra non fù misurata.

Extra Anconæ ipsius vrbem ampla quædam portuq. superior moles in pontum excurrit, quæ immodicis sumptibus, & maxima artificũ manu ad naues ab Euri, ac Subsolani flatibus vehementioribus defendendas, & incolumes conseruandas fuit olim perducta: In summaque eius parte aquas despectante triumphalis arcus è marmore constans, Corinthium opus simpliciter, extat; nec præter capitula egregiè quidem elaborata aliæ visuntur scalpturæ: eaque ibi adest venustas ac symmetria, isque membrorum omnium cum integra ædificij structura habetur consensus & harmonia, vt etsi quis artem attingere nequaquam valuerit, pulchritudine tamen mirificè delectetur: quicunque verò artificium probè intellexerint, haud solùm, tanta cunctarum partium symmetria & conuenientia perspecta, cõtenti discedent; verùm opifici insuper ipsi, qui tam eleganti & accurata ędificij distributione ab eo excogitata pręclaram addiscendi proficiendique occasionem posteritati reliquerit, quamplurimum sese debere fatebuntur. In operis autem huiusce ornamentorum generibus Corinthium ordinem tam diligenter obseruatum, & vsq; adeò expressum comperies; vt, quem cæterorum arcuum cum hoc conferre possis, haud facilè inuenias. Quinetiam ipse ob partium solidissimam compactionem adhuc in integritate sua incolumis persistit, etsi complura certè in eo desiderantur ornamenta. Insignem hunc arcum, quantum iudicare fas est, Nerua Traianus instituit: cuius simulachrum truci ac terribili vultus specie, populos scilicet Marte ab eo superatos, ne quandoque ab ipsius imperio desciscerẽt, admonente, summo arcu equo memorant insedisse; & signum tum ex ære conflatum, tum egregiè insculptum elaboratumq; prædicant extitisse. Inter columnas autem supra coronicem E litera designatam, literarum ibi impressarum sensu hoc denotante, statuę nonnullæ æneæ consistebant. Quædam etiam foraminum vestigia sparsim conspiciuntur, quæ æneos fasciculos, aut alia huiusce generis ornamenta ex ære conflata olim ibi fuisse testantur: quæ quidem omnia à Gottis, Vandalis, alijsque feris & immanissimis gentibus direpta, deinde exportataq; fuerunt. Præsens arcus pede Romanorum antiquo, cuius tertiam partem in Thermarum Diocletianarum pertractatione supra iam designauimus, suos explet commensus: eiusque Ichnographiam primùm hic infrà statuemus. Arcus quidem intercapedo, decempedalem latitudinem obtinet: Interior eius crassitudo, pedibus ix minutisque duobus continetur: Columnæ bipedali & minutorum xj crassitudine finiuntur: Intercolumnia septempedalia, minutis v superadditis, extant: Columnæ pedem vnum minutaque xj extra solidum ipsum procurrunt: Arcus eiusdem apertio pedum xxv tertiæque partis insuper altitudinem petit. Nec tanta vtiq; altitudo, quamuis cum decempedali nuper exposita latitudine collata duorum quadratorum spatium excedit, si totam molem vno obtutu simul aspexerimus, visui molestiæ aut incommodi quicqua affert: Stylobatæ, coronicibus simul adiunctis, quinquepedalem altitudinem sortiuntur; eorumq; latitudo tripedalis & minutorum xv ac semis existit; Basis, si plinthum quoque substantem addideris, pedali & minutorum xxxvj altitudine clauditur: Columnæ scapus ad capituli initium vsque pertingens, in pedes xix minutaque xxij ac semis attollitur; eiusdemq; crassitudo sub capitulo constituta, pedis vnius & minutorum lvj spatio continetur: Capitulum, abaco simul accepto, bipedali & minutorum xxiv insuper altitudine terminatur; quorum abaco minuta x contingunt. Capituli autem designationem quarto volumine sub Corinthij ordinis exordio explicatam offendes: Epistylium in pedem vnum minutaque xij zophorus in pedem vnum minutaque xviij, coronix demum in pedem unum minutaq. xxij sublimes ascendunt, Plinthus deinceps coronici superincumbens, pedis vnius minutorumq. sex ac semis altitudinem æquat: Basis plintho mox succedens, minutorũ xxx altitudinem explet: Inscriptionis spatium ad summæ coronicis initium conscendens, in pedes senos minutaq. xxii effertur. Summam autem coronicem, vt uerum fateamur, dimensi minimè sumus.

PIANTA DELL' ARCO D'ANCONA.





PLOTINÆ
AVG.
CONIVGI AVG.

Queste lettere che sono dalle bande, vanno frà le colonne, vna parte dal lato destro, e l'altra dal lato sinistro.


Angulares hæ literæ in intercolumnio. rum spatijs, alteræ nempe in dextero cæteræq. in sinistro intercolumnio sunt reponendæ.

DIVÆ
MARTIANÆ
AVG.
SORORI AVG.



Quanto alle misure dell'arco di Ancona penso hauer detto a bastanza: ma perche i membri de i corniciamenti siano meglio intesi: io gli dimostrerò quì auanti, e comincia rò dalle parti da basso, si come quelle sono le prime poste in opere sopra terra. L'altezza del piedestalo segnato G, è piedi cinque con tutte le sue cornici, l'altezza del zocco della base del piedestalo è minuti 18. la base sopra esso zocco e minuti 19. & vn terzo, l'altezza della cornice del piedestalo è minuti 20 & vn terzo, & altrettanto è quel zoco sotto la base segnata F, il quale per mio auiso è fatto per esaltare le colonne; ne però torna male, anzi per essere adornato d'vna operetta intorno, laquale diuide quello dal plintho della base, che è Corinthia pura, e molto bella al giudicio mio, l'altezza della quale è minuti 43. col collarino, ouero cinta della colonna, la proiettura d'essa base è minuti 16. e mezo, la grossezza del piedestalo è piedi tre, e minuti 11. e mezo, la grossezza della colonna è piedi due, e minuti 11. i canali della colonna che son fuori del viuo sono 13. la larghezza d'vn canale è minuti 7. e mezo, e'l quadretto che gli diuide è due minuti, e mezo, l'altezza del capitello è quanto è grossa la colonna nella parte da basso, cioè senza l'abaco: ilqual capitello ha vna bellissima forma, per ilquale possiamo credere che il testo di Vitruuio sia corrotto, e che Vitruuio intendesse l'altezza del capitello senza l'abaco: percioche la maggior parte de i capitelli ch' io ho veduti, e misurati: io gli trouo di tale altezza, anzi qualche cosa più alti senza l'abaco, che non è grossa la colonna, e massimamente quei capitelli che sono nel Pantheon, vno de i quali nel principio di questo libro si può vedere, l'altezza dell'architraue sopra la colonna è piede vno, e minuti 12. l'altezza del fregio è piede vno, e minuti 18. l'altezza della cornice è piede vno e minuti 22. & il fregio segnato A, il zocco sopra essa cornice è piede vno, e minuti sei, e mezo, la base sopra esso è minuti 30. e'l spatio doue sono scritte le lettere è alto piedi sei, e minuti 22. nel quale è vna croce, l'imposta dell'arco è notata D, e la sua altezza è piede vno, e minuti 15. la cornice di sopra non fu misurata, l'altezza della mensola, o conio che dire lo vogliamo, laquale è sopra l'arco e piedi tre, e minuti 30. e vien fuori del viuo piede vno, e minuti 14. nella parte superiore, e nella parte di sotto vien fuori piede vno, laquale è quì a canto segnata B, i quattro quadretti oblonghi con quelle cornici sopra, i quali sono fra le colonne, si può credere che sopra vi fussero meze figure, la forma de i quali è quì a canto segnata E, e vi è il profilo come sono lauorati: percioche sono tutti pieni di opere fin presso il centro, l'altezza della cornice che vi è sopra è alta minuti 32. Io non hò narrato minutamente a membro per membro tutte le altezze, ne anco le proietture, ma ben con somma diligentia le hò trasportate dalle proprie in questa forma, e furono misurate col piede Romano antico, la metà del quale è stato notato quì adietro.

De Anconitani arcus symmetrijs satis iam locuti fuisse videmur. Nunc verò, vt coronicum membra faciliùs expeditiusq. intelligantur eorum typos separatim conscribemus, ab infimis partibus, quæ primæ è latebris sese exerunt & attolluntur, exordium sumentes. Stylobatæ G litera inscripti, eius coronicibus quoque simul assumptis, altitudo quinquepedalis existit: Plinthus basi stylobatæ ipsius substratus, minutorum x v i i j altitudine definitur: Basisque mox succedens minutorum xix tertia parte superaddita, altitudinem petit: Stylobatæ eiusdem coronix in minuta xx tertiamq. partem amplius ascendit: Tantumdem arulæ, quæ basi F substernitur, etiam contingit; quam quidem arulam ob columnas excitandas adiectam putamus: nec indecora tamen videtur, cùm opusculo quodam circumambiente & satis eleganti, quod eam à basis ipsius plintho fecerint, eniteat. Basis autem cùm ex Corinthio opere tota simpliciter constet, mirificè nobis probatur: eaque, limbo seu apophygi simul accepta, minutorum x l i i j altitudinem explet. Eademque basis insuper minutorum x v j ac semis obtinet proiecturam: Stylobatæ crassitudo tripedalis, & minutorum x j ac semis existit: Columna deinceps bipedalem & minutorum x j crassitudinem habet: Eiusdemque canaliculi extra solidum procurrentes, tredecim numerantur, singulique minutorum v i j ac semis latitudinem assequuntur; Regulæque eos separantes ac distinguentes, minutorum duorum ac semis spatio terminantur: Capituli, si Abacum dempseris, altitudo columnæ imam crassitudinem æquat; ipsumq; pulcherrima nempe forma instructum conspicitur. Ex quo Vitruuianum codicem perperam deprauatumq; legi suspicamur, & Vitruuium capitulum, abaco dempto, imæ columnæ crassitudini adæquandum voluisse existimamus: pleraque enim capitula à nobis conspecta atque dimensa sine abaco prædictam altitudinem assequi, columnæque crassitudinem nonnumquam excedere sensimus; quod in Panthei ipsius capitulis, quorum exemplum sub voluminis huiusce initijs B inscriptum notauimus, clarè admodum perspicitur. Epistylium columnæ superincumbens pedalem ac minutorum x i j zophorus pedalem minutorumque x v i i j, coronixque pedalem & minutorum x x i j altitudinem sortiuntur; ipseque zophorus A litera inscribitur. Plinthus coronice superior, in pedem vnum minutaq. sex ac semis attollitur; moxque Basis succedens minuta explet xxx: Spatium tituli monumentum excipiens, in pedes senos minutaque xxij conscendit, ibiq; crux figurata conspicitur; Arcus incumbæ D consonante inscriptę, pedis vnius & minutorum x v altitudine gaudent: Superioris autem coronicis modulos ignoramus: Mensulæ cuneive, quomodocumque ipsum nuncupare libuerit, supra arcum extantis altitudo, tripedalis minutorumq; x x x esse videtur; parsq. eius superior pedem vnum & minuta x i v insuper, inferior verò pedem vnum tantummodo extra solidum ipsum egreditur atque procurrit, & signi B appositione à nobis notatur. Pusilla & oblongiora tetragona quaternario numero definita, quæ, desuper incumbentibus coronicibus, inter columnas media collocantur, ad dimidiata signa imposita sustinéda excogitata fuisse putantur: eorumq; typos, signo E indicante, expressimus, necnon Orthographiam, & scalpturas eorundem subiecimus; egregijs etenim operibus ad centrum vsque propemodum referta atque elaborata fuerunt. Coronicis superstructæ altitudo, minutis x x x i j definitur. Nos quidem altitudines omnes, singulasve proiecturas nec membratim, nec exquisitè persecuti hic sumus: verumtamen, vt eas è proprijs exemplaribus ad minores huiusce modi formas iustissima ratio ne traduceremus, quam plurimùm certè laborauimus. Ad commensus autem accipiendos pedem Romanum antiquiorem, cuius tertiam partem in Thermis Diocletianis explicandis vt suprà iam designauimus, hic adhibuisse videmur.



D
F
A
E

Pola città in Dalmatia appreßo il mare è dotata di molte antichità: & oltra il theatro, e l'amphitheatro, de i quali si è trattato quì adietro: ci sono ancora de gli altri edifici, de i quali io non trattarò per hora. Ma ci è vn'arco trionfale di opera Corinthia molto ricco di ornamenti, sì di figure, come anco di fogliami, & altre bizarrie, talmente che da i piedestali in sù non vi è opera, ne spatio che non sia intagliato così nelle faccie, come ne i fianchi, e similmente nelle großezze interiori, & anco sotto l'arco, nel quale ci sono tante, e diuerse opere d'intaglio, che occupariano gran spatio a volerle dimostrare: onde solamente dimostrerò quelle parti, che all'architetto si conuengono circa la inuentione, & le misure. La pianta dell'arco seguente è quì sotto, e fù misurata con vn piede moderno, la metà del quale sarà quì sotto. La latitudine del vano dell'arco è piedi 12. e mezo: e l'altezza sua è circa piedi vent'vno. La großezza de i pilastri per fianco nella parte interiore è piedi quattro. La grossezza di vna colonna è piede vno & oncie 9. e meza. Fra l'vna colonna e l'altra è piede vno, & oncie tre, e meza. La pilastrata dell'arco è piede vno, & oncie due, l'altezza del zocco sotto la base del piedestalo è piede vno. La base è alta oncie 4. Il netto del piedestalo è piedi tre, e la sua cornice è oncie quattro. Il zocco sotto la base della colonna è oncie quattro, l'altezza della base della colonna è oncie 10. & vn quarto. L'altezza della colõna e piedi 16. & oncia vna, e tre quarti. l'altezza del capitello è piedi due, & oncia vna. L'altezza dell'architraue, è piede vno, & oncia vna. L'altezza del fregio è piede vno, & oncie due. L'altezza della cornice è piede vno, & oncie dieci. L'altezza del zocco sopra la cornice è piede vno, & oncie due. L'altezza della base del piedestalo col zocco sopra eßa è piede vno, & oncie due. Ma l'altezza della base, e la base sola è oncie 10. l'altezza del detto piedestalo, cioè il netto è piedi due, & oncia vna. La sua cornice è oncie sei. Quel canetto sopra essa, il quale Vitruuio lo dice corona lisis, per quanto io credo, è oncie 5, e questo è quanto alle misure del seguente arco.


Pola, præclarum Dalmatiæ oppidum, compluribus nimirum antiquitatibus præstat: præter enim Theatrum atque Amphitheatrum, quorum vtrunq, suprà declaratum iam fuit, alia quoque ibi passim conspiciuntur ædificia, quibus tamen hic supersedendum existimamus. Verùm triumphalis quidam arcus Corinthio opere perfectus & varijs ornamentorum, tum signorum uidelicet, tum foliorum, tum nouitatum complurium generibus locuples & copiosus ibidem extat: cuius, si ab infimis stylobatis ad superas partes gradatim ascẽderis, nullum opus nullumue spatium, quin tam frontes quàm latera, itemque crassitudines interiores gerat insculptas, uacuum prorsus offendes. Quinetiam sub ipsomet arcu tot adeoque varia scalpturarum genera resident, vt, si omnium designationes essent nobis sigillatim constituendæ, immensum vtiq; spatium eæ sibi requirerent & postularent. Quapropter ne curiosi fortè prolixioresq. videamur, superuacaneis reiectis partes eas tantummodo, quarum inuentiones ac symmetriæ insignes Architecto præstabũt vtilitates, in præsentia attingemus. Arcus Ichnographiam primùm subiecimus, ad eumq; dimetiendum nouo quodam recentiorum pedum genere, cuius tertiam partem hic perscriptam intueris, vsi fuimus. Arcus primùm apertio pedum xij ac semis latitudinem, pedumque xxj circiter altitudinem obtinet: Interior pilarum, quæ ad arcus latera constituuntur, crassitudo quaternis pedibus defin tur: Columnæ singulæ pedalem & dodrantalem, semiuncia superaddita, crassitudinem assequuntur: Intercolumnia pedis vnius & quadrantis, semiunciæq; insuper distantia terminantur: Arcus eiusdem intepagmenta, pedis vnius & sextantis latitudinem æquant, Plinthi, qui basi stylobatæ ipsius substernitur, altitudo pedalis existit: Basis trientalem altitudinem habet: Stylobatæ quadratum, tripedalen; eiusque corona, trientalem altitudinem explet: Plinthus columæ basi substratus trientalem, columnæque ipsius basis dextantis, vnciæ vnius quadrante superaddito, altitudinem petunt: Columnæ scapus in pedes xvj & unciam, quartæ partis adiectione, consurgit Capitulum in pedes binos vnciamque vnam effertur, Epistylium pedis unius unciæq; unius, zophorus pedis vnius & sextantis, Coonix pedis vnius & dextantis altitudine finiuntur: Plinthus coronti superstans, in pedem vnum & sextantem attollitur; Stylobatæ ipsius basis vnà cum plintho basi superimposito, pedis vnius & sextanis altitudinem sibi vendicat; At basis absque plinthi adiectione seorsum accepta, dextantis tantummodo altitudinem obtinet: Simplex autem stylobata bipedali & sextantis insuper altitudine cõtinetur: Eiusque corona ad semipedis vnius altitudinem dumtaxat effertur: Superior tandem scotia, quam Vitruuius Lisim cornam appellat, quincunce, ni fallor, altitudine clauditur. Et tot quidem de subsequentis arcus symmmetrijs dicta sufficiant.

La linea qui sotto è mezo piede Il piede è partito in parti dodici dette oncie, e questo è oncie sei, che è mezo piede.

Linea exposita trientalem peis quantitatem designat: Pedesque singuli in duodecim, quæ vnciæ vocantur, partes distribuuntur: tertiæq. pedis huiusce extensioni quatuor vnciæ tantùm contingunt.



PIANTA DELL'ARCO DI POLA.



Le misure del presente arco sono notate quì adietro: nella seguẽte carta saranno i particulari membri più diffusamente notati, e dimostrati in figura. Queste lettere maiuscole seguenti sono scritte nel fregio segnato Y.

Subiecti quidem arcus symmetriæ iam exploratæ fuerunt, At sequenti pagina singula membra tum vbrius pertractabuntur, tum proprijs designationibus clarius ostendentur. Grandiusculæ autem hæ literæ primùm in zophoro Y insculptæ conspiciuntur.

SALVIA. POSTVMA. SERGI. DE SVA PECVNIA.

Le sotto notate maiuscole vanno nei tre piedestali segnati X, H, & A.

Subsequentes hæ literæ deinde, quæ maiusculæ item existunt, in tribus stylobatis, quos X, H, & A, notis inscriptos intueris, incisæ impressæque fuerunt,

L. SERGIVS. C. F.
ÆD. II. VIR. XV


L. SERGIVS. L. F. LEPIDVS ÆD.
TRIB. MIL. LEG. XXIX.

C. SERGIVS C. F. ÆD.
ÆD. II. VIR QVINQ.



Hò trattato nella carta passata delle misure vniuersali dell'arco di Pola, & anco dimostrato la forma d'esso arco, & anco narrato in parte dei bellissimi, e ricchi ornamenti suoi: hora tratterò delle particolar misure de' membri del sopradetto arco, e prima comincierò nell'vna parte, si come quella fù la prima posta in opera sopra terra. L'altezza del zocco sotto la base del piedestalo è piede vno: benche sotto di questo ve n'è vn'altro di assai maggiore altezza, ma è sepolto, l'altezza del cimatio sopra esso col suo tondino è oncie quattro. Il netto del piedestalo è di altezza piedi tre, e'l suo cimatio di sopra è oncie 4. Il zocco sotto la base della colonna è oncie 4. L'altezza della base di essa colonna è oncie 10. & è molto ben lauorata d'intagli: e benche la forma sua sia Dorica gl'intagli delicati la dinotano Corinthia. Le colone sono canellate da alto a basso; e vengon fuori del viuo, quanto dimostra la figura quì auanti. L'altezza del capitello con l'abaco suo è piedi due, & oncia vna, ilqual capitello è di maggiore altezza della grossezza della colonna, nondimeno egli è molto gratioso, e corrisponde bene all'occhio, & è ricchissimamente lauorato, come quì auanti si dimostra nella sua figura: e sempre che'l capitello Corinthio sarà di tal proportione alla sua colonna: io lo giudicarò più grato all'occhio, che s'egli fusse con tutto l'abaco di tanta altezza, quanto è grossa la sua colonna: e ben che Vitruuio lo descriua così: nondimeno (come in più luoghi hò detto) il testo potria essere corrotto, hauendo riguardo a questa naturalità, che se'l capitel Corinthio (come dice Vitruuio) è tolto dal la testa di vna vergine; certa cosa è che'l volto di vna vergine ben proportionato, è di maggiore altezza, ch'egli non è in larghezza, e dee essere tanto più alto, quanto era quel canestro di frutti cō quella tegola sopra, che significa l'abaco. Si che per tal ragione, & anco per tanti antichi, che tutto'l dì si veggono in diuersi luoghi: io lodarò sempre tal proportione. L'altezza dell'architraue è piede vno & oncia vna, l'altezza del fregio è piede vno, & oncie due, l'altezza della cornice è piede vno, & oncie dieci: la qual cornice è molto licentiosa, quantūque ella sia ricca di lauori, percioche tal ricchezza la confonde: ma quello che è più vitioso si è il vouolo sopra la cima, cosa che veramente dispiace all'occhio, e quello che più dee essere degno di biasimo, e quel vouolo intagliato nella parte superiore senza membro alcuno sopra, che lo copra, acciò non sia rigato, e consumato dalle acque. Ma sempre furono de gl'Architetti licentiosi, come ancora ne sono a nostri tempi: i quali per piacere al vulgo mettono di molti intagli nelle opere loro, nō hauendo riguardo alla qualità dell'ordine, e metteranno così di molti intagli nelle opere Doriche, le quali ricercano grauità, e sodezza, come fariano nelle opere Corinthie, lequali vogliono diuersi ornamenti per la tenerezza sua. Ma gl'intendenti, e giudiciosi Architetti seruaranno sempre il decoro, e se faranno le opere Doriche imitaranno i buoni antichi, i quali si conformano più con la dottrina di Vitruuio: e se anco faranno opere Corinthie, le vestiranno di quelli ornamenti, che a tal ordine si richiede, e questo hò io voluto dire per auertir quelli, che non sanno, perche quelli che sanno, non hanno bisogno del mio parere. Hor per tornare a proposito, sopra questa cornice vi è vn basamento, che fa tre piedestali, ilquale per non essere occupato dal la cornice: il sporto della quale per la veduta da basso occuparia la base sua, ha sotto vn zocco di altezza di piede vno. Sopra di questo è la sua base, l'altezza della quale è oncie dieci. Il netto del basamento è piedi due, & vn'oncia in altezza. La sua cornice di sopra è di altezza mezo piede: la qual cornice è gratiosa, e si discerneno bene i suoi membri, per esser fra li due membri intagliati vn membro netto. Sopra questa cornice vi è quel membro, ilquale si dice corona lisis per quanto intendo io Vitruuio; l'altezza della quale è oncie 5. Sopra di questa sono alcune pietre, lequali non hanno finimento alcuno, ma si può credere vi fussero sopra altre cose, l'altezza di queste pietre è oncie dieci, l'altezza dell'imposta dell'arco, e oncie 10. la quale è pur fatta licentiosamente: e benche i tre membri l'vn sopra l'altro sian diuersi, sono nondimeno conformi assai di proiettura, doue che in opera non fanno buono effetto. Li membri seguenti si conosceranno per i suoi caratteri, quai membri siano dell'arco passato.

Polensis quidem arcus communiores modulos iam absoluimus, eiusq; formam vnà exposuimus, necnon elegantissima sumptuosaq; eiusdem ornamenta aliqua ex parte saltem attigimus: Nunc verò proprios membrorum modulos aperire & patefacere contendemus, ab eoque primùm, quod supra tellurem priores obtinet collocationes, exordiemur. Plinthus stylobatæ ipsius basi substratus in pedem vnum excitatur, quamuis alter longè excelsior, obrutus tamen atque depressus, subsideat: Cymatium autem plintho superincumbens vnà cum astragalo, ad trientalem altitudinem pertingit: Stylobatæ quadratum tripedalem, superiusque eius cymatium trientalem altitudinem obtinet: Plinthus columnæ ipsius basi suppositus, trientalis itē existit: Ipsaq. columnæ basis dextantis altitudinem æquat, scalpturisq. egregiè admodum elaborata esse videtur; & quamuis Doricam formam præseferat, scalpturarum tamen elegantia ad Corinthium opus magis declinat: Columnæ à summo ad imum vsque striatæ cōspiciuntur, & extra solidum ipsum procurrunt, quemadmodum ex apposito schemate apparet: Capitulum, abaco simul accepto, ad bipedalem vnciæ unius adiectione, altitudinem pertingit, eiusq. separatim altitudo columnæ crassitudinem vtique excedit: perlegans illud quidem, oculorumque sensui perbellè respondens, necnon scalpturarum pompa & fastu, quemadmodum ex propria constat designatione, magnificè instructum. Hanc autem Corinthiorum capitulorum ad columnas rationem & symmetriam aspectui semper iucūdiorem, quàm si eorum, abacis simul acceptis, altitudines columnarū crassitudines adæquarent, futuram existimamus. Et quamuis Vitruuius postremam hanc capitulorum formam atque dispositionē cæteris prætulisse videatur; tamen, vt aliàs diximus, Vitruuiani codicis lectio deprauata forsitan esse posset, quod eo præsertim exemplo comprobatur. Si namque capituli Corinthij constitutio, quemadmodum author idem testatur, ex virginalis oris statu habituq. profluxit, virginalis quippe faciei rectè compositæ altitudinem latitudine ipsa maiorem existere omnibus constat; capitulumq. ad hanc similitudinem excogitatum propter calathum monumento superimpositum, testa quinetiam, quæ abacum significat, in summo vertice collocata, ad maiorem adhuc altitudinē eò conscendet. Quapropter & hac ratione persuasi, & tot antiquitatum exemplis, quæ locis com pluribus extant, passim conspectis, symmetriam atq; proportionem iam assignatam quammaximè laudandam & commendandam iudicamus. Epistylium pedis unius unciæq. unius, zophorus pedis vnius & sextantis, coronix deniq. pedes unius & dextantis altitudinem sortiuntur. Ipsaq. coronix, quamuis scalpturarum multitudine insignis, liberior tamen perturbataq; apparet. Namque præter confusionem ex immodico signorum apparatu prouenientē, Echini super ipsammet simam collocatio, cùm aspectui incommoda certè & insuauis existat, haud immeritò quidem reprehendenda & detestanda videtur: eoque magis, quòd Echino, cùm egregiè & artificiosè admodū sit insculptus, partes superiores, nullo membro prorsus superimposito, quod illum ab imbrium iniurijs incolumem tueatur atque defendat, quammaximo certè eius incommodo ascriptæ assignatæq. fuerunt. Verùm tunc etiam haud secus, quàm apud nos, licentiores atq; audaciores complurēs extabant Architecti: qui, operum ordine & conditione nequaquā perspecta, sed vulgo tantummodo gratificari studentes, scalpturarum multitudinem citra vllum delectum in omnibus adhibere consueuerunt, & tā Doricas extructiones, quæ operū grauitatem soliditatemque requirunt, quàm Corinthij generis ædificia, quæ propter eorum molliorem, & teneriorem proprietatem ornamentorum complurium varietatibus gaudent, scalpturis complent atque referciunt. At periti mehercle & solertes Architecti rerum in primis naturas distinguentes, propriasq. earum conditiones mox separantes, si Dorica opera aggredientur, probata antiquorum exempla, quæ Vitruuianis constitutionibus firmius adhærent, sibi sectanda imitandaque proponent: sin Corinthijs manus admouerint, proprias ordinis huiusce symmetrias ac venustates ad ea condecoranda exornandaq; adhibebunt. Hæc autem non ad doctiores, qui monitis nostris nequaquā indigere videntur, sed ad ignaros potius, ne imprudentes quandoq; errent, cautiores reddēdos dixisse sufficiat. Verùm his in præsentia omissis, & inceptum iam argumentum persequentes crepidinem, quæ in tres stylobatas deinde excitatur, iam exposita coronice superiorem esse affirmamus: quæ quidem ne à substante coronice, cuius proiectura ex inferiori parte suspicientibus crepidinis basim contenderet & præpediret, occultetur obscureturve, plintho pedalis magnitudinis supposito altior aliquantulum effertur. Huic basis superior deinde succedit, quæ in dextantem ascendit. Crepidinis purum simplexque interuallum, bipedalem unciæq. vnius insuper altitudinem obtinet: Coronixque eius superior semipedali altitudine definitur, quæ quidem coronix lepore, & venustate haud mediocriter circunfusa videtur; membraque eius, cùm inter duo sculpta solidum ac purum membrum constituatur, quamoptimè distinguuntur. Coronici huic membrum illud, quod à Vitruuio, si rectè mentem eius assequimur, Coronæ Lisis appellationem obtinuit, superstruitur: & quincuncem sibi vendicat altitudinem; Supra Lisim deinceps lapides nonnulli extant, imperfectiores minimeque absoluti, quibus alia quoque superiora adhuc extitisse creduntur: Prædicti autem lapides in dextantis altitudinem attolluntur: Eademq; item dextantis altitudo, arcus ipsius assignatur incumbis, quæ liberius nimirum licentiusque extructæ fuerūt. Quamuis autem tria membra, altera alteris superstructa atque congesta, inter sese diuersa ac dissimilia esse conspiciuntur; cùm tamen eorum proiecturæ omnino conueniant atque consentiant, de operis venustate nonnihil detrahere & imminuere profectò videntur. Sequentium membrorum denique ad superiorem arcus totius designationem responsus ac symmetriæ, characterum appositionibus animaduersis, quamprimùm innotescent.


C
D
F
A
E
B


In Verona Città molto antica vi sono molti archi, fra i quali ve n'è vno alla porta di Castel vecchio: ilquale veramente ha buona forma, e proportione. Quest'arco, per quanto si comprende: era cosi ornato dauanti come di dietro, & anco per i fianchi hauea due entrate, come si può conoscere per i vestigi, che ancora si veggono: Questo fu misurato col medesimo piede, col quale è misurato l'arco di Pola passato, l'apertura delquale arco è in latitudine piedi 10. e mezo. La grossezza delle colonne è piedi 2. & oncie 2. fra l'vna colonna, e l'altra è piedi 4. & oncie 3 La pilastrata dell' arco è piedi 2, & oncie 2, La grossezza dell'arco per fianco nella parte di dētro è piedi 4. e mezo. La latitudine del tabernacolo fra le colonne è piedi 2. & oncie 10. e questo è quanto alle latitudini, & alle grossezze. Ma dicendo delle altezze, la base del piedestalo della colonna col suo zocco è alta piede 1. & oncie 3. Il netto del piedestalo è piedi 4. & oncie tre, e meza. La sua cornice è oncie 10, e meza. L'altezza della base della colonna è piede 1. l'altezza della colonna sēza la base, e il capitello è piedi 17. & oncie 3. l'altezza del capitello è piedi 2, & oncie 4. e meza, l'altezza dell'architraue, e piede vno, e mezo, l'altezza del fregio è piede vno, & oncie 7. e meza, l'altezza della cornice, e piede vno, & oncie 10. e benche nel disegno quì a canto vi sia il frontespicio, non si vede però nell'arco, perche non vi è cosa alcuna dalla prima cornice in sù, nondimeno ancora che'l muro sia consumato dagli anni, si veggono alcuni vestigi, per iquali si può comprendere che vi fusse il frontespicio. La cornice superiore non vi è, e però non dico misura alcuna tolta dall'antichità, ma ben l'ho io dissegnata con quella misura, e di quella forma, ch'io la farei, hauendo per regola generale che le cose superiori diminuiscono alle inferiori la quarta parte. Questa cornice adunque sarà la quarta parte minore di quella di sotto, e sia così diuisa: tutta l'altezza sia partita in quattro parti, e meza. La meza parte sarà per il tondino, e'l suo quadretto. Vn'altra parte si darà al fregio. Vna parte sarà per il membro sotto la corona, ilquale può essere vn denticolo, ouero vn vouolo, & vna parte sarà per la corona col suo quadretto. La quarta parte sarà per la cima detta gola dritta. La sua proiettura sia quanto l'altezza, e così sarà fatta la cornice superiore con la regola sopradetta. Fra le colonne ci sono alcuni tabernacoli, doue erano statue, la latitudine de i quali è piedi due, & oncie dieci, l'altezza sua e piedi sette, e sono profondi nel muro piede 1. & & oncie 10. l'altezza del suo basamento è piedi 4. con la base, e la cima. Le colonnelle sono grosse per ogni lato mezo piede, l'architraue, e oncie 5, e meza in altezza. Il fregio è alto oncie sei, l'altezza della cornice senza la cima, è oncie 4, l'altezza del netto del frontespicio è oncie otto. Sopra questo tabernacolo è vna tabella con vna cornice sopra, la tabella è in latitudine piedi due, & in altezza piede vno, l'altezza di questa cornice, è oncie 11. sopra laquale ci era vna meza figura, per quanto si comprende, l'altezza del vano dell' arco, bench'egli sia sepolto qualche parte da basso, e nondimeno più che duplicata: perche la sua latitudine, è piedi 10. & vn quarto, e la sua altezza è da piedi 25. e mezo. Della latitudine della pilastrata dell'arco si è detto, ma il capitello è della medesima altezza & viene ad essere quadrato per ogni via. L'opera di questo arco è Composita, & era molto ornata di statue di bronzo, e di marmo, per quanto si comprende nei luoghi vacui.

Veronæ, pręclara & antiquissima ciuitate, complures nimirum arcus spectantur: at ad veteris castri fores arcuata quædā constructio & ob formæ totius præstantiam, & ob symmetriæ partium consensū quammaximè commendanda reperitur. Arcus huiusce, prout conijcere fas est, & frons & posticum scalpturarum delicijs & venustatibus enitebat: duæque item in lateribus adituum seu vestibulorum apertiones, ad eum olim homines transmittebant, quemadmodum è vestigijs superextantibus satis superq. colligitur. Ad hunc autem arcum dimetiendum idem prorsus pedalis mensuræ genus, quo Polensem arcum nuper descriptum sumus commensi, à nobis adhibitū fuit: Eiusq. primùm hiatus in pedum denum ac semis latitudinem patet: Columnatum crassitudines bipedales, & sextantes existūt: Intercolumnia quadrupedalia, & quadrantalia insuper esse conspiciuntur, Arcus antepagmenta, quas vulgus pilastratas appellat, bipedalia, sextante superadiecto, esse videntur: Arcus eiusdem latera interiora, quadrupedalem & semis crassitudinem habent, Tabernacula inter columnas constituta, in bipedalem dextantisq. latitudinem extenduntur. Et hæc quidem de latitudinibus & crassitudinibus satis superq. existimantur. Ad altitudines modò dimetiendas transeuntes, stylobatę columnę ipsius perpediculum fulcientis basim, plintho simul accepto, pedalem, & quadrantalem præterea altitudinem obtinuisse affirmamus: Stylobata quadrupedalem & quadrantalem insuper, semiuncia adiecta, sibi vendicat altitudinem: Eiusque coronix dextante, & semiuncia addita terminatur; Columnæ basis in pedem vnum excitatur: Columna, basi capituloque detractis, pedum xvij & quadrantis altitudinem petit, Capitulum in pedes binos & trientem ac semis assurgit: Epistylium pedalem ac semis, zophorus pedalem & septuncem ac semis, coronixque pedalem & dextantis altitudinē assequuntur. Quamuis autem in subsequente figuratione fastigium apposuerimus, in fornice tamen id extare nequaquam perspicitur, quinimo primę ipsi coronici nihil quicquam superius incūbit: Atqui paries etsi temporis vetustate consumptus iam videatur, nonnulla tamen adhuc retinet seruatq. vestigia, quæ ibi fastigiatam olim frōtem extitisse testantur. Summa coronix nulla quidem apparet, ideoq. nullos antiquiores eius modulos recēsemus: eam tamen, symmetria formæq. dispositione, quam aptiorem duximus, obseruata, hic designare & conscribere placuit; id memoriæ semper infixum animoq; insculptum gerentes, nempe superiora ab inferioribus quarta parte esse diminuenda. Quapropter suprema hæc quoque coronix ab altera inferius constituta quarta parte deficiet, itaque diuidetur. Tota quidem altitudo in quatuor partes ac semis distribuetur: mediaque particula astragalo, regulæq. ipsius assignabitur: pars vna zophoro continget: altera membro sub corona existenti, quod vel in denticuli vel in echini, prout magis libuerit, formam componemus, ascribetur: tertiam partem ipsimet coronæ, regula eius simul accepta, tribuemus: quarta pars demum simæ, quam rectam gululam passim appellant, concedetur. Proiectura altitudinem adæquabit. Et hac ratione summa coronix ad Architectonicas leges affabrè sciteque constituetur. Inter columnas tabernacula nonnulla, quibus simulachra olim imponebantur, media consistunt; eaq. bipedalem & dextantis latitudinem, septempedalemque altitudinem assequuntur, necnon parietis interiora pedis vnius, & dextantis interuallo perrūpunt penetrantque; Substantium stereobatarum, basibus simisque simul acceptis, altitudo quadrupedalis existit: Columellæ vndequaque semipedalem crassitudinem obtinent. Epistylium quincunce ac semi, zophorus semipedali, coronix demum absque simæ ipsius adiectione trientali altitudine definitur: Simplexque fastigij intercapedo bessalem altitudinem petit. Tabernaculis deinceps tabellæ quædam, coronicibus in vertice collocatis, superincumbunt. Tabellæque singulæ latitudine bipedali, pedalique altitudine terminātur: Coronicesq. demum in deuncem sublimes assurgunt, quibus, prout perspicitur, dimidiatæ olim nonnullæ insidebant figuræ. Arcuatæ apertionis altitudo, etsi pars quædam inferior obruta demersaque lateat, latitudinem maiori quàm dupla excedit proportione, latitudo namque decempedalis ac quadrantalis existit, at altitudo in pedes xxv & semis ascendit. Antepagmentorum arcus deinde latitudinem iam definiuimus, Capitulorum autem eædē prorsus altitudines extant, ipsaque quadrata insuper forma vndequaque comprehenduntur. Arcus hic nempe Composito opere constat: quemadmodum autem ex vacuis sedibus & inanibus locis conijcitur, æneorum signorum, & ex marmore item constitutorum apparatu mirificè quidem olim emicuisse videtur.

La forma dell' arco di Caſtel vecchio in Verona è così diſpoſta, come ſi dimoſtra quì ſotto: e benche dal fregio in sù non ci ſia veſtigio di ornamenti, nondimeno così potria ſtare: e perche i mẽbri di queſto ſono tanto piccioli, che mal ſi poßono comprendere, nella carta ſeguente ſi vedranno più diffuſamente diſſegnati, e deſcritti. Queſt' arco trionfale, per quanto ſi troua ſcritto nella parte interiore dell' arco, alcuni vogliono dire che Vitruuio lo faceſſe fare: ma nol credo per due cagioni, prima non veggo che la inſcrittione dica Vitruuio Pollione, ma forſe fù vn' altro Vitruuio che lo fece. L' altra più efficace ragione ſi è, che Vitruuio Pollione ne i ſuoi ſcritti di Architettura danna i modiglioni, & i denticoli in vna iſteſſa cornice, & vna tal cornice ſi troua in queſt' arco: però io non affermo che Vitruuio (io dico il grande architetto) habbia ordinato queſt' arco. Ma ſia come eſſer ſi voglia, l' arco hà vna bella forma.

Arcus Veronæ ad veteris caſtri fores extructi formam ſicunique ſubiecta hic expreſſimus deſignatione. Quanuis autẽ, à zophoro ad ſuperas partes aſcendendo, nulla vtiq. ornamẽtorum veſtigia modò conſpiciuntur: adiectionis tamen à nobis excogitate modus ratioq. à vero haud prorſus abhorret. At cùm membrorum in priori hoc ſchemate deſignatorum ea ſit exilitas atque exiguitas, ut ægrè perſpici queant, ſequenti mox pagina eadem clarius expreſſa, & accuratius deſcripta comperientur. Triumphalis arcus huiuſce nonnulli inſcriptione permoti Vitruuiũ, qui de ratione ædificatoria præclara volumina illa compoſuit ediditque, authorem extitiſſe arbitrantur: at nos duplici nomine horum ſententiam minimè admittendam recipiendamue cenſemus. Primò quidem inſcriptionis titulus Vitruuium Pollionem haud nominatim appellat, ſed alium fortaſſe Vitruuium quendam operis huiuſce authorem fuiſſe ſuſpicamur. Deinde (& hæc ratio eorum opinionem manifeſto falſitatis crimine redarguit atque condemnat, Vitruuium Pollionem, qui Architecturam literarum monumentis conſignauit, mutulorum denticulorumq; in eadem coronice permixtionem nequaquam admittentẽ, quin eam increpantem potius & inſectantem reperimus. Quapropter cùm in arcuato hoc opere coronix eiuſmodi, quæ Vitruuianis præceptis aduerſatur atq; repugnat, ſpectanda proponatur; Vitruuium Architectorum principem arcum hunc aliquando inſtituiſſe, qua ratione aſſeremus? Vtcumque tamen fuerit, arcum ob formæ ibi conſpectæ elegantiam ac venuſtatem quammaximè certè commendamus.

Queſte lettere ſono ſotto il tabernacolo del piedeſtalo.	*Queſte lettere ſono ſcritte nel fianco dell' arco nella parte interiore.*	*Queſte lettere quì ſotto ſono ſcritte nel piedeſtalo del tabernacolo qui ſotto.*
C. GAVIO. C. F. STRABONI.	L. VITRVVIVS L. L. CERCO ARCHITECTVS.	M. GAVIO. C. F. MACRO.




Perche io non ho ſcritto a pieno le miſure particulari de i membri dell'arco paßato, ne anco gli ho dimoſtrati in tal forma, che ſi poſſino ben comprendere: però nella ſeguente carta ſi veggono dimoſtrati, & in queſta forma da i propri traſportati, e prima: l'altezza del piedeſtalo, il zocco del quale è ſegnato G, è vn piede, e tre oncie, l'altezza della baſe ſopra eßa è oncie ſei. Il netto del piedeſtalo ſegnato F, è piedi 4. & oncie tre, e meza. La ſua cornice diſopra è in altezza oncie 10 e meza. L'altezza della baſe della colonna è piede vno: il plintho della quale ſi conuerte nella corona liſis Laqual coſa molto mi piace per hauere io veduti alcuni piedeſtali greci, i quali hanno tal forma. La colonna ſtriata, cioè canellata da baßo ad alto, l'altezza del capitello di queſta colonna è piede vno, & oncie 4, e meza, ma la ſua forma non è quì, per eßer dimoſtrata nel principio dell'ordine Compoſito, il qual capitello è in effetto Compoſito, benche tutto l'arco ſi può dire di opera Corinthia. E queſto capitello nel ſopradetto luogo ſarà ſegnato C, e ſimilmente nel medeſimo luogo ſi troua il capitello dell'impoſta di queſt'arco, il quale è ſegnato D, ma il capitello de i tabernacoli fra le colonne è quì auanti ſegnato H, e così la cornice con la baſe ſegnata E, viene ad eßer quella ſotto i tabernacoli. La figura C, e quella tabella ſopra i detti tabernacoli. Quella ſegnata D, e l'architraue, il fregio, e la cornice del fronteſpicio dei tabernacoli. La ſegnata B, è l'opera che gira intorno l'arco. La cornice ſegnata A è la cornice principale ſopra l'arco, laquale in effetto è molto grata, & è ben lauorata, nondimeno ella patiſce quel vitio, che altre volte quì adietro ho detto, cioè che i modiglioni, & i denticoli in vna cornice ſono reprobati da Vitruuio con ragioni efficaciſſime. Ma a queſto paſſo ſi lieua vn gran grido da molti, i quali dicono che dopo Vitruuio tanti Architetti hanno fatto delle cornici con i modiglioni, e con i denticoli per tutte le parti e d'Italia, & anco fuori, che hormai non ci è più contradittione alcuna, anzi è lecito a ciaſcuno di fare nelle ſue opere quel che vede nell'antico. A i quali ſi può riſpondere, che negando i principij ſaranno vincitori d'ogni coſa: ma ſe confeſſaranno Vitruuio eßer ſtato quel grande Architettico ſcientifico, come confeſſa la maggior parte, eſſi propri leggendo Vitruuio con buon ſenſo, da loro iſteſſi ſi condanneranno.

Cùm nec proprias membrorum arcus propoſiti ſymmetrias huc uſque abſoluerimus, nec eorum typos amplioribus formis, vt clarius faciliuſque intelligantur, conſcripſerimus: idcirco ſequenti pagina commodiores & accuratiores ſingulorum membrorũ deſignationes apponemus, eaque è proprijs exemplaribus deducta ad conuenientes formas aptiſſimè transferemus, A ſtylobate igitur exordientes, eius plinthum G litera inſcriptum, pedis vnius & quadrantis inſuper altitudine finiemus: Baſis mox ſuccedentis altitúdo, ſemipedalis exiſtit: Purum ſimplexq; ſtylobatæ ipſius interuallũ F litera à cæteris ſeiunctum, in pedes quaternos & quadrantem ac ſemiunciam aſcendit: Superiorque eiuſdem coronix, in dextantem ac ſemi unciam attollitur: Columnæ baſis, pedalem altitudinẽ habet: eiuſq. plinthus in Liſim coronam conuertitur & permutatur. Id autem commenti genus nobis, qui nonnullos Græcorum ſtylobatas hac eadem ratione compoſitos & conſtitutos aſpeximus, mirificè quidem probatur. Columna ſtriata, ideſt ab imo ad ſummum canaliculis quibuſdam inſignita diſtinctaque fuiſſe videtur: Columnæ capitulum impoſitum, pedis vnius ac trientis ſemiunciæque inſuper altitudinem petit, eiuſque formam, quam ſequenti volumine mox ſub Compoſiti ordinis incipiente pertractatione explicatam deſignatamque reperies, conſultò hic prætermittimus. Quamuis enim arcus totius conſtructio Corinthium genus imitatur, capitulum tamen, de quo modò ſermonem habemus, ad Compoſitum ordinem magis declinat; ipſumque ibi C nota à cæteris diſtinctum ac ſegregregatum offendes. Quinetiam capitulorum, quæ arcus huiuſce adiunt incumbis, forma ſpecieſque D litera ibidem annotatur. At tabernaculorum deinde, quæ inter columnas media reſident, capitula H litera hic ſubſcripta apparent: Itemq; coronix & baſis ſimul, E litera demonſtrante, mẽbra tabernaculis ſubſtantia referunt oſtenduntque: C tabellas tabernaculis ijſdem ſuperpoſitas exhibet: D, epiſtylium, zophorum, coronicemque faſtigij tabernaculorum eorumdem deſignat: B, opus arcum ipſum circumambiens repræſentat. A, primariam coronicem arcui deſuper incumbentem proponit; quæ aſpectui quamuis iucunda egregieq. admodum elaborata videatur, in communiſſimum tamen illud erratum, in quo coronices aliæ complures à nobis iã deprehenſæ fuerunt, prolapſa conſpicitur: mutulos enim denticuloſq. ſimul, quæ quidem duo membra in eadẽ coronice conſocianda neutiquam eſſe fortiſſimis rationibus à Vitruuio demonſtrantur, in vnum compoſuit atque coniunxit. Verum enimuero clamores ingentes attolli nunc ſentio: cùm ſcilicet poſt Vitruuium tot celeberrimi deinceps præſtantiſſimiq. Architecti, tũ Italiæ tum alijs quoque paſſim regionibus in coronicibus exornandis mutulos denticuloſq; pariter adhibuiſſe videantur, hæſitandum profectò aut timendum non eſſe: quinimo ſingulis in operibus ſuis extruendis antiquorum exempla & ritus palàm imitari licere. Quibus id vnum modò reſponſum afferemus, nos ſcilicet illis principia denegantibus diſputationis palmam coronamque facilè conceſſuros; At ſi, quod plerique fatentur, ipſi quoq. Vitruuio in Architectonica facultate primas partes adiudicarint, Vitruuiana dogmata ſedulò ſtudioſeque lectitantes mox rationis iam expoſitæ, quam roboris plurimum habere arbitrantur, infirmitatem imbecillitatemque cognoſcent.


A
B
D
F
C
E
H
G


In Verona alla Porta de i Leoni è vn'arco antico, ilquale ha due aperture: ilche in luogo alcuno non ho trouato, cioè che siano due archi, ma trè si bene: ilquale arco quantunque egli habbia sei finestre: non sono però aperte, ne anco molto cauate nel muro, doue cõprendere si possa che vi fussero statue di tutto rilieuo. Sopra la prima cornice nel mezo è incauato a modo di nicchio, ma d'vna incauatura, che poco entra nel muro: nondimeno con lo aiuto del sporto della cornice vi poteuano star persone a fare qualche officio, mentre si trionfaua: ma questo poco importa all'Architetto, e però io tratterò de' membri particulari, tralasciando la forma, come cosa inutile. Hora nelle seguenti carte io ne tratterò, perche in vero ci sono molti, e diuersi ornamenti, che solamente farò conoscere quali elle siano. La figura notata G, è il primo piedestalo con la sua base sopra, & anco lo inditio della colonna, laquale è canellata, e tutti li membri sono proportionati alli propri. Il capitello segnato E, con l'architraue sopra rappresenta quello che è sopra la prima colonna: come dinotano le canellature. La figura segnata D, viene ad essere l'architraue, il fregio, e la cornice, che và sopra la detta colonna nel primo ordine: laqual cornice per le autorità, e per gli essempi, che in più luoghi ho allegati quì adietro: il prudente lettore potrà conoscere s'ella è vitiosa, ò buona. Il capitello segnato F, è quello che sostien l'arco alle colonne quadre, e questi due capitelli sono di opera Composita, e molto belli: iquali sono assai conformi a quei dell'arco passato della porta di Castel vecchio.

Veronæ haud procul à porta, quã a Leonibus appellant, antiquus arcus duabus apertionibus patet: quem quidem arcuum numerum duplicatum nusquam aliàs, sed triplicatum aliquando nos vidisse meminimus. Fornici huic nempe quamuis sex fenestræ superincũbunt, eæ tamen nec peruias seu patentes habebant apertiones, nec ad interiora parietis admodum penetrabant, adeò vt signa vehemẽter prominentia collocari ibi minimè potuisse videantur. Mox super primæ coronicis ambitum media pars ad scaphæ seu conchæ similitudinem, leui tamen nec profunda admodum parietis excisione perfossa conspicitur: attamen coronicis ipsius proiectura ministris non nullis ad seruitia quædam triumphantium agmine iam procedente obeunda satis commodas sedes concedebat. Verùm nos hæc tamquam Architecto parum conducentia prætermittentes, ad proprios modulos sigillatim explicandos nunc accedemus. Figura G, primorum inferiorumq. stylobatarum, eorum basibus superadiunctis, striatarumque columnarum indicijs quoque nonnullis appositis, formas atque dispositiones ostendit: membraq. vniuersa veris quamsimillima profectò videntur. E, capitula, epistylijs superadditis, columnis inferioribus, quemadmodum striarum notæ satis superq. demõstrant, superinducta designat. D, epistylium, zophorum, & coronicẽ, quæ primo columnarum inferiorum ordini superincumbunt, proponit. Coronicis autem huiusce dispositio vtrum videlicet laudanda improbandave uideatur, memori Lectori authoritates exemplaque sæpè sepius à nobis adducta meditanti iudicandum relinquimus. F, quadratarum columnarum, quas Antas rectè nuncupabimus, capitula arcuatam conuersionem sustinentia patefacit. Duo autem hæc capitulorum genera E & F literis inscripta, ex opere Composito cõstant, & elegantem utique præseferunt aspectum; necnon cum arcus superioris, qui ueteris castri foribus adiacet, capitulis maximam similitudinem gerunt. Moduli verò cùm a nobis iamiam expliciti declaratiq; fuerint, haud est quòd in præsentia denuò repetantur. At illud pro comperto ut habeas uolumus, subscriptas nempe figurationes cum ueris exemplaribus quammaximè conuenire.


E
D
G
F

L'Arco trionfale paßato (come io diſſi) è molto ricco di ornamenti, e fra tanti ve ne ſono de i bene inteſi, & anco dei vitioſi . E veramente nel detto arco io non ci trouo coſa che mi offenda, eccetto la cornice paſſata, ſegnata D, per le cauſe già dette, ma tutti gli altri membri paßati ſono di buona maniera, e gl'intagli, & anco le cornici : i membri paſſati ſono del primo ordine da baßo, queſti ſeguenti ſono del ſecondo ordine. Il modiglione ſegnato H, è nel principio del ſecondo ordine ſopra li frontespici, ilquale (come io diſſi) erano figure appoggiate à quei pilaſtri piani. La fineſtra notata I, è la forma di vna delle ſei fineſtre con quella cornicetta ſopra, così propriamente imitata, e miſurata. Il capitello, e la baſe notata K, è la medeſima fineſtra dimoſtrata in maggior forma, acciò ſiano meglio inteſi li membri. La baſe, e'l capitello ſegnato L, dinota la colonnella fra i pilaſtri, e le fineſtre : e veramente in quelle baſi, cioè in quella della colonna maggiore cõgiunta con la minore, l'Architetto fu molto ingenioſo ad accordare l'vna con l'altra con quel bel modo, ſenza diſunirle, hauendo riſpetto che la colonna maggiore haueſſe la ſua baſe conueniente, e la minore haueße ancor lei minor baſe conueniente a lei, laqual coſa io lodo molto. L'architraue, il fregio, e la cornice ſegnata C, rappreſenta quella dell'ordine ſecondo : laqual cornice è molto modeſta, e maſſimamente che non è confuſa da intagli, mà è ben compartita. Il piedeſtalo ſegnato B, dinota quello dell'vltimo ordi ne, ſopra del quale vi poſa la baſe notata M, e così il capitello che vi è ſopra, è ſuo compagno, & è Corinthio puro : ilquale è conforme al proprio, e di opere, e di gracilità, & è molto gratioſo per mio parere. L'architraue, il fregio, e la cornice ſegnata A, dinota l'vltima cornice. L'architraue non è vitioſo, per hauer ſolamente due faſce, anzi ſe fuſſero tre per la ſua lontananza ſi confonderiano. Ma la cornice molto mi piace eſſendo ella con i modiglioni, e ſenza i denticoli, & anco ben compartiti li membri, e non è confuſa d'intagli, & hà vna gratioſa proiettura, laquale è alquanto più della ſua altezza.

Triumphalis arcus, quem examinandum propoſuimus, varijs quidem, vt dictum fuit, ornamentorum generibus affluit abundatq. quorum rectè nonnulla, perperam verò alia appoſita conſtitutaq. fuerunt. Et mehercle, ſi verum fateri velimus, in eo nihil quicquam pręter coronicem D ob rationes iam adductas reprehenſione dignum videtur: quinimo cætera membra à nobis hactenus declarata, necnõ ſcalpturæ & coronices quoq. ex optimo genere deducuntur. Membra quidem, quæ hucuſque expoſuimus, ad primum atque inferiorẽ ordinem ſpectant : quæ verò nunc ſubſequuntur, in ſecunda mox ſuperiorique claſſe reponuntur. Mutuli, qui H literæ nota appoſita deſignantur, ſtatim in ſecundi ordinis exordio ſummis arcuum faſtigijs ſuperiores imminent : quibus ſigna, vt iam diximus, ſuperpoſita pilis quibuſdam deinde aſſurgentibus recumbebant. I litera, ſingularum ſex feneſtrarum, exiguis earum coronicibus ſuperadiunctis, formam ac ſitum oſtendit : proprioſque ipſarum modulos atq. terminationes hic ad vnguem expreſſimus ac figurauimus. Capitulum baſiſque, ambo K literæ indicio annotata, feneſtrarum earumdem, vt membra commodius intelligantur, ſpeciem oſtendunt. Baſis denuò capitulumq. quæ quidem ambo L nota appoſita ſignificantur, columellas in medijs pilarum feneſtrarumq. ſedibus collocatas demonſtrant. In vtriuſque autem generis columnarum, maiorum videlicet minorumq. baſibus conſociandis copulandiſque Architectus, tam apta compoſitaq. earum proportione citra vllam prorſus aſymmetriæ offenſionem excogitata, maximũ certè ingenij acumen oſtẽdit; dum & maiori columnæ baſim eius amplitudini conuenientem, & columnæ item minori baſim perpuſillæ eius formæ congruentem tam eleganter diſtribuit reddiditq. quod nempe viri iudicium ſummis laudibus, ni fallor, celebrandum & proſequendum videtur. C litera, epiſtylium, zophorum, coronicemq. ſecundi ordinis proponit; coronicique modum adhibitum, tum quia nulla ſcalpturarum congeries ſiue confuſio ibi adeſſe perſpicitur, tum propter præclaram eius diſtributionem quammaximè commendamus. Stylobata, B litera eum demonſtrante, ad poſtremum ordinem ſpectat, cui baſis M conſonante inſcripta innititur : Capitulumque ſupra baſim mox deſignatum cum ea nimirum optimè conuenit, & ex Corinthio ſimpliciter opere conſtat : præſenſq. eius deſignatio & operis textura & corporis gracilitate vero exemplari, vnde originem deduxit, quãſimillima vtique exiſtit; & elegans admodum, ni fallor, eſſe perſpicitur. Epiſtylium, zophorus, coronixque, A litera hæc tria denotante, ſummas partes occuparunt. Epiſtylium etſi duabus faſcijs tantummodo terminatur, in nullum tamen idcirco vitium nullamve reprehenſionem incurrit: quinimo ſi tres huiuſcemodi faſciæ teniæve extitiſſent, propter immodicam longinquitatem cõfuſionem quandam potius & impedimentum ſibi viciſſim attuliſſent. At coronicem; cùm & mutulis abſque vlla prorſus denticulorum ſocietate ſit inſignita, membrorumque inſuper elegantiſſimas diſtributiones fuerit aſſecuta, nec ingenti præterea ſcalpturarum multitudine opprimatur, aſpectuique denique iucundiſſimam proiecturæ ſpeciem, coronicis eiuſdem videlicet altitudine longius aliquantulum excurrentem, obtinuerit; iure mehercle laudandam commendandamque cenſemus.





Quest' Arco trionfale fù fatto prima dell' Arco passato: perciochè questo è coperto da quello, & vi è tanto d'interuallo frà l'vno, & l'altro che con fatica vi può entrare vn'huomo per misurare le cose le quali sono ancora in essere come dimostra la figura quì sotto. Et questo penso io essendo quest' Arco in vn bel luogo della Città, & volendo trionfare, un altro Imperatore, che à sua memoria facesse. ro l'altro arco sopra questo per non hauer luogo più commodo, & così conseruorono questo. Il quale è misurato con le medesime mi. sure dell'altro. L'apertura d'vn arco è piedi 11, in larghezza & in altezza piedi 17. la pilastrata degl' archi è piedi vno, & oncie 8 fra le due pilastrate sono piedi cinque & oncie quattro, li cantoni

Triumphalis hic arcus prior nimirum quàm alter iamiam expositus in lucem prodijsse existimatur, nec immerito quidem, cùm ille huius aspectum impediat obscuretq. Inter vtrunq. verò eæ intercedunt angustię, vt ęgrè diligens quispiam modulorum, qui, vt præsenti patet designatione, incolumes adhuc extant, obseruator eas ingredi possit. Hoc autem idcirco euenisse arbitramur, quòd cùm arcus, quem nunc dimetiendum & exponendum suscepimus, in preclaro & conspicuo vrbis totius loco sit constitutus: cùmque alteri deinceps Imperatori propter rerum gestarum gloriam atque virtutem triumphum pariter decreuissent: propter summam loci opportunitatem superiorem arcũ ibidem in eius gratiam statuerunt: & veteri è proprijs sedibus nequaquam dimoto, arcui recentiori priorem locum dumtaxat concesserunt. Modulorum verò eadẽ prorsus ratio vtrisq. dime-


sono piedi tre per lato, la gola segnata C, la qual serue per Architraue, e oncie 6. e meza, e l'altezza del fregio è piedi vno, & oncie 7. e meza, il quadretto sopra il fregio è oncie 2. la gola sotto il dentello, e oncie 4. & vn quarto, la sua gola sopra esso è alta oncie vna, e meza, il bastone, e oncie vna, la gola sotto il gocciolatoio, è oncie vna, & tre quarti, il gocciolatoio è alto oncie 3 e meza, la sua gola è oncie due, & vn quarto, la gola dritta, è alta oncie 3, e meza. Il suo quadretto, è oncie due, lo agetto del tutto, è quanto l'altezza vno. il basamento sopra questa Cornice, è in altezza piedi vno, & vn oncia & meza. La grossezza della Colonna scanellata, è piedi vno, & oncie 3, la sua altezza senza il capitello è piedi 7. & oncie vna, & meza. L'altezza del Capitello è oncie 10. Questa colonna non ha base, ne anco la sua cinta da basso, ma posa così nuda sopra vn zoccolo. trà le prime finestre erano termini in luogo di Colonne, l'vltima cornice non si vede che è murata.

dimetiendis inseruit. Quapropter nos, recentiori iam expedito, arcus huiusce antiquioris symmetrias nunc persequemur. Arcuum igitur singulorum apertiones pedum vndenum latitudinem, & pedum xvij altitudinem sortiuntur; Arcus vtriusque antepagmenta pedis vnius & bessis latitudinem habent; Interq. duas antepagmentorum classes pedes quini, triente superaddito, medij intercedunt. Angularia spatia vtrobiq. tripedalia existunt: Cymatium C, quod epistylij vsum atq. rationem obtinet, semipedali ac semiunciæ insuper altitudine definitur: Zophorus pedalem & septuncem ac semis altitudinem assequitur. Regula zophoro ipso superior, sextãte terminatur; Cymatium sub denticulo constitutum, triente & quarta vnciæ vnius parte comprehenditur. Cymatium verò denticulo superpositum, in vnciam vnam ac semis attollitur; Astragalus in vnciam vnam effertur: Cymatium coronæ subsidens, unciæ vnius & trium quartarum altitudinem explet: Corona, quadrantis semiunciæque altitudinem attingit, Superiusque eius cymatium, in sextam & quartam vnciæ vnius partem assurgit: Sima, quam rectam gululam nostrates appellant, in quadrantem ac semiunciam erigitur: Regula ei superadiuncta, sextante concluditur, Coronæ totius proiectura, eiusdem altitudinem æquat: Stereobata coronæ huic superincumbens, in pedem unum, vnciamq. vnam præterea ac semis ascendit; Striatarum columnarum crassitudines, pedales & quadrantales existunt: Earumq. altitudines, si capitula dempseris, in pedes septenos vnciamq. vnam ac semis efferũtur; Capitulisq. demum, dextantis altitudo contingit. Superiores hæ quidem columnæ, & basibus & inferioribus limbis seu præcinctionibus carent; verùm nudæ absq. proprijs membris, quæ infrà substitui consueuerunt, plinthis quibusdam tantummodo suppositis innituntur. Inter fenestrarum autem infrà sitarum apertiones, termini nonnulli humanos vultus gerentes, columnarum loco, medij consistunt. Summa demum coronix, propter obstructionis impedimentum, conspici minimè potest.






B



Questa figura segnata B, rappresenta l'architraue, il fregio, e la cornice dell'arco passato, laqual fu misurata minutamente, l'altezza della prima fascia dell'architraue è oncie otto, e tre quarti. La fascia seconda è alta oncie 9. e meza. la tema detta quadretto è alta oncie 3. l'altezza del fregio è vn piede, & oncie 4. la latitudine del triglifo è vn piede. il quadretto sopra il triglifo è tre quarti di oncia, l'altro sopra esso è oncia vna, & vn quarto. il cimatio sotto il denticolo è oncie due & vn quarto. l'altezza del denticolo è oncie 4. e tre quarti, & il cauetto sopra esso è oncia vna, gli astragali sono 3. quarti di oncia. il cimatio sopra essi è oncie 1. & vn quarto: l'altezza della corona è oncie 4 il suo cimatio è onciedue: l'altezza della cima è oncie 4 il suo quadretto è oncie due e meza. La proiettura del tutto è quanto la sua altezza. Tutto quest'arco si può dire di opera Dorica, eccetto gli astragali intagliati, che sono vn poco licentiosi, ma egli fu vn capriccio che venne all'Architetto Di molte altre cose che sono in Verona io non trattero, per esserui delle antichità molto licentiose, e massimamente l'arco trionfale che si dice de i Borsari: e per esser cosa barbara: io non l'ho voluto mettere fra queste cose belle, e bene intese




C


Præsens quidem figura B litera inscripta epistylium, zophorum, coronicemque arcus superioris designat: moduliq. omnes exquisitissima certè ratione accepti deductiq. fuerunt, Prior epistylij fascia bessis, & trium unciæ unius quartarum insuper altitudinem obtinet Altera deinceps in dodrantem ac semiunciam attollitur: Tenia, quam quadram appellant, in quadrantem; & zophorus in pedem unum ac trientem: assurgunt. Triglyphi latitudo pedalis existit; Regula super triglyphum constituta, in tres unciæ unius quartas ascendit; Alteraque deinde succedens, unciæ unius & quartæ altitudinem petit, Cymatium denticulo substans, sextante & quarta unciæ unius parte definitur; Ipseque denticulus in trientems & tres insuper unciæ unius quartas ascendit, Trochilus denticulo superior unciæ unius altitudine coarctatur; Astragali ad tres unciæ unius quarta conscendunt; Cymatium astragalis superstans, unciæ unius & quartę partis altitudine continetur; Corona in trientem erigitur; eiusque Cymatium sex ante concluditur, Sima trientalem sibi uendicat altitudinem: Regulaq. ipsius sextante ac semiunciaterminatur. Totius coronicis demum proiectura eiusdem altitudinem æquat. Arcus quidem uniuersi constructio, præter insculptos dumtaxat astrag alos, Doricum opus redolere uidetur; illi nanque cum certos ac statutos artis fines liberius egrediantur, Architectum nouis quibusdam commentis studiósius attendentem præseferunt. De alijs uerò compluribus, quæ Veronæ extant, antiquitatibus, propterea quòd licentiori, quam par esset, ratione extructæ fuerunt, nequaquam hic peragemus, itemque triumphalem arcum, quem uulgus Bursatium appellat, tum propter opificis in eo constituendo effrænem & immoderatam licentiam tum propter barbaricam operis ipsius speciem atque compositionem, inter præclaras sciteque instructas elegantissimeque distributas antiquitates referre minimè placuit.

La figura quì sotto segnata A, io giudicai che fusse la scena di vn theatro, & è tra Frondi, e Terracina. Ma del theatro ci sono così pochi vestigi, che io nol misurai, ne anco misurai questa parte di scena, laquale è assai più ruinata che non dimostra quì: ma così a cauallo ne tolsi solamente in dissegno la inuentione. La porta segnata B, è a Spoleto, & è antica di opera Dorica, io non la misurai, ma così a cauallo dissegnai la inuentione, e la forma Io giudicai la sua latitudine circa 15. piedi antichi. La porta segnata C, è tra Foligno e Roma fuori di strada, & ancora che paia cosa licentiosa, perche l'arco rompe il corso dell'architraue, e del fregio: nondimeno non mi dispiacque la inuentione, ne mi curai di misurare se non la latitudine, e la longitudine: laquale è piedi 18, e piedi 21, e mezo, e giudicai che questo fusse vn tempietto, oueramente vn sepolcro, ma sia ciò che esser si voglia, che la cosa è molto grata alla vista.

Figuram A, quam hic subscriptam intueris, theatri Scenam quandam olim extitisse arbitramur, eaque inter Fundos Tarracinamque media collocatur. Verùm Theatri obscura adeò exiguaque vestigia supersunt, vt nec ipsum, nec Scenæ partem hanc dimetiri nobis libuerit: quam dirutam ac demolitã longè magis, quàm ex præsenti schemate quisquam conijcere possit, ostendimus: sed eius speciẽ raptim & properè crassiore, vt aiunt, Minerua perscripsimus. Ostium B litera inscriptum, Spoletio reperitur, & Dorico opere iandiu elaboratũ ac peruetustum esse conspicitur: Nec in eius modulis accipiendis nos quicquam laborauimus, sed confestim atque extemplo inuentionis formæq. typum arripuimus, Verumtamen eius latitudinem, quindenum pedum maiorum circiter esse iudicauimus. Ostiũ C denique inter Forum Flaminij & Romam medio loco constitutum, ab itineris rectitudine nonnihil deflectit. Quamuis autem eius structura, arcu epistylij Zophoriq; perpetuitatem abscindente, licentior & liberior paululum videatur, inuẽtionem attamen haud omnino improbamus; nec eius, præter longitudinem latitudinemque, aliud quicquam sumus dimensi: quarum hæc denis octonis pedibus, illaque pedibus vicenis, altero dimidioque insuper addito, continetur: sacellumque aut monumentum aliquod hoc antiquitus forsitan extitisse putamus. Verùm quicquid illud fuisse dicatur, speciem aspectui blandam admodum iucundamque esse constat.




A






Queste edificio è fuori di Roma appresso S. Sebastiano, & è tutto atterrato fin'al piano del terreno, e massimamente le loggie intorno, ma l'edificio di mezo, per essere opera sodissima, è tutto integro, & è opera di pietra cotta, ne vi si vede ornamento alcuno, & è tenebroso per non hauere altra luce, che dalla porta, e dai quattro nicchi alcuni piccioli finestrini. La pianta di questo è misurata a palmi antichi Romani, e le longhezze, e larghezze sono misurate a canne, & ogni canna è palmi 10. E prima la loggia segnata A, è lunga canne 49. e palmi tre, le altre per la maggior lungbezza sono lunghe canne 56. e palmi tre, la larghezza delle loggie, è palmi 32. la grossezza de i pilastri angulari con tutti i suoi membri è palmi 12. dallequal misure si potrà comprendere il rimanente. Circa l'edificio di mezo, la parte segnata B, è discoperta & è in lunghezza canne 7. e palmi 6. & in larghezza canne 3. e palmi 4. La parte C, è scoperta, e viene a essere di quadrato perfetto, & è canne 4 I quattro pilastroni sono di grossezza palmi 10. la grossezza del muro intorno all'edificio rotondo è palmi 24. la parte segnata B, è voltata à botte, e la parte di mezo è vn sodo che sostiene la detta botte nel mezo del quale è vn'apertura. Il sodo di mezo è ornato di nicchi che accompagnano gli altri che sono nel muro. Circa alle altezze per esser molto ripieno, & anco perche ci era bestiame dentro, io non le misurai & anco per non ci esser bellezza di architettura non tenni conto del dritto.

Præsens ędificium extra portam Capenam uia Appia D. Sebastiani fano proximum adiacet, & ad soliusque planiciem totum ferè dirutum atque æquatum esse conspicitur, porticuum præsertim circũambientium series. At mediana constructio, cùm ex opere solidissimo constet, tota adhuc integraq. seruatur, lateritiaq. nullo prorsus ornamentorum genere ibi conspecto, existit: Et cùm lumen haud aliunde quàm ex ostio & ex angustioribus quibusdam fenestellis, quę scaphis quaternis adiunctæ fuerunt, ædificium hoc hauriat atq. combibat, nil utique mirum si cæcum quoq; ac tenebrosum esse videtur. Eius area inprimis maiorib. Romanorũ palmis suos explet commensus. Porticus igitur, quam litera A inscripsimus, in palmorũ quadringentorum nonagintatrium extenditur longitudinem, cæteræ autem productiores porticus, palmorum quingentorum sexagintatrium longitudinem assequuntur. Porticumq. earumdem latitudo palmis xxxij definitur: Angularium pilarum, omnibus membris adiectis, crassitudo palmis xij terminatur. Ex hisce autem modulis reliquarũ partium quoque dimensiones elucescent. Quòd verò ad medianam attinet constructionem, spatium B hypæthram ac subdiualem ambulationem ostendit, palmorum lxxvj longitudine, & palmorum xxxiv latitudine circumscriptam. C item, locum subdiualem, & absolutissima ratione quadratum, necnon palmorum xl interuallum undique complectentem demonstrat: Pilæ quaternæ decempalmarem crassitudinem obtinent. Parietis rotundum sphæricumve ædificium ambientis crassitudo palmos xxiv sibi uendicat: Pars D consonante descripta, fornicatam obtinet concamerationem: Mediana autem pars, E vocali eam demonstrante, solidum quoddam forniceæ testudini fulciendæ subiectum suppositumq; designat, in quo medio hiatus siue apertio quædam consistit. Altitudines verò, tum propter immodicas obstructiones tum propter greges armẽtaq. ibi stabulãtia, di metiri, nequaquã potuimus.




Hauendo io trattato di tante cose antiche, e dimostratole in disegno visibile, è cosa ragioneuole ch'io tratti, e dimostri qualch'vna delle moderne, e massimamente di quelle di Bramante Architetto, benche però non l'ho lassato adietro hauendo dimostrato il stupendo edificio di San Pietro, & altre cose trattando de i tempij sacri, e veramente si può dire ch'egli habbia suscitata la buona Architettura col mezzo però di Giulio II. Pontefice Massimo: come fanno fede tante, e così belle opere da lui fatte in Roma, dellequali la figura qui sotto n'è vna. Questa è vna loggia fatta a Beluedere ne i giardini del Papa, nella quale si comprendono due belle cose: vna la fortezza sua, che accenna alla perpetuità per essere i pilastroni di tanta latitudine, e grossezza. L'altra tanti belli accompagnamenti, e così bene ornata, & oltra la bella inuentione ella è ancor molto ben proportionata. L'opera qui sotto è misurata a palmo antico, cioè a palmo, & a minuti. La latitudine de gli archi è palmi 18. & altrettanto sono li pilastri, cioè tanto il pieno, quanto il voto. La fronte del pilastro è diuisa in parti 11. vna parte sarà la pilastrata che toglie sù l'arco che sono due parti: due parti si daranno a vna colonna, che è quattro parti: due parti alle pilastrate del nicchio, e così saranno distribuite le vndici parti. l'altezza del piedestalo sarà per la metà della latitudine del pilastro. l'altezza della base d'esso piedestalo sarà quanto è la pilastrata dell'arco. l'altezza della cornice del piedestalo sia la nona parte manco della base. l'altezza della colonna con la base e'l capitello sia noue grossezze d'essa, e la settima parte di più. La base sarà per meza grossezza di colonna, e'l capitello sarà per vna grossezza, & hauerà la settima parte di più per l'abaco. l'altezza dell'architraue, del fregio, e della cornice sia quanto è il piedestalo senza la sua base, e quest'altezza sia diuisa in parti 11. quattro parti saranno per l'architraue: tre parti si daranno al fregio, perche è senza intaglio: le quattro parti restanti saranno per la cornice, e dipoi tirato il mezo circolo alla grossezza della pilastrata: l'altitudine del vano sarà duplicata alla sua larghezza, e tirata l'imposta dell'arco al suo loco: l'altezza della quale sia per meza grossezza di colonna: li nicchi, & i quadri sopra essi haueranno la sua proportione.

Cùm antiquorum opera complura & luculenta oratione iam prosecuti fuerimus, & artificiosis designationibus adhibitis, eadem studiosorum cætui contemplanda tradiderimus: nunc vt nonnulla quoque recentiorum authorum opera in medium proponamus, ratio suadere uidetur, eaque præsertim, quæ à Bramante sapientissimo nempe Architecto iampridem instituta excitataq. fuerunt: quanuis superius, dum & admirandam Basilicæ Petri molem exponeremus, aliaque item ad sacrarũ ædium conformationes attinentia perscrutaremur, præstantissimi viri mentionem habuimus. Idq. inter omnes planè constat, Bramantem sub Iulij Secundi Pontificiam authoritatē gerentis sacris auspicijs primum veram solidamque Architecturam iam propè ad internecionem redactam erexisse; quemadmodum tot adeoque elegantium operum, quæ Romæ ab eo elaborata conspiciuntur, extructiones affatim demonstrant: cuius quidem rei exemplum hic apposuimus. Vaticana hæc ambulatio Romæ in amenissimis aspectuiq. iucundissimis Pontificum Maximorũ hortulis extat, vbi duo præclara diligenter sunt attendenda; tum firmitas atque soliditas, quæ, pilarum ingenti præsertim latitudine & crassitudine concurrente, operis immortalitatem propemodum pollicetur: tum etiam tot elegantes adhæsiones, totque ornamentorum insignes varietates. Quin præter inuenti ipsius acumen, partium cunctarum insuper symmetrias atque consensum admirari ibidem licet. Palmis autem Romanorum antiquioribus, qui in Panthei superiori descriptione à nobis iam definiti determinatiq. fuerunt, minutis quandoq. etiam concurrentibus, præclarum hoc opus suos absoluit commensus. Arcus quidem palmorum xviij latitudinem obtinent; Eademq. prorsus latitudo maioribus pilis, tam videlicet plenioribus quàm laxioribus earum partibus acceptis, debetur; quarum frontes in partes vndenas diuiduntur: Duæ quidem antepagmentis duobus arcuatas conuersiones extollentibus assignantur; Mox duæ partes singulis redduntur columnis, quę bis pro duarum columnarum numero repetitæ ad quaternarium numerum conscendunt: Duæ partes deinceps concharum seu scapharum antepagmentis vtrinque assurgentibus statuuntur; Terneq. partes postremò scapharum ipsarum apertionibus conceduntur; Et hac vtique ratione vndena segmenta consumpta distributaq. fuisse videntur. Stylobatæ altitudo dimidiam pilæ maioris latitudinem æquat: Basis stylobatæ substantis altitudo antepagmenti arcum fulcientis latitudinem explet: Stylobatæ eiusdem coronix, altitudinem nona parte basi minorem sortitur: Columnæ, basi capituloq; simul adiunctis, altitudo nouā vicibus & septima parte amplius crassitudine sua maior existit, Basis quidem dimidiam, Capitulum verò integram columnæ ipsius crassitudinem explet: Septima autem pars illa, quæ superest, abaco derelinquitur. Epistylij, zophori, coronicisq. altitudo stylobatæ, basi eius dempta, altitudinem æquat, & in vndenas abscinditur partes: quaternæ epistylio, ternæ zophoro absque vllis scalpturis consistenti, quatuorque reliquæ demum coronici tribuuntur. Postmodum semicirculis, quæ pilarum crassitudinibus respondeant, extensis; arcuatarum apertionum altitudines earumdem latitudines dupla excedent proportione: Postremò arcuum incumbæ aptæ comarcuatarumque perducentur, quarum altitudines dimidias columnarũ crassitudines adæquabunt: Conchæ & Quadrata conchis superiora, proprijs symmetrijs & consentaneis tandem proportionibus effingentur.



Perche quì adietro non ho potuto, per la piccolezza della figura, dimoſtrare diffuſamente tutti li membri della loggia paßata: ho voluto quì ſotto dimoſtrargli in maggior forma. La parte notata C, dinota il piedeſtalo di eſſa loggia, & anco viè ſopra la baſe della colonna tutti proportionati alle opere grandi. La figura ſegnata B, rappreſenta l'impoſta degli archi col ſuo archiuolto, e con tutti li ſuoi membri. La figura notata A, dinota l'architraue, il fregio, e la cornice ſopra le colonne. Le miſure generali circa le altezze ho detto quì adietro, ne più replicarò, per eſſer tutti i mẽbri ben proportionati alle proprie. Ma in queſta cornice l'Architetto hebbe bel giudicio nel far correre la corona tutta integra, e far riſaltare gli altri membri da quella ingiù: laqual coſa torna tutta gratioſa, e viene ad eſſere più forte, e conſerua tutta l'opera dalle acque: della quale inuentione il prudente Architetto ſi potrà molto valere in diuerſi accidenti, perche non ſtanno ſempre bene i reſalti delle cornici, ma in qualche luogo tornano bene, & in alcuni tornano male: anzi ſono incomportabili i reſalti, doue la colonna non ha due meze colonne dalle bande. Ma di queſti reſalti, o laſene che dire vogliamo, ne ho trattato più diffuſamente nel quarto libro, nel trattato delle colonne.

Quoniam, propter anguſtos deſignationis fines, ſingula propoſitæ ambulationis membra latius explicare extendereq. nequaquam potuimus, idcirco ampliori forma ea nunc circumſcribere aggredimur. C igitur litera, ambulationis ipſius ſtylobatam primùm oſtendit, columnæque baſis ei ſuperior innititur, amboq. maiorum operũ extructionibus conuenientia accommodataque eſſe videntur. B, arcuum incumbas, arcuatis quinetiam conuerſionibus cunctiſque membris appoſitis, exhibet. A, epiſtylium, zophorum, coronicemq. columnis ſuperincumbentes demonſtrat. Communiores autem altitudinum moduli cùm à nobis iam declarati explicitique fuerint, haud amplius repetentur: præſertim cùm membra omnia hic deſignata cum veris exactas rationes, & maximas utique ſimilitudines gerant. At in coronicis huiuſce extructione Architectum iudicio quamplurimum certè conſtat ualuiſſe, qui totum coronæ ipſius ambitum perpetua quadam integrum ſeruauit ratione, membraq. cætera, quæ a ſumma corona ad inferiora delabuntur, reſilientia conſtituit; quod & aſpectui ſummam profectò affert iucunditatem, & coronæ maius robur maioremq. præſtat firmitatem, & opus totum denique à tempeſtatum ui & aquarum ſtillicidijs egregiè defendit. Hoc autem commenti genus prudenti Architecto ad quamplurima certè conducet: Nec enim reſilientes coronices ſemper & vbique ſunt adhibendæ, ſed aliàs probè aliàs malè reſpondent. Quinimo ſi columnę nequaquam duabus ſemicolumnis ad latera appoſitis mediæ intercipientur, huiuſcemodi coronarum receſſus admittendi minimè erunt. Verùm de reſilientibus ſiue retrocedentibus coronicibus, quarto volumine de columnis amplè copioſeque differentes vberrime pertractamus.




Qui adietro ho dimostrato vn'opera di Bramante Architetto, e così nella seguente carta ne dimostrerò vn'altra, non men bella della passata fatta dal sopradetto: dallaquale l'Architetto prudente ne potrà cauare costrutto grande, per la diuersità degli ornamenti che vi sono. In questa loggia l'Architetto volse dimostrare tre ordini l'vno sopra l'altro, cioè Dorico, Ionico, e Corinthio. E veramente gli ordini furono belli, e molto bene ornati & accompagnati, nondimeno perche i pilastri del primo ordine Dorico furono troppo deboli, e gli archi troppo grandi alla proportione de i pilastri: & anco alla sodezza del muro dell'ordine Ionico sopra esso, in processo di tempo questa opera cominciò a ruinare: ma Baldessare Sanese Architetto raro, & intendente riparò a tal ruina, facendogli alcune pilastrate dalle bande, a i detti pilastri assai bene accompagnate con li suoi sotto archi, e però io dissi che l'Architetto prudente potria da questa fabrica imparare: imparare dico non solamente ad imitare le cose belle, e bene intese, ma guardarsi da gli errori, & hauer sempre consideratione, che quantità di peso habbiano a sostenere le cose inferiori, e sia sempre l'Architetto più presto timido che animoso; perche se sarà timido andarà sempre riseruato e farà le sue cose consideratamente, e cō consiglio etiam dei minori di se, da i quali spesse fiate s'impara: ma se sarà troppo animoso, e che si confidi troppo nel suo sapere: egli non vorrà consiglio d'altrui, per laqual cosa spesse volte perirà, cioè che le sue cose gli riusciranno male. Ma torniamo alla loggia di ch'io parlo, e diamo qual che regola delle sue proportioni. La latitudine dell'arco, cioè il vano si partirà in otto parti; tre di quelle saranno per la fronte del pilastro, e l'altitudine dell'arco sarà parti sedici. La fronte del pilastro sia diuisa in quattro parti, due si daranno alle pilastrate dell'arco, e due saranno per la grossezza della colonna. L'altezza del piedestalo sarà per la metà della latitudine dell'arco. l'altezza della colonna sarà per otto delle sue grossezze con la base, e'l capitello L'altezza dell'architraue, del fregio, e della cornice sia per la quarta parte dell'altezza della colonna. L'ordine secondo sarà diminuito dal primo la quarta parte, cioè dal pauimento del primo ordine fino alla sommità della sua cornice sia diuiso in parti quattro, e tre di quelle saranno per l'altezza di tutto l'ordine Ionico, e così tutti li membri saranno diminuiti la quarta parte in se stessi E così si farà del terzo ordine, ilquale è Corinthio, ma non ci e finimento non potendo capire nella stampa: ma per non lassar confuso il lettore come le due colonnelle che sono nel vacuo di mezo, habbi no hauere il suo finimento: vna simile inuentione si trouerà nel quarto libro nell'ordine Dorico, e benche le colonnelle siano Ioniche: non dimeno si potranno far Corinthie. Et acciochè l'Architetto possa meglio intendere i membri, & i corniciamenti di questa opera, io gli ho dimostrati in forma maggiore proportionati a i propri, dico di quelli del primo ordine: perche gli altri non si hebbe commodità di misurargli, e sia auertito alla cornice Dorica, che sopra il triglipho fu dimenticato per errore di fargli il modiglione sopra il vouolo. Ma bensi dimostra nella forma minore sopra l'arco.

Bramantis Architecti opus, & preclarum illud quidem, iam expediuimus: modò ad alterum, siue artis subtilitatem seu formæ elegātiam requisieris, eo nequicquam inferius, quod ex authoris eiusdem prouenit officina, explicandum ac designandum accedemus: indeq. industrius Architectus, propter ornamentorum compluriun ibi existentium varietates, maximam nempe vtilitatem consequetur. In hac vtiq; porticu Bramātes ternos ordines, alteros alteris congestos superstructosque, Doricum scilicet, Ionicum, atque Corinthium, conspiciendos proposuit. Et ordines quidem perpulchri & egregiè admodum elaborati, sibi mutuò perbellè respondebant: At cùm primæ omnium Dorici ordinis pilæ imbecilliores extitissent, & arcuum superinductorum circinationes tum cum substantium pilarum gracilitate, tum etiam cum Ionici parietis desuper incumbentis grauitate collatæ, in latiorem ambitum patuissent; tempore deinde procedente opus fatiscere dissoluiq. cepit. At Balthasarem Senensem, celeberrimum quippe & perspicacissimum Architectum, huic incōmodo præsens remedium mox attulisse conspicimus: pilis enim à Bramante dispositis parastatas nonnullas (vulgus pilastratas appellat) ad latera adiunxit, quibus inferiores arcus perbellè vtique imposuit aptauitq.. Quapropter solertem Architectum ex proposito opere insignem vtilitatem percepturum haud immeritò dixisse videmur. Nec enim ille, quæ conueniunt atque conducunt, promptè dumtaxat imitabitur atque celerrimè complectetur; verùm errata quoque grauiora, ne in ea quandoq. imprudens offendat, diligentius attendet: necnon illud imprimis secum animo reputabit, quænam ponderis ratio aut magnitudo rebus inferioribus tutò commodeve insistere possit: & in operibus extruendis timidiorem mehercle quā audaciorem eum existere mallem. Si namque timidior fuerit, cautus & sedato nisu perpetuò incedet, demandataq. sibi negotia maxima cura atque sollicitudine exequetur: quandoque etiam inferioris ordinis & conditionis hominum, à quibus doctiores quoque sæpe aliquid didicerunt, consilia libens admittet. Verùm si audacior extiterit, & sibi ipsi quamplurimum tribuerit; mox aliorum sententias spernet, consiliaq. despiciet: quapropter cùm se vnum tantummodo consulet, sibi vni quoque tantùm ædificabit, vnde pleraque opera ab eo extructa infeliciores exitus euentusq. postmodum sortientur. Sed ad propositam modò porticum redeamus, eiusq. symmetriarū certas assignemus rationes. Arcuatæ apertionis latitudo in octo partes distinguetur, quarum tres pilarum ipsarum frontibus tribuūtur, arcus eiusdem altitudine ad sexdecim partes consimiles pertingente. Singularum pilarum frontes deinde in quatuor partes dirimantur, quarum binæ parastatis siue antepagmentis arcum fulcientibus, binæque columnarum crassitudinibus ascribuntur: Stylobatarum altitudines, dimidiam arcuatæ apertionis latitudinem adæquabūt: Columnarum altitudines, basibus capitulisque simul adiectis, earundem crassitudines octies comprehendunt: Epistylij, zophori, coronicisq. altitudo, altitudinis columnarum quartam partem tantummodo sibi vendicat. Secundus ordo deinceps, si cum primo iam exposito conferatur, quarta parte imminuitur atque decrescit: isq. elocutionis huiusce sensus existit, quòd si ab imo primi ordinis pauimento ad summam vsque eiusdem coronicem interuallum in quatuor diuidatur segmenta, terna eorum simul accepta integrā Ionici huiusce ordinis altitudinem metientur; eademque prorsus ratione membra omnia in secundo hoc ordine collocata à prioribus, quæ iam explicuimus, membris quarta Parte deficient. Haud secus etiā de Corinthio ordine tertiam postremamque sedem occupante asserendum videtur, quem propter breuiores paginæ ipsius fines hic absoluere perficereque nequaquam potuimus. Verùm ne Lectorem, qua ratione duæ illæ columellæ spatium medium occupantes perfici debeant, scire forsitan exoptantem incertum ambiguūve relinquamus, id ipsum admonitum volumus, eum quarto volumine in Dorici ordinis pertractatione commenti huic persimilis designationem vtique reperturum. Et quamuis columellæ ibi descriptæ Ionicum genus imitantur, ad Corinthium tamen mox facillimè traducentur. Verùm vt Architectus propositi operis membra, & coronices præsertim, clarius adhuc percipere queat; idcirco primi ordinis membra amplioribus formis descripta, & veris quamsimillima hic perscripsimus: Ea verò, quæ ad cæteros ordines spectant, dimetiri nobis minimè licuit. In Doricæ autem coronicis typo id præmonemus, nempe mutulos, qui super triglyphos constituuntur, Echinoque incumbunt, imprudenter à nobis prætermissos fuisse: quos tamen in angustiori totius arcus designationes apposuimus.


A
B
C
D
A
B
C
D


A Beluedere in capo del giardino del Papa, oltra le loggie: che qui adietro ho dimostrato, perche l sito và sempre ascendendo: vi è vna scala molte bella, per laquale si ascende a vna planicie, che ha forma di theatro: la pianta della quale è qui sotto dimostrata, & anco ci ho posto il profilo: per eßere meglio inteso, si come per i car atteri corrispondenti si può vedere. Qui non hò tenuto conto delle misure, volendo solamente dimostrare la inuentione della scala, e del mezo circolo, come egli stia. Questo mezo circolo viene ad eßere molto eleuato dal primo giardino verso il palazzo Papale, e dietro detto mezo circolo si troua vna planicie molto grande con belli appartamenti, & ameni giardini: a i quai luoghi si và per le due porte, che si veggono ne' lati di questo mezo circolo, nel qual luogo vi sono molte statue: e frà l'altre il Laocoonte, lo Apoline, il Teuero, la Cleopatra, la Venere, il bellissimo torso di Hercole, e molte altre cose belle.

In Vaticano, præter ambulationes à nobis hactenus declaratas, quamprimùm Pontificij hortuli finem attigeris, loci accliuitate ad id quamplurimum suffragante, mox formosissimam scalam theatri forma & more constructam offendes, quæ ad planiciem quandam ascendentes demum perducit. Scalæ quidem Ichnographiam subiecimus; necnon, vt studiosi faciliorem rei huiusce intelligentiam assequantur, Orthographiam eiusdem adiunximus; quemadmodũ ex mutuo literarum responsu nullo negotio ciuis percipere licet. Hic, cùm scalæ tantummodo & hemicycli præclarum inuentum & elegantem dispositionem patefecisse fatis esse arbitremur, modulorum rationes idcirco despeximus. Hemicyclus quidem à priori hortulo ad Vaticanam Pontificis curiam respectante, in altum vehementer educitur; moxque perampla succedit planicies aptis distributionibus, hortorumque amenitatibus quammaximè insignis: quò bina ostia, quæ in hemicycli lateribus vtrinque conspiciuntur, accedentes transmittunt. Ibi verò complura & egregia quidem extant simulachra; quis enim Laocoontis, Apollinis, Tyberis, Cleopatræ, Veneris, Herculeiq. trunci, necnon signorum aliorum præterea, quæ ibidem statuuntur, famam nomenq. obsecrò ignorat?




Questo quì sotto è il dritto della pianta quì a canto dimostrata, e (come hò detto) io non trattarò delle misure attendendo solamente alla inuentione: e benche quì si dimostri vn solo pilastrone per banda con le colonne duplicate, egli si accompagna con alcune loggie, dellequali ho trattato quì adietro, come appare per l'ordine delle colonnne duplicate, e per i nicchi fra esse, & ancor per i quadri sopra i detti nicchi. A questo luogo detto Beluedere ci sono molte altre cose, lequali io non le dimostro, e frà l'altre cose vi è vna scala a lumaca, nel fondo dellaquale vi è vna fontana molto abboundante di acque: laqual scala è tutta circondata dalle colonne nella parte interiore, lequal colonne sono di quattro ordini, cioè Toscano, Dorico, Ionico, Corinthio, e Composito: ma quel che è di ammiratione, & ingeniosissimo, è che fra l'vn ordine, e l'altro non vi si interpone cosa alcuna: ma entra del Dorico nel Ionico, e del Ionico nel Corinthio, e del Corinthio nel Composito con tanto artificio, che l'huomo non si auede doue vn'ordine finisca, & entri nell'altro: di maniera che io giudico che Bramante non habbia fatto nè la più bella, nè la più artificiosa architettura di questa.

Hic arcæ superioris perpendicularem subiecimus eductionē: sicut autem antea admonuimus, cùm inuentioni solæ nunc attendamus, ad modulorum rationes explicandas minimè descendemus. Quãuis autem binæ ad extremos angulos pilæ maiores, columnis vtrobique duplicatis, tantummodo hic statuuntur; ambulationibus tamen, de quibus iam pertractauimus, præsens figura coniungitur atque continuatur: quemadmodum ex duplicium columnarum serie, necnon ex scaphis seu conchis inter columnas constitutis, superpositisque quadratis coniici potest. Locus hic, quem a iucundissima positione Beluedere Itali passim appellant, complurium quidem ornamentorum varietate splendescit, at scalam cochlidem inprimis ibi adesse perspeximus, ad cuius radices fons aquis vberrimus scatet, scalæq. partes interiores columnis undiq. circumpositis ambiuntur, ipsæq. columnæ quaternis ordinibus, Dorico uidelicet, Ionico, Corinthio, Composito que, perbellè nimirum distinguuntur. At ex eo admirandum artificis ingenium quammaximè claret, quòd ordinum uicissitudines atque diuersitates absque rei ullius interiectione sese mox consequuntur; eoq. artificio Dorico Ionicum, Ionico Corinthium, Corinthioque Compositum genus statim succedit; vt homines ordinis unius finem, alteriusq. principium secernere minimè ualeant Quapropter Bramantem hoc opere nec elegantius, nec artificiosius aliud unquam effecisse nobis persuademus.




Fuori di Roma poco discosto a Monte Mario è vn bellissimo sito con tutte quelle parti, che ad vn luogo di piacere si ricerca: lequal parti singulari io tacerò più tosto, che dirne poco, ma solamente io tratterò, e dimostrerò vna loggia con la sua faccia ordinata dal diuino Rafaello da Vrbino: benche egli fece altri appartamenti, e dette principio grande ad altre cose. Questa parte che si chiama cortile, bench'ella sia quadrata: nondimeno egli hauea ordinato il detto cortile in rotondità, per quanto in parte dinotano i fondamẽti il vestibolo notato A, e li due luoghi B, & C, non stanno così, ma per accompagnare la pianta io gli ho così posti in corrispondentia: perche la parte C, finisce in vn monte, si come anco la parte della loggia segnata E, ma nell'altro capo della loggia notata F, non vi è il mezo circolo, e questo fu per non diminuire alcuni appartamenti: ma io per accompagnarla ce l'ho posto. L'ordine di questa loggia è bellissimo, il cielo della quale è variato concordantemente: percioche la parte di mezo è a tribuna tonda, e le due dalle bande sono a crociera nel qual cielo, & anco ne i parieti Giouan da Vdene raro, anzi vnico a tempi nostri, si esercitò molto nel far conoscere l'ingegno suo sì nelle opere di stucco, come nelle grottesche colorite, & in diuersi animali & altre bizzarrie, che fra la bella, & bene intesa Architettura, e gli ornamenti di stucco, e di pittura, e le statue antiche che vi sono, questa loggia si può addimandare bellissima. E perche doue non è il semicircolo corrispondente all'altro, l'Architetto non volse mancarui di ornamento, fece che'l suo degno allieuo Giulio Romano dipinse in quella faccia il gran Polyphemo cõ molti Satiri intorno, pittura veramente molto bella: e tutte quest'opere le fece fare il Cardinal de Medici, che fu poi Papa Clemente. Non porrò nei scritti la misura di questa loggia, basti solamente la inuẽtione all'Architetto: benche tutte le cose sono proportionate alle proprie, e la seguente figura dinota il diritto, e la faccia di essa loggia: ma non vi sono quei nicchi dalle bande, liquali ui ho posto per ornamento.

Extra Romanæ vrbis pomœria, haud longius tamen, iuxta Marianum montem perelegans iucundissimaq. regio conspicitur; cunctæq. eiusmodi partes, quæ locum amœnum ac voluptarium reddere solent ibi adesse profectò sentiuntur; quamobrem eas silentio præterire, quàm summatim perstringere satius fore existimamus. At, cæteris omissis, ambulationem seu porticum quandam tantummodo, vnaq. ipsius frontem, quam Vrbinatem illum diuinumq. Raphaelem instituisse olim accepimus, in præsentia enarrabimus & describemus: quamuis alias distributiones insuper præclarum virum meditatum fuisse ibidem constat, maioraq. adhuc certè moliri & aggredi videbatur. Media pars, quam sinum cauædiumve appellabimus, etsi quadrata existit; tamen quantum ex fundamentis conijcere licet, cauædium hoc rotundioris figuræ author ipse instituerat. Vestibulum A litera inscriptum, duoq. loca ex aduerso B & C consonantibus designata, haud hac, prout intueris, iacent seu collocantur ratione; verũ nos ad Ichnographiam condecorandã mutuo huiuscemodi responsum elegantioremq. symmetriam, hemicyclum ibi quoq. adiungere haud ueriti sumus. C namq. haud secus quàm pars ambulationis E signo notata, in montem excurrit desinitque. In altero autem ambulationis eiusdem angulo, F litera eum indicante, ne diuisiones quædam tollerentur imminuerenturve, nullus utique extat hemicyclus: at nos, propter oppositarum partium aptiorem consensum elegantioremq. symmetriam, hemicyclum ibi quoq. adiungere haud ueriti sumus. Præsens nempe ambulatio miro quodam ordine distributa fuisse videtur, superincurnumq. ipsius celũ concordi quadam diuersitate præditum & insignitum apparet: Media nanq. testudo in hemisphærij morem est circunducta, quæ uerò ad latera apponuntur, in camerarum similitudinem potius extructę fuerunt. Cęlum autem & parietes insuper tum signinis ac albarijs operibus, tum mõstrosis quibusdam picturis, quas Itali Grotescas appellãt, tum uarijs demum animantium formis, compluribusq. portentis inductis, Ioannes Vtinensis uir vtiq. singularis tam affabrè excoluit, distinxit, atq. perfecit: ut artem, iudicium, ingenijq. sui fęlicitatem ibi depictam, expressam, atq. testatam posteritati semper reliquerit. Quapropter siue rationis ædificatoriæ peritia & artificio delecteris, siue picturæ plasticeq. illecebris tenearis, siue demum statuarum antiquitates sũma ueneratione prosequaris, in ambulatione proposita hęc omnia affatim reperies. Sed Architecti acumen atq. iudicium obsecro contemplare. Ne pars dextera F, quæ semicirculo destituta sinistræ partis elegantiæ nequaquam respondet, proprijs careret ornamentis; Iulium Romanum pręclarum eius alumnum, ut ibi ingentem Polyphemum Satyrorum complurium corona stipatum, ac circumsessum depingeret, admonuit impulitq., quo quidem nobilissimo picturæ genere partem illam imbecilliorem quamprimũ erexit ac illustrauit. Egregia autem hæc opera amplissimi Cardinalis Medicei, qui summum deinde pontificatum adeptus Clemẽtis Septimi nomen obtinuit, liberalitate atque munificentia suffragante perfecta elaborataq. fuerunt. Ambulationis uerò modulos nequaquam hic apposuimus, Architecto enim solam inuentionem satis fore nunc arbitramur: præsertim cùm membra omnia hic designata proprijs uerisq. ad amussim respondere uideantur. Sequens deinde figura ambulationis eiusdem frontem lateraq. proponit: ac scaphæ seu conchæ, quæ ad latera statuuntur, etsi ex uera operis forma nequaquam acceptæ, ornatus tamen cuiusdam gratia à nobis adiunctę adhibitæq. fuerunt. Id autem memoriæ fixum immotumque semper habeto, Dextrum & sinistrum haud quidem ad nos intuentes, uerùm ad figuræ ipsius è regione conspectæ situm atque collocationem ubique referri oportere; adeò ut quod nobis dextrum, figurę sinistrum, & quod illi dextrum, læuum nobis existet.



Per la parte quì auāti segnata B, & A, si può comprendere tutto il cielo della loggia sopra narrata: la bellezza della quale consiste tutta nell'angolo, doue è la croce, ilquale si accompagna molto bene nel tor sù la tributa di mezo, e và sempre ligando con la duplicatione delle colonne ad ogni faccia di pilastro: lequal colonne per la corona che rimane integra, non vengono a far parer deboli i pilastri, anzi tal leggiadria, e rompimento del pilastro conuerso in due colonne fa vago vedere, nondimeno stà nel termine del pilastro sodo, perche il medesimo fa la base d'esso pilastro. E perche nella figura quì auanti non è dimostrato se non vna colonna piana nel pilastro, e la parte d'vn'altra, per eßer meglio inteso dico, che ogni faccia di pilastro nella parte interiore della loggia và diuiso in tre parti, delle quali si faranno due colonne piane sugli angoli, & vna sarà per la diuisione delle due colonne, e benche (come ho detto di sopra) elle siano due colonne piane col suo intercolunnio: nondimeno viene ad essere vn pilastro solo, e questo è per far la cosa più gracile ne i suoi ornamenti.

Ex subiectæ quidem figuræ partibus, quæ B & A notis inscribuntur, totum superioris ambulationis cælum aperitur atque patescit; eiusq. laus vniuersa ferè in angulo ad dexteram constituto, crucis signo eum indicante, consistit: qui ad mediam sphæricamq. testudinem extollendam perbellè nimirum conducit, singulasque pilarum frõtes duplicatis columnis perquàm eleganter connectit reuincitq. Nec ipsæ tamen columnæ, superiori corona integra perpetuamque remanente, pilas infirmiores imbecillioresq. reddunt: quinimo huiuscemodi pilarum imminutiones, earumque in duplices columnas conuersiones permutationesue aspectui præclarè admodum egregieque respondent. Nec pilarum idcirco soliditati quicquam detrahitur, cùm earum bases consimili quoque ratione extructæ conspiciantur. Quoniam autem in subiecta figura planarum columnarum, quæ pilis ex vtroq. latere adiacent, unam integram, & alterius portionem quandam tantummodo designauimus: ne legentibus obscuriores quandoq. videamur, id eos præmonendos arbitramur, singulas videlicet pilarum frontes ad ambulationis interiora spectantes in tres partes esse diuidendas: quarum duæ planarum columnarũ, quæ ad angulos statuuntur, conformationibus tribuentur, reliqua mediũ binarum columnarum spatium atque interuallum explente. Quauis autem, vt dictum fuit, duæ planæ columnæ, intercolumnio medio existente, ibi adsint: vnica tamen, eaque solidior pila ex his prouenit atq. consurgit: quod excogitatum inuentionis genus ad ornamentorum gracilitatem quammaximè certè conducit.




Fra l'altre città d'Italia Napoli è detto gentile, e non solamente di gentilissime creanze, e di gran Baronaggi, e Signori di Castelli, Conti, & infiniti gentil'huomini, e nobiltà grande: ma è così ben dotato di giardini, e di luoghi di piacere: quanto paese d'Italia: e fra gli altri luoghi ameni, e diletteuoli, che sono fuori della città, vi è vn palazzo, che se gli dice Poggio Reale, ilquale il Re Alfonso fece edificare per suo diletto nel tempo, che la già felice Italia era più vnita, & hora infelice per le sue discordie. La forma dell'edi-

Ex compluribus Italiæ ciuitatibus solã Neapolim vrbanæ cognomen sibi vendicasse reperimus: Nec enim morum vrbanitate solùm, & Satraparum insuper, Regulorum, Comitum, Optimatumq. innumera ferè multitudine claret; verùm & hortorum præterea & locorũ consimilium adeò amenitatibus præstat, vt nulli profectò Italiæ totius regioni hoc nomine sit concessura. Inter complura autem iucũdiora amœnioraq. loca, quæ extra vrbis ipsius ambitum sita conspiciuntur, ingens quædam & magnifica ędes statuitur, quam Regium Podium incolę passim appellant: propterea quòd Alfonsus Rex, Italia, quæ nunc dissensionum bellorumq. ciuilium meritas pęnas expẽdit,


ficio in pianta & in diritto, e qui di sotto. Le misure non vi pongo, percioche ho solamente tenuto conto della inuentione, perche il prudente Architetto potrà imaginarsi di che grandezza vorrà che sia vna camera, essendo tutte di vna grandezza, e da quella tor tutte le altre misure del rimanente dell'edificio. Il quale (come hò detto) quel nobilissimo Rè vsaua per le sue delitie, e perche i luoghi di villa si vsano per la state, e massimamente per li caldi grandi: il cortile di questo palazzo è circondato da loggie sopra loggie, e nella parte di mezo segnata E, si discendeua parecchi gradi in vna bella planicie mattonata, nel qual luogo si conduceua il Re con quelle Madame, e Baroni che gli piaceua, e quiui apparecchiate le mense, con diuersi piaceri si mangiaua. e quando pareua al Rè tal volta nel più bel del piacere, faceua aprire alcuni luoghi secreti, doue che in vn momento s'empicua quel luogo di acque: di modo che le Madame, & i Baroni rimaneuano tutti nell'acqua, e così ad vn tratto quando pareua al Re faceua rimanere quel luogo asciutto. O delitie Italiane come per la discordia vostra siete estinte. De i bellissimi giardini, con diuersi compartimenti, degli hortaggi, de i frutti d'ogni sorte in grandissima copia, delle peschiere di acque viue, dei riui de i luoghi per diuersi augelli grossi, e minuti, dalle stalle ben fornite d'ogni sorte di caualli, e di molte altre cose belle. Ma per tornare alle parti del palazzo, il quale è di quadrato perfetto: nella parte interiore è circondato da loggie sopra loggie, a gli angoli delle quali nella grossezza del muro vi sono le scale a lumaca per salire alle parti di sopra, e tanto è di sopra quanto di sotto. Le quattro loggie di fuori segnate D, non vi sono, ma per maggior commodità, & ornamento dell'edificio vi stariano bene, e sariano fortissime per le buone spalle, che haueriano da i lati: ne per questo si priuariano le stanze della sua commoda luce, e le dette loggie sariano difese da i venti, e dal Sole ne i fianchi.

dit, pacatum & iucundissimum æuum olim peragente, voluptatis & animi gratia præclaram hanc ædem sibi fertur instituisse. Ædificij quidem Ichnographiam, & Orthographiam quoque in præsentia subiunximus. A modulis autē recensendis idcirco abstinuimus, quoniam inuenti solius acumen atq. solertiam obseruatione dignam existimamus: Prudens enim mox Architectus, unius cubiculi magnitudine ad libitum constituta, eaq. ad cætera cubicula metienda deinceps accommodata, inde tamquā ex regula quadā, proportionis spectata semper ratione, cunctos reliqui ædificij modulos colliget atq. deducet. Ædis huiusce vsus, ut iam diximus, Regijs voluptatib. atq. delicijs potissimum inseruiebat. Verùm cùm rusticana ædificia æstiuis temporib. aere præsertim excandescente, quamaptissima esse videantur: idcirco ædis propositæ sinus, porticibus porticibus alijs superstructis atq. congestis, vndiq. circunfunditur. Medianum autē spatium E litera inscriptū, compluribus gradationib. interiectis, ad pauimentatam formosissimamq. planiciem commodos expeditosque præstabat descensus: quò Rex, Matronis & Principibus ipsi iucundioribus simul assumptis, nonnumquam se conferre solebat: ibique mensis appositis, conuiuioq. oppiparè instructo, omnes lęti & hilares discumbebant. Verùm epulis interea efferuescentibus, conuiuioq. tumultuante, Regis nutu structiles nonnulli secretiq. aperiebantur canales; vnde aquæ vehementius mox erumpentes locum illum confestim humoris copia alluebant perfundebantq., adeò vt summa cum omnium iucunditate discumbentes immergerentur. Rege deinde mandatum reuocante, aquis refluentibus pauimentum ad priorem quamprimùm reuertebatur siccitatem. Eheu Italicæ delicię, quantū propter ciuiles dissensiones intestinaq. bella antiqui splēdoris & pristinæ formæ iam amisistis. De hortorum verò amenitatibus varijsq. eorum distributionibus, de arborum fructuumq. copia & multitudine ingenti, de piscinis atque viuarijs, de aquæductibus, de auiarijs, quibus diuersæ tum maiorum tum minorum volucrum species asseruabantur, de stabulis equitatu vario instructis, deque alijs admirādis compluribus nihil est quòd in præsentia loquamur. Verùm vt ædis propositæ, cuius area quadrata existit, membra iam persequamur, partem interiorem porticibus sibi inuicem accumulatis coaceruatisq. circuncludi affirmamus, ad quarum angulos in interiori parietis crassitudine superiorum partium conscendendarum gratia cochlides scalæ extructæ accommodatæq. fuerunt, tantumq. interualli spatijq. superioribus quantum inferioribus partibus redditur ac distribuitur. Quaternæ autem porticus, quas extrinsecus à nobis hic adhibitas, & D litera inscriptas intueris; nullæ quidem ibi extant: verùm ad ædificij ornatum atq. commoditatem quam maximè certè conferrent; laterumq. adminiculis atque cohæsionibus intercedentibus, roboris ac firmitatis quamplurimum nēpe consequerentur. Nec tamen interiora ædium conclauia sibi conuenienti propterea lumine destituerentur: quinetiam porticuum latera ædibus utrinque assistentibus obtecta, nec ventorum flatus vehementiores, nec Solis rapidos æstus quicquam profectò extimescerent.




In questa figura quì sotto ho voluto dimostrare la parte di fuori, e di dentro, la parte notata A, dinota la parte di fuori. La parte B, rappresenta le loggie interiori. La parte notata C, dinota le stanze nella parte interiore. In questa figura quì sotto non ho notato il coperto dell'edificio, perciochè al mio parere io vorria tale edificio scoperto di maniera, che si potesse vsare per spasso a mirare la campagna.

Præsenti quidem figura tum exteriores, tum interiores quoq. ædificij partes demonstrare contendimus. A, partem exteriorem primùm proponit: B, interiores ambulationes porticusve deinde designat: C, interiora conclauia demum ostendit. In subscripta autem designatione contecti ædificij speciem nequaquam exhibuimus: ipsum namque, ob agrorum amenitates liberius oculis perlustrandas contemplandasque, sub dio potius constitutum vellemus.




PIANTA DEL POGGIO REALE DI NAPOLI.




Considerando al bello edificio del poggio reale, mi è venuto in pensiero di disporne vno circa a quella visione, ma in altra forma di appartamenti, e forse con miglior commodità: percioche le stanze di quello sono tutte d'vna grandezza, laqual cosa non si conuiene, anzi è di bisogno che le prime siano maggiori delle seconde. In questo edificio non vi faccio cortile, ne aere di dentro: percioche essendo cosa per la villa: ella non è impedita da nessun lato, doue i quattro angoli hanno la luce apertissima. Ma alcuno potria dire, che la sala con le quattro camere saria tenebrosa per non hauere la luce se non dalle loggie: laquale non è luce perfetta. A questo si risponde, che essendo fatto questo edificio per vserlo ne i gran caldi, e non hauendo cortile nel mezo: la sala, e le quattro camere saranno sempre fresche, per non vi potere il Sole: liquali appartamenti saranno bonissimi, e godeuoli nel mezo giorno. Questo edificio è talmente disposto che se li muri angolari saranno di buona grossezza: tutto il rimanente d'esso sarà fortissimo, quantunque i muri siano di mediocre grossezza. Io non tratterò delle misure, perche essendo questo proportionato: lo esperto Architetto potrà secondo la volontà del padrone imaginarsi la grandezza d'vn luogo, e di quella fare tanti piedi, si potranno conoscere tutte l'altre parti dell'edificio, e sopra il tutto questo edificio sia collocato di sorte, se'l sito lo comporta: che'l Sole leuante, prima batta in vn'angolo, accioche tutte le parti dell'edificio veghino a participar del Sole, perche se'l Leuante battesse per vna faccia, & il Ponente per l'altra, e'l mezo dì per l'altra, seguitaria che la loggia posta a Settentrione non haueria mai Sole, e saria mal sana.

Nobis Regij & Neapolitani ędificij artem ac symmetriam animo reputantibus, alterum specie quidem consimili, at distributionum rationibus tantummodò permutatis, atque ad commodiorem vsum fortasse traductis, nunc componere libet. Superiora enim triclinia siue cubicula omnia, eadem prorsus magnitudine terminabātur; quòd absurdum & à ratione alienum profectò uidetur: prioribus namque triclinijs ampliora vtiq. spatia quàm secundis sunt designāda. In hoc autem nostro ędificij genere nec sinum siue cauædium, nec interioris luminis vsum aliquem efflagitamus: cùm enim domus hæc ruri constituenda proponatur, ex quaternis angulis uberrimum lumen citra vllum impedimentum hauriet atque combibet. Quòd si quispiam cenaculum medium & quatuor circunstantia cubicula, cum à porticibus lucem quandam imbecilliorem & imperfectiorem accipiant, obscuriora fore cauillabitur, ei hanc responsionem mox afferemus: quòd cùm ædes Proposita ad æstiuos ardores effugiendos reprimēdosq. comparetur, medianamq. aream, quam cauædium nuncupamus, ei subtraxerimus; cænaculum & quatuor cubicula, Solaribus radijs nequaquam ea ferientibus opaca frigidioraq. perpetuò remanebūt: & huiuscemodi nempe locorū diuisiones meridianis æstibus declinandis inprimis conferent atq. conducent. Præsens nempe ædificium eam sortitur positionem atque collocationem, vt, dummodo angulares parietes crassiores extiterint, etsi intermedij dein le mediocrem crassitudinem obtinebunt. Modulos verò sigillatim recensendos haud quidem existimamus, cùm enim ædificium conuenientib. perficiatur symmetrijs, poterit nimirum solers Architectus, domini mente prius explorata, loci propositi magnitudinem mox concipere ac definire: eaq. in tot pedales vel alterius cuiuscumq. generis modulos resoluta, cunctas ædificij partes quamprimùm determinabit atque distinguet. Ei autem inprimis diligenter attendet, vt in ædificio collocando situs commoditati, & opportunitati potissimum consuluisse videatur; adeò vt Sole exoriente angulus ei oppositus totus mox illustretur atque splendescat: namque hac positione constituta, cunctæ ædificij partes solari lumine perfruentur. Quòd si orienti latus vnum tantummodo, occidenti alterum, & meridiei tertium exponeretur atque pateret: ambulationem, quæ ad Septentrionalem plagam conuerteretur, numquam Solaribus radijs illustrari, & ex eo insalubrem pestilentemque fore profectò consequeretur.



In diuersi modi & ordini si potria fabricare sopra la pianta quì a lato: nondimeno per esser questo luogo di piacere: mi è parso per più vaghezza farlo di opera Corinthia, ne mi affaticarò in trattare delle misure, ne circa le altezze, ma nel quarto libro nell'ordine Corinthio, si trouerà vn trattato, che supplirà per queste misure col buon giudicio dell'Architetto. E perche in questa faccia non vi è scortio alcuno, per ilqual si possino per ciascuno conoscer le loggie dalle faccie piane, io dirò in scrittura. Li due lati dalle bande più eleuati s'intendono hauer le colonne piane di basso rilieuo, da basso ad alto, la parte di mezo che è più bassa, s'intende loggia sopra loggia, le colonne delle quali vogliono essere tonde, & il medesimo sarà dalli fianchi. Si potria ancora sopra le loggie farui vn lastregato, o salegiato di buone lastre ben commisse di bonissimi stucchi, resistente alle pioggie, con i suoi parapetti della istessa cornice del primo ordine, e così la sala di mezo con le quattro camere del secōdo ordine haueria miglior luce di quella di sotto. Per due rispetti ho fatto quelle finestre picciole sopra le grandi del primo ordine, l'vno si è che volendo le finestre di tal bassezza, che l'huomo stando a sedere possi vedere fuori commodamente: viene a rimanere troppo gran spatio dalle prime finestre al cielo delle stanze. Ilqual saria tenebroso, e così le dette finestrelle danno maggior luce alla sala: l'altro rispetto è, che le camere presso la sala non vogliono essere di quella altezza: ma si potranno amezare, per ilche quelle finestre seruiranno per i mezadi. Di molte altre cose si potria trattare, le quali saranno nell'arbitrio dell'Architetto.

Super aream designatam modorum quidem complurium, diuersorumq. generum ędificia constitui possent: attamen cùm ad animi oblectationem & uoluptatē ædes proposita referatur, venustiorem eā reddere exoptantes Corinthiam ipsam construximus atq. perfecimus. Nec in proprijs modulis enarrandis, nec in altitudinibus recensendis quicquam nunc temporis insumemus: quarto enim volumine Corinthij ordinis expositionem nobis instituentibus, tractatū quendā separatim, quo omnes eiusmodi moduli, Architecti iudicio insuper concurrente, patefient, habebis. Quoniam autem in præsenti designatione nullæ partium omnino contractiones imminutionesve extant, quibus ambulationes à frontium planiciebus distinguere aut secernere possis, idcirco ad huiusce rei explicationem orationis lumen adhibebimus. Duo latera, quæ vtrinq. apposita ad altiora conscendunt, quadratas columnas ab imo ad summum parum eminentibus constantes expressionibus nacta fuisse intelliguntur, Pars, quæ in medio duorum laterum cōstituta inferiorem locum sortitur, porticus, quarum columnæ teretem formam accipiunt, porticibus aliis superstructas superpositasq. designat. Eandem constructionis quoq. rationem classis eiusdem, eiusdemve ordinis latera consequuntur. Summæ quinetiā porticus lapideis laminis aut latastris albarij operis, quod Stucchum appellant, firmitate quamarctissimè inter sese coniunctis ad pluuiarum impetus excipiendos sustinendosq. insterni possent, pluteorum quoq. ex coronice primi ordinis desumptorum adiectione concomitante: & hac nempe ratione medianum cęnaculum, quaternaq. pariter illud circumambientia cubicula, quæ ad secundum ordinem spectant, largiori quàm cęnaculum, & cubicula inferiora, uberioriq. luce conuestirentur. Pusillas autem eas fenestrarū apertiones fenestris amplioribus in primo ordine collocatis duplici de causa superposuimus. Primò quidem, quòd cùm fenestræ inferiores tam humiles, vt quispiam sedens extra intueri perquàm commodè possit, effodiendæ proponantur; ab ijs deinde, nisi hæ superiores adderentur, vsque ad summa cubiculorum tecta immodicum spatium interpositum nimis atrum certè obscurumq. remansisset: eædemq. præterea cęnaculo lucem maiorem uberioremq. subministrant. Huic illud etiam accedit, quòd cubicula iuxta cęnaculum sita ad tantam altitudinem nequaquam educenda videntur: at, æqua diuisione confecta, superiores fenestellæ cellis quibusdam super cubicula extructis illuminandis inseruient. Complura alia præterea his, quæ hactenus dicta fuerunt, superaddi possent, verùm, cùm in hoc libro solas ædificiorum inuentiones exponendas receperimus, eiusmodi cuncta Architecto, prout ipsi libuerit, eligenda, permutanda, pertractandaque relinquimus.



TRATTATO DI ALCVNE COSE Marauigliose dell'Egitto.

VEramente le cose degli antichi Romani sono marauigliose a gli occhi nostri, ma chi potesse vedere le cose dei Greci, lequali hormai sono tutte estinte, e delle cui spoglie Roma, e Venetia ne è molto adorna, forse che superariano le cose de i Romani. Ma che diremo noi delle marauigliosissime cose dell'Egitto, lequali paiono più tosto sogni, e chimere, che cose vere: nondimeno, perche Diodoro Sicolo confessa di hauerne veduto alcuni vestigi, mi fa credere che fussero vere, e fra l'altre cose mirande, egli narra di vna sepoltura d'vn Re d'Egitto nomato Simandio, ilquale ne i grandi, e generosi fatti non hebbe pari. Era dunque questa sepoltura la più superba, e più mirabile, che mai per altro Rè edificata fusse, la cui grandezza era dieci stadi, che ridotti nella nostra misura, sono vn miglio, & vn quarto. Primieramente la porta sua era ornata di variata, e bella pietra, dentro la quale era vno andito di lunghezza di due giugeri, che sono braccia 220. e la sua altezza era cubiti 45. nel capo delquale andito si trouaua vn peristilio, cioè vn cortile quadrato con le sue loggie intorno, & ogni loggia era lunga quattro giugeri, che sono braccia 440. nellequal loggie in luogo di colonne erano animali in vn pezzo di pietra scolpiti, l'altezza de i quali era braccia 16 sopra di questi in luogo d'architraue erano pietre larghe due passa, & erano ornati di variate stelle di azurro oltramarino. Eraui ancora vn altro andito simile al primo, ma di scoltura più grossamēte ornato, all'entrare del quale si vedeuano tre gran statue di marmo, opera di Menon, l'vna delle quali sedeua, e la misura del suo piede passaua braccia sette, onde di grandezza passaua tutte l'altre statue di Egitto. Appresso questa erano due altre statue, che di altezza non giungeuano al ginocchio della prima, l'vna alla figliuola, l'altra madre di Simandio era dedicata. Quest'opera non solo per la grandezza fu ammiranda, ma per mirabili arti, e per varie sorti di natura di pietre fù eccellente: quando fra tanta mole, ne fessura di sorte alcuna si vedesse, ne macchia in alcun luogo della pietra fosse. Il suo scritto diceua. IO SON SIMANDIO RE DE' RE, SE ALCVNO DESIDERA CONOSCERE QVALE IO SIA STATO, E DOVE HOR GIACCIO GRANDEMENTE TRAPASSI ALCVNE DELL'OPERE MIE. Vi è ancora vn'altra statua tutta d'vn pezzo, della madre di Simandio, & è in altezza braccia 20. laquale ha sopra la testa tre segni regij, per dimostrare sè esser figliuola, moglie, e madre di Re. Oltra passando la porta vi è vn'altro peristilio, ma più nobile del primo, per le varie scolture che vi sono, nelquale si vedeua scolpita la guerra facta da Simandio contra di Battriani rebelli, a i quali li figliuoli del Re signoreggiauano, contra de quali condusse vn essercito di quattrocento mila persone, e vinti mila caualieri, ilquale era diuiso in quattro battaglie. Nella prima parte era scolpito l'assedio della città da quella parte, che la bagna il fiume; e poi si come combattendo il Re con vna parte de i nemici, con l'aiuto d'vn suo leone domestico, al principio della battaglia hauea posto gli nemici in fuga. Si vedeuano nella seconda parte i prigionieri con le mani, e con i genitali tagliati, così dal Re condotti, volendo inferire quelli esser stati di animo vile, e di corpo debile. Erano nella terza parte, con varie scolture, & ornate pitture ritratti li sacrifici, & il trionfo del Rè, superati gli nemici. Vedeansi poi nella parte di mezo due grā statue integre di altezza di braccia 26. l'vna alle quali del peristilio si andaua per tre anditi. Appresso queste figure era vna casa eleuata sopra colonne, ogni lato della quale dal piede era due giugeri, che sono braccia 20. e vi erano dentro assai statue di legno, rappresentando quei, che nelle cause dubbie disputando discordano, onde aspettano il parer di quelli, che ne i giudicij danno le sententie: liquali erano trenta, nel mezo de i quali sedeua il Principe per giudicare, dal collo del quale pendeua vna imagine della verità, la qual haueua gli occhi serrati, & hauea intorno vn gran fascio di libri: lequali imagini voleuano inferir li giudici douer esser integri, & il Pretore solamente guardare alla verità. Lasciando questo luogo adietro, pur nella detta casa si ritrouaua vna sala, che da ogni lato vi erano molte stanze, nellequali erano apparate diuerse sorti di cibi per mangiare: doue più eminente degli altri era scolpito, e di varij colori ornato il Re, ilqual faceua offerta, e dono a Dio di tutto l'oro, & argento, che ogni anno hauea da i tributarij riscosso. Laqual somma tutta ridotta in argento era scritta tre milioni, e ducento mila mine. Dopo seguitaua la libraria nellaquale era sopra scritto ANIMI MEDICAMENTVM, cioè la medicina dell'animo. Seguiuano poi le imagini di tutti i Dei di Egitto, & i doni da essergli offerti, secondo che a ciascun d'essi più aggradisse. Poco più oltre si vedeua Osiri, e gli altri Re, che dominarono Egitto, purche hauessero giouato alla vita de mortali, quādo

DE ÆGYPTI ADMIRANDIS AC SVPERBIS OPERIBVS.

PRisca Romanorum artificum opera aspectui iucunda & præclara haud immeritò quidem existimātur: At si quis Græcorum etiam monumenta, quæ iandiu ceciderūt, & ex quorum manubijs Romam Venetiasque, duas quippe Italiæ totius opulentissimas vrbes, ornatas & cohonestatas videmus, oculis intueri potuisset; Græcos in ædificatoria facultate Romanis anteponendos forsitan esse iudicaret. Verùm quid de inusitatis & operosis Ægyptiorum molibus quæso dicemus, quæ figmentorum fabularumq; potius quàm veritatis speciem præseferre vidētur? Attamen Diodori Siculi, qui nonnulla earum vestigia sese aliquando conspexisse testatur, authoritate permoti vera hæc esse nos quoque putamus. Ex compluribus igitur, & admirandis operibus, quorum mentio ab hoc grauissimo habetur authore, Osymandij Regis Ægyptiorum & rerum gestarū magnitudine, & illustrium factorū gloria omnibus præferendi egregium inprimis occurrit monumentum; quo nec præclarius, nec maiori dignum admiratione aliud vnquam à Rege vllo extructum fuisse memoratur; ad denum etenim stadiorum amplitudinem porrigebatur, quæ si ad Italica milliaria redigantur, milliare vnum, quart a parte insuper adiecta, conficient. Primaq. ostij ingressio ex vario formosoq. lapide constabat: moxq. in interiori vestibulo itio quędam in duorum iugerum, hoc est in pedum quadringentorum & octoginta longitudinem extendebatur, & in quadragintaquinque cubitorum altitudinem efferebatur; in eaq. extrema peristylium, idest quadrata quædam area porticibus vndiq. circunsepta residebat: singulæq. porticus in quatuor iugerum, hoc est in pedum noningentorum & sexaginta longitudinem excurrebāt & pro columnis animantiū formæ saxo vnico insculptæ, in sexdecim cubitorum altitudinem assurgebant: hisque lapides nonnulli duorū passuum latitudine pro epistylijs desuper imponebantur, vbi mira astrorum cæruleo cælestive colore elaborata distinctaque varietas refulgebat. Huic alia itio deinceps priori consimilis, verùm crassiori scalpturarū genere instructa succedebat: primoq. eius ingressu tres marmoreæ statuæ, egregium quippe Memnonis opus, mox sese conspiciendas exhibebant, quarum vnam sedentem author effinxerat: pedisq. solius mensura septem cubitos excedens, hanc reliqua omnia Ægyptia simulachra formę amplitudine, acuastitate exuperasse profectò demonstrat. Haud procul ab ea binæ statuæ hinc & illinc assurgebant, quarum neutra prioris genu altitudine æquabat: earumq. altera matri, altera filię Osymandij Regis sacra habebatur. Opus hoc haud tantum ob ingentem magnitudinis molisq. rationem, verùm ob artis perfectionem insuper, necnon ob lapidum diuersitates complures admirandum eximiumq. extitisse videtur: cùm in tanta machinæ structura nec rima vlla, nec minima in lapide macula cognita vnquam perspectave fuerit. Inscriptio autem talis fuisse memoratur. REX REGVM OSYMANDIVS EGO SVM: SI QVIS QVALIS FVERIM, QVA VE NVNC IACEAM REGIONE, SCIRE VEHEMENTER EXOPTAT, GESTORVM MEORVM NON NVLLA SALTEM IMITARI, ATQVE EXVPERARE CONTENDAT. Aliud quinetiam ibi simulachrum extabat ex vno perpetuoq. lapide compactum; quod matris Osymandij ipsius imaginē referens, ad cubitorum viginti altitudinem pertingebat: ternaq. diademata, Regium insigne, in capite gestans se & Rege satam, & Regi nuptam, & Regem denique enixam fuisse significabat. Ianua transgressa aliud deinde peristylium propter scalpturarum ibi existentiū varietatem præcedenti longè nobilius illustriusq. patebat: ibi nanq. Osymandij in Bactrianos, qui à Regius ipsius liberorum imperio defecerant, expeditio erat insculpta; ad quorum interitum atque perniciem, vt videlicet proditionis meritas pęnas expenderent, Rex peditum quadringenta millia, equitumq. uiginti millia coegit, totusq. exercitus in quatuor acies distributus videbatur. Ex altera quidem parte urbs, quā flumine alluitur, obsidione premebatur: Regemque ibidem in prima acie contra hostes acriter dimicantem, Leonis quo que, cui insidebat, virtute ac impetu suffragāte, eos in fugam vertisse intueri fas erat. Ex altera parte deinde captiuos hostes, manibus ac genitalibus exectis, à Rege hac nota & animorum timiditatem, & effętas corporum uires inimicis exprobrante, traductos aspexisses. Alibi postea, scalpturarum picturarumq. insigni contexta varietate & Regem, victoria iam habita, Dijs sacrificantem; & eundem, deuictis ac profligatis hostibus, triumphantem cognouisses. Mediana denique peristylij parte binæ ingentis magnitudinis statuæ, & ex perpetuo continuoq. lapide conflatæ statuebantur, quarum singulæ in septem vigintique cubitos assurgebant: ad easque visendas è peristylio, tribus vestibulis seu itionibus transactis, homines accedebant. Haud procul ab his magnifica superbaq. domus columnis suffulta in altum patebat; cuius latera singula ab imo ad summū bina iugera, hoc est pedes quadringentos & octoginta complectebantur. Complura autem lignea ibi aderant simulachra, quę homines in foro sursum deorsumq. cursitantes litigantesq. significabant: qui suspensi iudicum sententijs quasi inhiare, & ex eorum tamquam ex oraculi cuiusdam responsis quodāmodo pendere videbantur. Controuersijs autem componendis atque dijudicandis triginta præesse fingebantur, mediusq. inter hos Princeps quasi iudiciorum antistes ac moderator considebat; cui veritatis imago clausis oculis, magnaq. librorū multitudine circunfusa è collo pendebat: quibus notis iudicem morum vitaq. integritate cæteris præstare debere, iudiciorumq. præfectis atque Prætoribus veritatem tantummodo persequendam esse tacitè innuebatur. Forensi hoc loco transacto, in domo eadem cęnaculum triclinijs compluribus vario epularum instructis apparatu vndiq. circunseptum offendebatur: ibiq. in conspicuo eminentioriq; loco

nell'insegnargli i sacrificij diuini, & anco per giustitia seruata fra gli altri huomini. All'vltimo della casa già detta era vn'edificio regio, nelquale erano 20. letti sacrati a Gioue, & a Giunone: nella parte di sopra del quale erano le statue del Re Simandio, & iui era sepolto il corpo suo. D'intorno a questo edificio erano più stanzette, nelle quali si vedeuano dipinti tutti gli animali atti alli sacrificij d'Egitto, i quali tutti ascendeuano verso la detta sepoltura, laqual era circondata da vn gran cerchio d'oro: il circuito del quale era 365. braccia, & era vn braccio di grossezza: nelqual cerchio per ogni braccio era descritto vn dì dell'anno, & il nascere, & il tramontar delle stelle, & il loro significato, secōdo la dottrina Egittia. Si dice che il detto cerchio fu portato via al tempo che Cambise, e li Persi dominarono in Egitto. E questa sepoltura del gran Simandio non solamente fu la più ricca di tutte le altre, ma di artificio ancora più eccellente. Fù dopo molti anni Miris Re in Egitto, ilquale in Menfi edificò il Propileo verso tramontana, opera fra tutte l'altre più eccellente. Questo medesimo Rè fu quello, che poco più d'vn miglio fuori di Menfi cauò vn lago di marauigliosa vtilità, & incredibile per grandezza d'opera: perche fu grande tre mila seicento stadi, che sono miglia quattrocento cinquanta, e di altezza in molti luoghi era profondo cinquanta vlne, cioè cinquanta volte quanto l'vna, e l'altra man dell'huomo si può stendere. Talmente che chi auertisce alla vtilità donata a tutto l'Egitto, & alla grandezza della cosa, & alla profondità, & intelletto del Rè, con tutte le lode non si potria lodare a pieno. Considerando adunque il Re Miris il decrescente del Nilo essere incerto, & instabile: e che secondo tal decrescente la terra produchi bene, e male i frutti: cauò il detto lago, ouero stagno, ricettacolo delle inondationi del Nilo: acciochè crescendo sopra modo, le acque restando alte oltra'l solito su la terra, la patria sua non diueniße inutile. Et ancora che per difetto di acqua i frutti della terra non morissero: fece vna fossa dal fiume al lago, lunga stadi ottantacinque, che sono miglia dieci, e mezo, e profonda cento sessanta braccia: per laqual fossa l'acqua del fiume tolta, e data conserua vtile, & abbondante il paese: e ciò col mezzo di vn serraglio alla bocca della fossa: non già senza grande spesa, perche non si apre, ne si serra mai, che non vi interuenghi spesa di cinquāta talenti. Questo stagno era in essere al tempo di Diodoro Sicolo: e si chiamaua Miride dall autor Miris: ilqual nel mezo vi lasciò vn luogo eleuato fuori dell'acque, nelquale edificò la sua sepoltura, con due piramidi di altezza d'vno stadio, l'vna per se, l'altra per la moglie, sopra delle quali collocò due statue di pietra, che sedeuano in trono. E questo tutto fece, perche pensaua col mezzo di tali opere alla posterità lasciar della sua virtù memoria immortale. Miris ouer Marone dopo molti anni fù Re d'Egitto: ilquale si edificò vn monumento, e chiamollo Laberinto, edificio certo marauiglioso non tanto per la grandezza dell'opera: quanto ancora per l'arte difficile da essere imitata: perche a chi vi entraua non era facile il ritorno, se non con guida buona. Dedalo poi ritornato in Egitto, e marauigliatosi di quest'opera, pigliata la forma di questo, ne fece vn tale in Creta al Rè Minos: ilquale a nostri tempi, o per malitia d'huomini, o per il tempo è ruinato, quel d'Egitto fino al presente integro dura. Chemi dopo sette altri regnò in Menfi, e fu quello, che fece la maggior piramide, laquale è annumerata fra le sette opere marauigliose del mondo, & è lungi da Menfi verso Libia stadi cento venti, che sono miglia quindici, e dal Nilo stadi quarantacinque, che sono miglia cinque, e mezo, laquale per artificio, e grandezza d'opera rendeua stupido chi la miraua. Questa piramide era quadrata. Lo statio suo nella base era per ciascun lato iugeri sette, che sono braccia settecento, e settanta, & era alta iugeri sei, che sono braccia nouecento sessanta, la cima era poi braccia 65. laqual machina era tutto di sasso durissimo, e difficil da lauorare, ma durabile in eterno: liqual sassi dicono esserui stati condotti fin di Arabia, e furono posti in opera con li argini, perche allhora non erano ancora trouati gli stromenti per il fabricare: opera certo marauigliosa, tanto più per esser nel mezo di paese arenoso, nel quale non è pur forma di argini, ne vestigio di pietre iui mai tagliate, tanto che non dagli huomini, ma dalli Dei ben pare vna tal mole esser stata composta. Dicono, che a fornir questa machina vi furon deputati trecento 60. mila huomini, liquali, per compirla vi stettero quasi 20 anni. Li danari spesi in cauoli, & herbe per pascer detti operarij furno mille, e seicento talenti, perche questo fu il lor cibo. Fu il conditor della seconda piramide Cabreo Re d'Egitto. Laquale era sul modo, e materia della prima, ma non di tanta grandezza: perche per ciascun de i lati non si stendeua più d'vn stadio, e solamente da vna parte era l'andito, e la porta sua. Micerino, ilquale ancor fu dietro Checino dopo Cabreo regnò in Egitto. Da costui fu cominciata la terza piramide, ma non fornì l'opera, perche morte vi s'interpose; laquale era nella sua base per ciascun de lati tre giugeri, che fanno braccia quattrocento, e ottanta, & eraui scritto suso verso tramontana il nome dell'autore MICERINVS. Oltra queste tre piramidi ve ne sono altre tre d'vna medesima sorte, e su

loco insculptum, varijsq. pigmentorum generibus delibutum Regis simulachrum extabat, quodcunque auri & argenti à vectigalibus populis sibi quotannis persoluebatur, id vniuersum Deo dicantis atque offerentis: tributorumq. summam ad minarum ter decies centena, ducentaq. millia insuper cōscendisse inscriptio subiecta ostendebat. Inde ad bibliothecam homines ferebantur, quæ in fronte talem nimirum gerebat inscriptionem: ANIMI MEDICAMENTVM. Cunctę deinceps Ægyptiorum Deorum imagines, necnon munera singulis conuenientia iucūdioraq. longo ordine sequebātur. Haud procul hinc Osiris, cæterique Reges Ægyptij, quicumq. uel Deorum cultus sacraque edocentes, uel iura legesq. singulari studio prosequentes, in humanum genus benefici ac salutares extitissent, conspiciendi proponebantur. In postrema denique domus eiusdem sede ædificium quoddam regio more constructum latebat, quò lectisternia puluinariaq. viginti Ioui Iunoniq. sacra habebantur: in superioriq. parte Osymandij Regis statuæ custodiebantur, quinetiam Regis eiusdem corpus vnguentis perfusum, aromatibusq. delibutum ibidem asseruabatur. Postremum autem hoc ædificium cellulæ quidem cōplures circunsidebant, in quibus cuncta animantium genera Ægyptijs ritibus immolanda sacrificandaq. coloribus exprimebantur, singulaque pariter ad Regium monumentum aspirare & conscendere videbantur: quod aureo circulo ingentis magnitudinis tamquam fasciæ cuiusdam cingebatur complexu, cubitis trecentis & sexagintaquinque eius periodum explentibus, eiusdemq. crassitudine cubitali existēte: in quo per cubitos singulos anniuersariæ dierum vicissitudines sigillatim erant descripte, necnon stellarum ortus atq. occasus, proprieq. earum virtutes atq. propensiones ex Ægyptiorum doctrina ibidem annotatæ conspiciebantur. Verùm labentibus annis deinde, Cambyse Persici Imperij fines in Ægyptum proferente, circulum hunc exportatum fuisse affirmant. Id autem pro comperto vt habeas uelim, præsens Osymandij monumentum haud precio tantùm sumptibusq. verùm etiam operis arte atq. subtilitate Regijs omnibus monumentis iurè præferendum uideri. At lustris compluribus deinde succedentibus, Myrim Aegyptijs imperantem Memphy Propilęum, opus quippe celeberrimum ac admirandum, versus Septentrionem condidisse reperimus. Quinetiam Regem eundem, lacum stadijs decem à Memphytica urbe distantem tum propter summam ipsius vtilitatem, tum propter incredibilē operis magnitudinem maximis laudibus prosequendum legimus effodisse. Eius namq. amplitudo in tria millia sexcentaque stadia, hoc est in milliaria quadringenta & quinquaginta patebat: locisq. nonnullis tanta eiusdem extabat altitudo, ut ulnarum quinquaginta profunditatem, hoc est spatiū inter ambas manus expansas quinquaginta uicibus repetitum expleret: adeò vt si quis & beneficij in vniuersam Aegyptum collati rationem & operis ipsius magnitudinem, necnon inuenti nouitatem insuper, inuentorisq. sapientiam postremò diligenter considerauerit, Regis illius virtutem famamq. numquam pro meritis laudare celebrareve poterit. Cùm enim vir acri iudicio altaq. mente præditus Nilum incerta instabiliq. ratione augeri atque decrescere perspexisset, & cū insuper ex fluuij incrementis atque imminutionibus Aegypti totius ubertatem sterilitatemve proficisci animaduertisset; lacum hunc vel stagnum potius ad Nili inundationes excipiendas continendasque instituit: ne, aquis propter immodicos fluminis auctus super tellurē exuberantibus, fruges ipsæ nimia humoris redundantia marcescerēt atque perirent. Verùmne propter aquarum defectus arua quandoq. ex nimia siccitate squalerent, sitiq. tandem exurerentur; fossam stadiorum octogintaquinque, hoc est milliarium denum ac semis longitudine, & centum ac sexaginta cubitorum altitudine à flumine ad lacum excitauit atque perduxit: per quam fluuiatiles vndæ, temporum opportunitate seruata, aliàs acceptæ, aliàs redditæ regionem vniuersam fertilem fæcundamq. tuerentur. Alternæ autem huiuscemodi aquarum distributiones obicis cuiusdam ad fossæ caput appositæ interuentu, nec sine profusa pecuniarum iactura, effici consueuerunt: nec enim aquarium illud claustrum relaxari vnquam obfirmariq. rursus poterat, quin talenta quinquaginta ad huiuscemodi opus expediendum præstanda erogandaq. forent. Stagnum hoc Diodori Siculi tempestate incolume nimirum extitisse memoratur, & à Myri conditore Myridis appellationem obtinuit. Tumulum autem quendam medium ex aquis emergentē cernere ibi fas erat, in quo Regis extructum fuerat monumentum: duæq. pyramides ad stadij unius altitudinem pertingentes utrinque assurgebant, Regi vna, Regiæque coniugi altera sacra existente: in earumque summis verticibus duo marmorea simulachra duobus thronis pro Regio more assidentia spectabantur. Quæ quidem omnia Rex ille gloriæ percupidus, vt, tantis operibus in medium propositis, virtutis suæ fama nomenq. in æternum apud posteros perduraret, conatus fuisse videtur. Compluribus deinde circunuoluentibus annis Menidem, quem nonnulli Marum cognominarunt, in Aegypto regnasse comperimus: qui præclarum sibi exædificauit monumentum, eique labirinthi cognomen imposuit, edificium utique non solùm propter ingentem operis magnitudinem, uerùm ob artem quoque uix imitabilem admirandum: nec enim ingredienti, nisi itineris ducem secum habuisset, facilis expeditusq. reditus deinceps patebat. Dædalum verò in Aegyptum profectum, operisque nouitatem artemque admiratum, exemplo inde arrepto, Cretæ celebrem Labyrinthum Regi Minoi fabricatum deinde fuisse autumant: qui vel temporis diuturnitate vel hominum iniuria consumptus demolitusve iandiu iacet, Aegyptio, quanquā uetustiori, Diodori tempestate integro incolumiq. existente. Septem Regum præterea imperijs expletis, Chemmim Memphy regnasse affirmant, qui omnium, quotquot extructæ fuerunt, amplissimam Pyramidem, inter septem videlicet orbis miracula enumeratam tradiur condidisse: quæ à Memphytica vrbe Lybiam versus stadijs centum viginti

quin-

la fortezza delle prime, fuori che di grandezza: percioche ciascun de i lati non passaua due giugeri, che sono braccia 320. La prima fù di Armeo. La seconda fù di Amaso. La terza di Maso tutti Rè d' Egitto. Dopo Sabacco Re d' Egitto li dodici gouernati del Regno, hauendo per anni quindici, con vnito animo, d'accordo insieme con poßanza regia amministrato lo stato, ordinarono per decreto che gli fuße edificata vna comune sepoltura, accioche si come in vita con vnico volere, e pari honore hauea gouernato l'Egitto, così dopo la morte la gloria di vn sol sepolcro fuße comune a tutti. Onde si sforzarono di superar l'opere de i Re passati. Era con tanta spesa, e tal magnificenza questa mole lauorata: che se prima della lor discordia fuße stata compiuta, haueria di gran lunga per la eccellenza dell'opera superato gli altri regali monumenti. Le qual tutte cose furono speseueramente inutili, benche marauigliose, ne mai da me tal cose saranno lodate, essendo vane, e dannose. Ma sarà da me ciascuno eshortato a fabricar case, palazzi, e simili edificiper l'vso degli huomini. Con quelle forme, & ornamenti, che si conuiene, perche nel vero la comodità, e la bellezza degli edifici è di vtile, e di contento agli habitanti, di laude, & ornamento alle Città, e di piacere, e diletto a quelli che li mirano. Ma ben fu degna di gran lode, e molto vtile il grã lago che fece fare il Re Miris per beneficio dell'Egitto.

quindenis videlicet milliaribus, à Niloq. flumine stadijs quadragintaquinq., passuum videlicet quinq. millibus ac semi procul absuisse memoratur: eaq. contemplantium animos tum ob singularem artis præstantiam, tum ob ingentem quoq. operis magnitudinẽ attonitos atque obstupentes reddere consueuerat. Pyramidis huiusce formã quadratam extitisse reperimus: Singulaq. basis latera in septem iugerum, hoc est in pedum mille sexcentorum & octoginta longitudinem excurrebant; ipsaq. moles ad sex iugerum, scilicet ad pedum mille quadringentorum & quadraginta altitudinem efferebatur. Summaq. pars demum in mucronis formam acuminata, in cubitos sexagintaquinque assurgebat: Totaq. machina ex præduro, nec scalpturis suscipiendis apto idoneove, verùm ad eternitatem composito saxo coastabat. Quinimo saxa ex Arabia vsque comportata, & ad operis structuram, aggerum auxilio concurrente, aptata accommodataque fuisse dicuntur: nec enim fabricantium arma instrumentaue ab humanis ingenijs excogitata adhuc repertaue fuerant. Quapropter opus illud vix satis laudari commendarive posse censemus: eoq. magis, quòd in medijs arenarum undiq. circunstantium globis, quò nec aggerum species, nec lapicidinarum uestigia ulla prorsus apparent, est constitutum: adeò ut, & machinæ ingenti magnitudine expensa, & singulari eius artificio perlustrato, & loci demum iniquitate perspecta, haud hominum manibus paulatim extructa, verùm Deorum immortalium nutu atque consilio ibi repente consedisse tanta utique moles uideatur. Machinæ huic perficiundæ trecenta & sexaginta hominum millia adhibita, uiginti fermè annorum spatio insudasse inuigilasseq. ferunt. In tantam autem operariorum manũ olerum herbarumq. uictu alendam ac sustentandam, talenta mille atque sexcenta erogata fuisse creduntur. Secundam deinde Pyramidem Chabreus Aegyptiorum Rex condidisse memoratur, quæ superioris modum atque rationem quamuis imitata, angustioribus tamen finibus erat circunsepta, nec enim singula basis latera stadij unius amplitudinem excedebant, quinetiam uestibuli ianuæq. ipsius aditus ex vna parte solùm patebat. Mycerinus, quẽ Cherinum nonnulli appellarunt Chabreo in regnando postea successit. Hic tertiam quidem Pyramidem inchoauit, haud tamen, fato occupante, eam perficere seu ad exitum perducere valuit: singulaq. basis latera in tria iugera, hoc est in pedes septingentos & uiginti excurrebant; conditorisque nomen in superiori parte uersus Septentrionalem plagam inscriptum legebatur MYCERINVS. Præter tres Pyramides a nobis hactenus commemoratas, tres aliæ eiusdem generis omnes habentur, quæ priorum quamuis structuram ac firmitatem imitantur, magnitudinis tamen ratione ab eis nonnihil differre uidentur: basium namque latera in his bina iugera, pedes uidelicet quadringentos & octoginta ne quaquam excesserunt. Primam Armeus, alteram Amasis, tertiam Massus Aegyptij Reges quondam condidisse feruntur. Sabacco demum Aegyptio Rege defuncto, cùm duodecim Præfecti annos quindecim Aegyptum uniuersam Regia potestate unanimes & concordes administrassent, ut commune ijs monumentum extrueretur, publico edicto sanxerunt: ut, quemadmodum uiui & ad idem dignitatis fastigium pariter conscendissent, & in imperio gubernando eosdem animorum sensus perpetuò obtinuissent; haud secus post mortem quoque vnum idemq. sepulchrum cunctorum corpora simul complectens, coniunctam indiuisamq. eorum memoriam posteritati testatam relinqueret. Quapropter omnia Regum superiorum monumenta peruincenda obscurandaque sibi proposuerunt. Nec spes tanta eos certè frustrata fuisset: adeò enim splendidè sumptuoseq. moles hæc elaborata conspiciebatur, vt si ante ciuiles eorum dissensiones supremam manum assequi potuisset, propter eximiam operis dignitatem atq. præstantiam Regia omnia monumenta longo quippe antecelluisset interuallo. Verùm cunctæ profectò huiusce generis impensæ, quamuis ingentes admirandæq., inutiles tamen existunt; nec opera consimilia, cùm ad inanem ostentationem magis damnosasq. pecuniarum effusiones, quàm ad usum aut fructum aliquem extructa videantur, laudanda comprobandaue unquam iudicabimus. Quinimo ad ædes, palatia, aliaque consimilia ædificia, quibus mortalium indiget vsus, formarum ornamentorumq. symmetrijs diligenter exploratis, constituenda unumquemque potius accendemus, adhortabimur, & impellemus. Ædificiorum nanque elegantes prospectus, commodasque eorum distributiones habitantibus quidem vsui atque emolumento, ciuitatibus autem laudi ac ornamento, contemplantibus demum uoluptati atque iucunditati esse omnes intelligunt. Quapropter lacum illum amplissimum, quem Myrim Ægypti totius commodo ac beneficio consulentem condidisse suprà iam diximus, propter ingentem eius vtilitatem summis laudibus prosequendum, & ad sydera vsque extollendum haud immeritò existimamus.





REGOLE GENERALI DI ARCHITETTVRA,

DI SEBASTIANO SERLIO BOLOGNESE.

SOPRA LE CINQVE MANIERE DEGLI EDIFICI,

Cioè

THOSCANO, DORICO, IONICO, CORINTHIO, E COMPOSITO.

LIBRO QVARTO.

SEBASTIANI SERLII, COMVNIA PRÆCEPTA ARCHITECTVRÆ.


Ad quinque ædificiorum genera,

Tuſcanum, Doricum, Ionicum, Corinthum, atque Compoſitum mirificè cnducentia.

LIBER QVARTVS.

Ho voluto nel principio di questo libro imitare i Comici antichi alcun de quali volendo rappresentare vna Comedia, mandaua vno suo nuntio innanzi, che in succinte parole daua notitia a i spettatori di tutto quello che nella Comedia si hauea da trattare. Il perche hauend' io in questo Volume a trattare delle cinque maniere degli edifici, cioè Thoscano, Dorico, Ionico, Corinthio, e Composito: mi è parso, che nel principio si veggan le figure di ogni specie, di quel che si ha da trattare. E benche nelle colonne, e ne i suoi ornamenti non siano tutte le proportioni, e le misure notate, ma solamente le principali, per regola generale: nondimeno a suoi luoghi non si mancherà che'l tutto non sia notato più minutamente. Ma questo è solo (come ho detto) per dimostrar vna regola generale ad vna guardata sola: e per esser meglio inteso da tutti, io porrò ne i principij de gli ordini i vocaboli di Vitruuio, accompagnati con li vsitati moderni, comuni a tutta Italia. E per prima il piedestalo Thoscano, dico il netto, sarà di vn quadro perfetto: il piedestalo Dorico sarà tanto più di vn quadro, quanto è a tirare vna linea da angolo ad angolo del quadro perfetto, e drizzarla sù per il dritto. il piedestalo Ionico sarà d'vn quadro, e mezzo. il piedestalo Corinthio sarà d'vn quadro, e due terzi di esso quadro: il piedestalo Composite si farà di due quadri perfetti, e tutto s'intende il netto senza le sue basi, e le cime. Ne vi marauigliate se il seguente capitolo sarà il quinto, che altri lo aspettariano per il primo, imperoche 'l primo libro di Geometria occuparà vn capitolo, e'l secondo di prospettiua ne occuparà due, e'l terzo delle antichità ne occuparà vno, che saranno quattro: e però il seguente capitolo per tal cagion sarà il quinto.

Nos in voluminis huiusce exordio veteres Comicos duximus imitandos, qui fabulam agere instituentes, nuntium aliquem summatim fabulæ totius argumentum spectatoribus expositurum premittebāt. Haud aliter nos etiam, cùm in præsenti volumine quinque ædificiorum genera, Tuscanum videlicet, Doricum, Ionicum, Corinthium, Compositumque, pertractanda explicandaq. susceperimus; figuras omnes, quarum in posterum mentionem habebimus, mox in principio hic præponendas existimauimus. Quamuis autem in columnis proprijsque earum ornamentis figurandis, rationes mensuræq. omnes sigillatim descriptæ minimè fuerint, sed ptimæ tantummodo atque communiores designatę conspiciantur: proprijs tamen locis deinde singulæ exactius ac diligentius notabuntur: at nunc communiorem quandam regulam, quę mox vnico oculorum intuitu percipi queat, præposuisse sat erit. Vt autem eorum, quæ à nobis postea dicentur, faciliorem intelligentiam homines assequantur, antiquiora nomina ex Vitruuio accepta, recentioraq. insuper, quibus vniuersam Italiam vulgo circunstrepentem audimus, in singulorum ordinum principijs apponemus. Rem igitur fęlicibus auspicijs aggredientes, Tuscanum stylobatam (de simplici eius puroq; interuallo nunc sermonem habemus) perfectum absolutumque quadratum complecti affirmamus. Doricus stylobata quadrato tantò maior existit, quantò linea diagonalis ab angulo ad oppositum angulum in quadrato producta, & sursum æquali perpetuaq. ratione continuata quadrati eiusdem latus excedit. Ionicus stylobata quadratum, dimidiamque eius portionem insuper comprehendit. Stylobata Corinthius quadratum, duasque tertias præterea occupare videtur. Compositus demum stylobata ex duobus constat quadratis. Singulæq. hæ proportiones de simplicibus stylobatarum purisq. interuallis, basibus & coronicibus eorumdem ablatis, profectò intelligi debent. Nec quenquam ex eo admirationem capere volumus, sequens caput, quod primum locum obtinere alicui forsitan videretur, quinario numero hic à nobis inscriptum fuisse. Primò namq. volumini de Geometria pertractanti, caput vnum ascribitur: Secundum Opticam facultatem complectens, in duo capita utique secernitur: Tertiū antiquitates sigillatim describens, vno tantummodo capite continetur. Vnde quatuor capitibus iam præmissis, sequens caput haud immeritò quintum in ordine statuetur.



Toscana
parti
.VI.
Proportione
quadrata
Dorica
parti
.VII.
Proportione
diagonea
Ionica
parti
.VIII.
Proportione
sesqui
altero.
Corintho
parti
.X.
Proportione
superbipartiens
tertias,
Composi
ta
parti
.X.
Proportione
dupla

DE L'OPERA THOSCANA, E DE I SVOI Ornamenti. Cap.V.

Trouasi ne i scritti di Vitruuio al quarto libro nel vij. capitolo. La colonna Thoscana douersi far di sette parti la sua altezza con la base, e'l capitello, togliendo tal misura nella grossezza sua da basso. L'altezza della base sia per la metà della colonna: e diuisa in due parti, vna sarà per lo zocco, l'altra si partirà per terzo, e due parti si daranno al bastone, l'altra sarà per la cinta, il sporto di essa in questo modo si farà: prima sia fatto vn circolo quanto è grossa la colonna da basso, e posto quello in vn quadrato, e fuori del quadrato tirato vn circolo sopra li quattro angoli, questo sarà il suo sporto, e perche tutte l'altre basi hanno li suoi zocchi quadrati: nondimeno questo della Thoscana dee esser rotondo per il testo di Vitruuio. L'altezza del capitello sia come la base, e fatto tre parti di esso capitello, vna sarà l'abaco, l'altra si diuiderà in quattro parti, e le tre si daranno al Vuouolo, l'altra sarà il suo listello, la terza parte restante sia per il fregio, il tondino col suo collarino sia per la metà del fregio: ma fatto d'esso tre parti, due saranno per il tondino, l'altra si darà al collarino, e sia tanto il suo sporto quanto l'altezza sua & ancor ch'ei sia congiunto col capitello, e però membro della colonna, laqual colonna nella parte di sopra dee esser minuita la quarta parte, e così il capitello nella parte di sopra non sarà maggiore della colonna da basso, il modo di minuir la colonna sarà questo, che'l tronco della colonna sia diuiso in parti tre, e la terza parte da basso, sia a perpēdicolo, cioè a piōbo, e li due terzi restāti sian diuisi in parti eguali quanto si vuole, dipoi alla terza parte della colonna menato vn mezo circolo, e dalle linee che pēdono dalli estremi lati del capitello tirato dentro l'ottaua parte, che sarà in tutto la quarta parte. Sotto il collarino, quì si menerà due linee a piombo cascante sopra il mezzo circolo, e quella parte del circolo, che resterà da essa linea a l'estremo lato della colonna sia diuisa in altrettāte parti eguali quanto quelle de i due terzi della colonna, e così fatto dalla destra, e sinistra banda, sian tirate dalli due lati del mezzo circolo le sue linee a trauerso, & ad ogni linea postoui il suo numero per ordine venendo a basso, e così alle linee che parteno la colonna posto li numeri con il medesimo ordine, certa cosa è, che la prima linea del circolo si accorderà con la linea sotto il collarino, poi si porterà la linea seconda del circolo sopra la seconda linea della colonna, e poi sia portata la terza linea del circolo alla terza linea della colonna, e dipoi la quarta linea del circolo sia portata sopra la quarta linea della colonna, e fatto questo dalla base del mezzo circolo alla linea quarta sia menata vna linea, e dalla linea quarta alla linea terza menata vna linea, e dalla linea terza alla linea seconda menata vna linea, e dalla linea seconda, alla linea prima ne sia menata vn'altra, e fatto così dalli due lati della colonna, ancora che dette linee in se siano rette: nondimeno creano vna linea curua, laqual poi il diligente artefice con l'opera di mano viene a moderare tutti li angoli che sono nel congiungimento delle linee, & anchor che questa regola sia fatta alla colonna Thoscana che è diminuita la quarta parte: nondimeno potrà seruire ad ogni sorte di colonne, e quanto le parti, e della colonna, e del mezzo circolo saranno in maggior numero, tanto più giusta verrà la minuitione.


DE TVSCANO OPERE, EIVSQVE ORNAMENTIS. Cap.V.

Vitruuium, quarto libro capite septimo, Tuscanam columnam basi capituloq. simul adiunctis, septem partibus in altitudinem erigendam esse tradidisse comperimus, ab ima scilicet crassitudine huiuscemodi modulis acceptis. Basis altitudo, dimidiam columnę crassitudinem obtinet: qua quidem in binas partes dissecta, vna plintho assignabitur, & altera in tres partes diuidetur, quarum duæ inferiores toto concedentur, & reliqua tandem limbo siue apophygi relinquetur. Basis autem proiectura, hac ratione constituenda videtur. Circulus pro ima columnæ crassitudine primùm describatur, eoque intra quadratum concluso, extra quadratum deinde circulus alter maiori amplitudine quatuor quadrati eiusdem angulos undequaq. contingens circunducatur: Maior hic circulus nempe, proiecturæ ipsius modum ac formam nobis optimè designabit. Cùm autem cæterarum columnarum bases plinthos quadratæ figuræ obtineant, Tuscanæ dumtaxat columnæ, Vitruuio sententiæ huic subscribente, rotundiores plinthos sortitæ fuerunt. Capituli altitudo, basis ipsius altitudinem adæquabit: eoq. in tres partes dissecto, vna abaco seu plintho ascribetur, moxque altera in quatuor partes distincta, tres echino, & quarta annulo concedentur. Tertia pars demum hypotrachelio distribuetur, astragalusq. deinceps vnà cū apophygi dimidiū hipotracheliū explebit. Verū hoc spatio in tres partes rursus diuiso, duæ astragalo contingent, & apophygi reliqua tandem obueniet: proiecturaq. ipsius, eiusdem altitudinem nimirum ęquabit. Quanuis autem astragalus vnà cum apophygi acceptus capitulo adiungatur atque cohæreat, columnæ tamen membrum quoddam utiq. existit; Summaq. ipsa columna quarta parte diminuenda contrahendaque videtur, itemque capituli apex atque cacumen imam columnam ne quaquam excedet. Ratio autem columnæ diminuendæ contrahendæq. talis existit. Columnæ truncus in tres partes primùm diuidatur, tertiaque pars in imo constituta ad cathetum siue ad perpendiculum dirigatur: duæque reliquæ partes superiores in quotcunque numero volueris segmenta, dummodo æqualia existant, dirimantur. Semicirculo deinde ad tertiam columnæ partem inferius sitam circunducto, à lineis, quæ ab extremis lateribus capituli pendent octaua parte ad interiora utrinque secedentis, adeò ut ambæ distantiæ simul compositæ quartam capituli totius partem expleant; ab his inquam lineis sub apophygi mox constitutis duæ perpendiculares lineæ ad semicirculum ipsum deducantur: Circunferentiaq. deinceps inter quamlibet duarum harum perpendicularium & extrema columnæ ipsius latera intercepta, in partes æquales tot inquam numero diuidatur, in quot duæ partes columnæ superiores à nobis diremptæ dissectæque fuerunt. Hisque diuisionibus pro dextro sinistroque latere bis repetitis, ab ambobus hemicycli lateribus transuersæ lineæ mox perducantur: lineisque singulis certa ordinataque numerorum series, à superioribus ad inferiores gradatim proficiscēdo, assignetur; consimiliq. prorsus ratione eadem numerorū series, eodemmet ordine ad vnguem obseruato, lineis columnā transuersò diuidentibus applicetur. His iam peractis, primam circuli lineam primæ summæq. lineæ sub apophygi mox collocatæ aquam omnino fore unicuique constat. Postmodum secunda circunferentiæ linea ad lineam secundam columnæ, tertiaque item ad tertiam, & pariter quarta ad quartam traducatur. Quibus expeditis, à basi ipsius semicirculi ad quartam columnæ lineam linea perducatur, & à quarta ad tertiam altera, itemque altera à tertia ad secundam, alteraq. demum à secunda ad primam. Quo quidem opere bis pro duobus columnæ ipsius lateribus repetito, quamuis nouissimæ hæ lineæ rectæ vtique existunt, curuam tamen lineam quandam procreare conficereq. videntur, quæ à sedulo artifice deinde manus agilitatem, aptitudinemq. ad hunc vsum adhibente perducta, cunctos angulos ex linearum concursibus progenientes perbellè nimirum moderabitur, atq. retundet. Quanuis autem præsens regula ad Tuscanarum columnarum, quæ quarta parte diminui, & contrahi debent, conformationes potissimum referatur, cuiuscunque generis tamen columnis effingendis inseruitura quoque videtur. Quinimo quantò columnæ & hemicycli partes in maiorem numerum diducentur, tantò exactior imminutio contractioque inde proueniet.



A. Plintho, detto abaco, o cimasa.
B. Echino detto Vuouolo.
C. Anulo, detto quadretto, o regolo.
D. Hipotrachelio, detto fregio.
E. Astragalo detto Tondino.
F. Quadretto, detto Collarino.
G. Sommo Scapo, cioè la grossezza della colonna nella parte di sopra.

A. Plinthus, qui Abacus & Cymathium quoque appellatur.
B. Echinus, qui Ouiclum etiam nuncupatur.
C. Annulus, quem Quadram seu Regulam alij appellant.
D. Hypotrachelium, quod Freggij nomine passim vocitatur.
E. Astragalus, quem Orbiculum nonnulli dicere consueuerunt.
F. Apophygis seu Quadra, quam Collum capitulorum nominari frequenter audimus.
G. Summus Scapus, idest columnæ superior crassitudo.



H. Imo Scapo, cioè la grossezza della colonna nella parte da basso.
I. Quadretto, detto Gradetto, altri lo dicono Listello, altri cinta.
K. Toro detto bastone.
L. Plintho, detto Zocco.

H. Imus Scapus, hoc est inferior columnæ eiusdē crassitudo.
I. Quadra seu Regula, quam alijs nominibus Gradū, Teniamve, aut Limbū possumus appellare
K. Torus, quem Itali nunc Baculum dicunt, alijque alijs appellationibus exprimunt.
L. Plinthus, quem Soccum appellari frequenter audimus.

M. Proiettura della base detta isporto.
N. Imo scapo della colonna, cioè la grossezza di essa nella parte da basso.
O. Sommo scapo della colonna, cioè la grossezza di essa nella parte di sopra.


M. Basis Proiectura, pars illa prominens & extrinsecus vergens appellatur.
N. Imus Scapus columnæ, inferiorem ipsius significat crassitudinem.
O. Summus Scapus columnæ, crassitudinem eiusdem superiorem designat.

Le sopra dissegnatę colonne, o pilastri che siano hanno da essere della misura che sono l'antecedenti riseruato però di che ordine che elle saranno.


Columnæ Pileue à nobis superius iam designatę, ad harum nouissimè descriptarum modulos atque mensuras perfici debent; nisi fortasse proprij illarum ordines modulis nonnullis nuper assignatis opponi aduersariq. videbuntur

Compita la colonna con la ſua baſe,& il capitello:ſopra eſſo è da collocar l'architraue,fregio, e cornice: l'architraue ſia di tanta altezza, quanto il capitello, e la ſeſta parte di eſſo ſarà la faſcia: il fregio ſia d'altrettanta altezza, e ſimilmente la cornice con i ſuoi membri. e fatte di eſſa quattro parti, vna ſarà per lo ſuo Vuouolo, e due per la corona, e la parte reſtante ſi darà a la faſcia ſotto eſſa: il ſporto del tutto ſia almeno quanto l'altezza ſua: e nel fondo della corona ſi hanno a fare alcuni canaletti, e minori, e maggiori ſecondo le opere, ad arbitrio dell'Architetto. Ma per eſſer queſta opera molto ſoda, e ſemplice di membri: potrà ben al parer mio lo Architetto prender licentia di aggiungerli alcuni membri, liquali paiono nati con tal ſpetie: e queſto ſarà quando l'opera ſi vorrà far più dilicata, ſi come ſi vede nella parte ſeparata qui ſotto. Io lodo ancora quelle corone che hanno maggior ſporto del ſuo quadrato, purche le pietre ſiano atte a ſoſtenerſi negli edifici: liquai ſporti preſtano commodità, e decoro: commodità, ſe ſopra eſſe accaderanno ambulationi, perche ſarà più ſpatioſa, & anco conſeruerà le opere delle acque: preſtarà decoro perche alla ſua debita diſtantia l'opera ſi moſtrerà più grande, e doue mancherà la pietra per la ſua ſottigliezza: ſupplirà lo ſporto maggiore in apparentia.


Columnæ,baſiſque ſimul & capituli iam perfecta abſolutaq. conformatione; epiſtylium, zophorus, coronixque deſuper imponenda ſuccedunt. Epiſtylium capituli ipſius altitudini prorſus eſt exæquādum, ſextaq. pars tantummodo teniæ faſciæue concedetur: zophorus deinde ad epiſtylij teniæque ſimul altitudinem eſt efferendus: Eademq. pariter altitudo coronici, membris eius vnà acceptis, debetur. Qua quidem in quatuor partes diuiſa, una Cymatio ſeu Ouiclo ſuperiori, duæq. Coronæ, & reliqua demum Cymatio Faſciæue ſub corona mox reſidenti, accommodabuntur ac tribuentur. Vniuerſæ deinde coronicis proiectura, eiuſdem altitudini par & æqualis ſaltem conſtitui debet: intraque coronæ ipſius profunditatem caliculi nonnulli maiores minoreſue pro operum ratione ad Architecti libitum ſunt deducendi. Verùm cùm operis huiuſce genus perquàm ſolidum, & membris ſimplex admodum ac inops exiſtat. Architecto, vt membra nonnulla inſuper, quæ huic generi quodammodo inſita innataq. videntur, adiungere poſſit, concedendum planè exiſtimamus: idq. tunc ei ſolummodo licere arbitramur, cùm opus venuſtius atque elegantius reddere ipſe voluerit; quemadmodum ex parte hic inferius ſubiecta, & à reliqua ſeiuncta ſeparataque perſpici poteſt. Verumenimuerò eæ coronæ inſuper, quæ proiecturas quadratis earum ſpatijs maiores amplioreſque obtinent, nobis quā maximè certè probantur, dummodo lapides ibi collocati ædificijs tutò inniti ac inſiſtere queant: huiuſcemodi namque excurrentes proiecturæ, decorum atque commoditatem ſtructuris præſtare vtique conſueuerunt. Commodæ quidem exiſtunt, ſi eis ambulariones fortaſſe fuerint ſuperponendæ: præterquàm enim maiora laxioraq. ſpatia ſuppeditabunt, opera quoque ab aquarum ſtillicidijs tutiora ſecurioraque reddent. Decoræ quinetiam contemplantibus videbuntur: opus namque è iuſto & conuenienti interuallo conſpectum, maiorem certè amplitudinem ac maieſtatem præſeferet: & qua parte lapis propter eius gracilitatem imminuetur atque deficiet, proiecturæ vehementioris ſpecies defectui huic ſtatim opitulabitur atque ſuccurret.



Benche io habbia detto quì di sopra che la colonna Thoscana, quanto al testo di Vitruuio dee essere di sette parti con la sua base, e'l capitello: laqual proportione, e forma, è certamente buona, & approuata: nondimeno perciochc le prime colonne furono fatte di sei parti, pigliando questa misura dal piè dell'huomo, che è la sesta parte d'esso, e perche ancora le colonne Doriche saranno di sette parti, hauẽdo gli antichi a quelle: per darle più ascenso, aggiunta vna parte : a me par che per tali auttorità, e per esser questa colonna di più robusta maniera, che ella si debba far di più baßezza in se che la Dorica, il perche per mio auiso si farà di sei parti con la sua base e'l capitello: e tutto sia per regola generale, osseruando il rimanente delle misure che habbiamo detto nella passata colonna, e ne i suoi ornamenti. E perche ne Vitruuio ne altro Architetto per quanto ho veduto, ha dato alcuna regola de i stilobati, detti piedestali, perche nell'antichità, per quãto si vede, queste tai cose furono fatte dagli Architetti secondo li loro accidenti, e bisogni, o per èßaltation delle colonne, o per ascension a i portici con i gradi, o per altri loro accõpagnamenti : giudicarei, mentre che non siamo astretti da necessità, si desse a ciascheduna maniera di colonne il suo accommodato piedestalo, con alcune ragioni probabili. Manifesta cosa è che'l piedestalo vuol eßer almen quadrato, intẽdo del netto, senza la base, e la cima. Essendo adunque la colonna Thoscana la più soda di tutte l'altre sarà il suo piedestalo di quadrato perfetto, la fronte del quale dee esser quanto il zocco della base della colonna, e l'altezza sua sia diuisa in quattro parti: & vna parte si aggiungerà per il zocco da basso, & altrettanto si darà alla cima, liquai membri sian senza intaglio alcuno, e così essendo la colonna di sei parti, il piedestalo sarà in se di sei parti proportionato alla cima.




Etsi nos Vitruuij dogmata & instituta sequẽtes, Tuscanam columnam, basi capituloq. simul adiunctis, septenis partibus constituendam esse iam diximus, quam quidem speciem ac symmetriã & bonam & ab authoribus probatã receptamq. esse videmus : attamen cùm primę columnę è sex partibus olim constitisse memorentur, mẽsura hac ex humano pede, quæ sextam humani corporis partem cõplectitur, deducta ; cumq. Doricæ columnæ, vt postea dicetur, septenas itidem partes sibi requirant vedicentq., ueteribus scilicet partis vnius additione ad maiorẽ eas altitudinem educentibus: haud immeritò nos & antiquorum authoritate compulsi, & Tuscanæ columnæ quoq. rationem cæteris rudiorẽ solidioremq. animo volutantes; eam humiliorem aliquantulum, quam Doricam columnam, atque depressiorem constituendam esse iudicamus. Quapropter, basi capituloque simul adiectis, sex partes tantummodo ei tribuendas censemus. Huiuscemodi autem præceptiones tanquam communiores, ut antea quoque admonuimus, à nobis hic præmittuntur: moduliq. prætcrea, quos in Tuscanæ columnæ conformatione, eiusq. ornamẽtis distribuendis iamiam assignauimus, diligentissimè obseruabuntur. Quamuis autem nec Vitruuiũ nec ceterorum Architectorũ, quorum scripta ad manus nostras peruenerint, vllum stylobatarum, qui vulgò Pedestala dicuntur, certa aliqua firmaque præcepta tradidisse cõperimus, quinimo huiuscemodi adminicula fulcimentaq. ab antiquioribus Architectis, pro locorũ atq. opportunitatum rationibus, uel ad columnas in altũ erigendas, vel ad porticus gradationibus sibi inuicem succedentibus conscendendas, uel ad alios vsus instituta adhibitaque fuisse conspiciuntur : Attamen, nisi necessitas aliud fortasse postularit, singulis columnarum generibus proprios etiam & congruentes stylobatas probabilibus quippe adducti rationibus supponendos existimamus. Stylobatæ purum ac simplex interuallum, si basim coronicemque dempseris, quadrata figura contineri vtiq. cõstat. Cùm igitur Tuscanam columnam cæteris, vt sæpius dictũ fuit, compactiorem atque solidiorem esse deceat; stylobata ei subiectus perfecto nimirum absolutoq. concludetur quadrato, eiusq. fastigiũ basis columnæ ipsius plintho equale prorsus constitui debet: eiusdẽq. mox altitudine in quatuor partes diuisa, pars alia cõmilis imo plintho, necnon tantundem cymatio tribuetur: membraq. hæc uniuersa omni penitus scalpturarum genere sint destituta. Quapropter cùm columna sex partibus constet, stylobata ei fulciendæ suppositus sex partibus itẽ terminabitur ac finietur.



Ho promesso in questo presente volume di trattar solamente de gli ornamenti, e delle differenti maniere degli edifici: ilperche non dirò hora come si debban collocar le porte delle città, e delle fortezze con i loro fianchi: e canoniere, & altre loro circostantie per difesa lasciando tal carico a l'Architetto di guerra, secondo i siti, e gli accidenti, che occorreranno: ma dirò ben, collocata la porta della città, ò della fortezza, il modo, nelquale ella si ha da adornar per mio auiso, dimostrandone alcune figure. Ogni porta di città ha bisogno della porta che si chiama del soccorso, altri la dicono ponticella: ma per seruar la simmetria, che vuol dir corrispondentia proportionata, è necessario farne vn'altra finta. La misura della porta così è da fare, che quanto sarà la latitudine dell'apertura, sia la metà di essa aggiunta a l'altitudine, l'altitudine sia diuisa in sei parti, & vna sarà la pilastrata della destra, e sinistra banda. la frõte de i pilastri sia la terza parte della latitudine della porta, e sia la sua altezza cinque parti con le basi, e capitelli, e l'altezza delle basi sia la terza parte del pilastro, e così i capitelli, osseruando tutta uia la regola data nella prima colonna, lo archi traue fregio, e cornice sia di tanta altezza, quanto la fronte del pilastro, con la regola data nel primo ordine, fra l'vn, e l'altro pilastro sarà la porta del soccorso: e la sua larghezza sia quanto la fronte del pilastro, e l'altezza sia duplicata alla larghezza: le sue pilastrate hanno da esser per la terza parte di essa porta, la eleuation sopra la porta sarà ad arbitrio dell'Architetto, ma la proportion del fastigio, detto frontespicio, dimostraremo in due modi nell'ordine Dorico.

De ornamentis, deq. varijs generibus ædificiorum tantummodo nos in præsenti volumine acturos esse polliciti sumus. Quapropter qua ratione vrbium præsidiorumque portæ & latera, tormentariæq. fenestræ, aliaque consimilia insuper ad hostes repellendos, seseq. tutandos ac defendendos excogitata collocari disponiq. debeant, nunc dicere prætermittemus, id oneris militari Architecto situum rationes ac temporum opportunitates dispicienti audacter renunciãtes. Verùm portis pro ciuitatum aut arcium mœnibus iam constitutis, quopacto eas deinde exornandas atque cohonestandas censemus, in præsentia enarrabimus: & propter maiorem addiscentium facilitatem nonnullas quoque designationes conspiciendas hic exhibebimus. Muralem portam quamcumq. ad vrbis interiora nos perducentem, ostiolum quoddam auxiliare à latere collocatum necessariò requirere constat: verùm vt symmetriam & laudabilem partium omnium consensum atque proportionem obseruemus, ostiolũ ad latus alterum fingere ac simulare nos vtiq. oportet. Mediæ portæ deinceps moduli atque commensus hac ratione accipiendi videntur vt quanta latitudinis apertio extiterit, tantumdem, dimidia parte insuper adiecta, ad altitudinem explendam adijciatur. Altitudine post modum in sex partes diuisa, earum vna antepagmentis ad dextrum ac sinistrum latus portæ mox collocatis distribuatur. Pilarum frontes deinde tertia parte latitudinis portæ ipsius constituantur: earumq. altitudines, basibus capitulisque simul adiunctis, quinque partes absumant. Basium itemque capitulorum altitudines, è pilarum ipsarũ frontibus tertiam sibi vendicent partem: præceptionemque in columnæ superioris conformatione iam assignatam diligenter imprimis obseruato. Epistylium præterea, Zophorus, coronixq. altitudinẽ pilarum frontibus æqualem assequãtur, superiori primi ordinis præceptione hic quoq. deseruiente. Inter duas pilas auxiliare ostiolum constituetur, cuius latitudo pilarum ipsarum frontibus æqualis esto: eiusdemq. altitudo latitudinem bis contineat & comprehendat: Antepagmenta autem ad vtrunque latus ostioli consistentia, tertiam latitudinis ostioli eiusdem partem explebunt. Spatium verò portæ superim minens, ad Architecti libitum terminabitur ac finietur. Fastigij demum, quod Frontis aspectum seu Frontispicium vulgus appellat, proportionem ac symmetriam in Dorici ordinis pertractatione duplicem assignabimus atq. afferemus.




E perche l'Architetto dee esser copioso d'inuentione per satisfare a se & ad altri: si potrà ancora in quest' altro modo adornare la porta di vna città, o fortezza, osseruando questa regola, che quāto sarà larga l'apertura di essa porta, sia la sua altezza vna sesqui altera, cioè due parti in larghezza, tre in altezza, la sua pilastrata sia l'ottaua parte della latitudine della porta, e la colonna sia la quarta parte di essa porta. Ma per esser la colonna la terza parte dentro del muro legata con l'altre pietre, poste più per ornamento che per sostegno di peso: ella si farà di sette parti in altezza, & anco si comporteria di otto in tal caso, quando l'Architetto volesse far la porta di più gracilità: l'apertura delle porte dalle bande sarà per la metà della porta principale, e le sue pilastrate come quelle della grande: la sua altitudine sarà che la fascia, che sostien l'arco, sia il suo supercilio, ò architraue che dir le vogliamo. Et se non si trouerà pietra di vn pezzo per tal bisogno, siano fatti li cunei come è dissegnato, e così la proportione di esse porte sarà di superbipartiens tertias, cioè tre parti in latitudine, e cinque in altitudine: li cunei dell' arco saranno 15. Nelle basi, capitelli, architraue, fregio, e cornice sia osseruata la regola data nella prima colonna, e così la eleuation di mezzo sarà ad arbitrio dell' Architetto, come è detto dell'altre, e simili opere quanto saranno abbozzate più grossamente: seruaranno il decoro della fortezza.

At quoniam Architectum, vt & sibi & alijs quoque satisfacere valeat, operum varietate multiplicique inuentione affluere decet: rationem aliam insuper, qua vrbanam castrensemue portam exornare possimus, in præsentia subiungere libet: ea inprimis obseruata proportione, vt quanta portæ extiterit latitudo, ad tantam quoque, dimidia parte superadiecta, altitudinem attollatur, adeò vt duæ latitudini, tresq; altitudini partes distribuantur. Portæ ipsius antepagmenta octauam latitudinis partem obtineant, columnæque appositę quartam tantummodo partem assequantur. At cùm singularum columnarum tertia pars intra murum cum reliquis lapidibus cōpacta confusaque lateat, ipsæque ornatus cuiusdam magis quàm molis alicuius sustinendæ gratia appositę ibi fuisse videantur: idcirco partes septem earum altitudinibus dimetiendis concedentur. Quinetiā octo partes ijs condonari facilè possent, dummodo Architectus portæ graciliorem hiatum sibi constituendum proposuisset. Ostiolorum autem, quæ ad latera utrinque statuuntur, apertiones mediæ primariæque portæ dimidiam tantummodo sibi capient portionem, earumque antepagmenta antepagmentis illius paria similiaq; prorsus existent. Altitudo verò ita definienda terminandaq; videtur, vt scilicet fascia arcuatam sustinens conuersionem supercilij epistylijve rationem gerat. Quòd nisi ex vno, eoque perpetuo & integro lapide opus hoc conflare poterimus, ex cuneis compluribus, quemadmodū subiecta ostendit figura, ipsum constituemus. Ostiolorum autem proportio, cùm eorum latitudines ternis, eorundemque altitudines quinis partibus definiantur & distinguantur, superbipartiens tertias haud immeritò nuncupabitur. Arcus autem ipsius cunei quindecim numero existent. Quòd verò ad basium, capitulorum, epistylij, Zophori, & coronicis spectat constitutionem, ad regulam in superiori columna iam assignatam confugito. Mediana demū eductio, quemadmodum iam diximus, ad Architecti libitum nutumque perficietur. Eiusmodi autem operum genera quò rudius & pinguiori, vt aiunt, Minerua deformabuntur, eò munitionibus aptiora & magis consentanea vtique erunt.



In altro modo, e più semplice, & anco più forte si potrà far la porta d'vna città, o d'vn castello, oßeruando il dissegno qui disotto notato, e la sua proportion sia tanto nella latitudine del vano di eßa porta, quanto l'altezza fin sotto la fascia, che sostiene il volto, e la sua altezza sia dalla fascia in sù tanto di più, quanto sarà il mezzo circolo: ma sempre è nell'arbitrio dell' Architetto di più, e di meno secondo il bisogno, e massimamente quando egli è astretto da qualche accidente, e così da suoi lati, dalla destra, e dalla sinistra parte due minori parte sono da fare come ho detto dell'altre: la sua latitudine sia per la metà della porta di mezzo, & altrettanto di sodo sia laßato fra la grande, e le due picciole, l'altezza delle quali sia duplicata alla larghezza, e così la fascia, che sostien l'arco sarà ancora sostegno alli cunei di esse porte, & ancora si potria fare che la fascia fusse lo istesso supercilio, cioè architraue ad essa porta, laqual (come si è detto) può farsi, e minore, è maggiore come parerà allo Architetto, non deuiando molto però dalle forme date.

Alia quinetiam ratione, eaq. simpliciori & fortiori quoq. vrbanã castrensemue portam, typum, quem hic subiecimus, respectante s constituemus. Eiusq. proportio talis existet, ut apertionis latitudo eiusdem altitudinem ad fasciam usque fornicis ipsius conuersioni substitutam prorsus adæquet, reliquaque altitudo à fascia videlicet ad summum usque uerticem educta, hemicycli ambitum atq. capacitatem consequatur. Verùm Architecti iudicio, prout usus exegerit, uel aliqua necessitas ipsum compulerit atq. coegerit, spatia hæc dilatanda contrahendaue relinquimus. Pariter quoque ad dextram læuamque duo ostiola, quemadmodum aliàs diximus, statuentur: quorum laxamenta dimidiam medianæ portæ latitudinem explent, necnon solidi tantundem inter maiorem minoresque intercurret apertiones: minorumque altitudines latitudinibus duplo maiores existent. Fasciaque insuper arcui fulciendo subiecta, portarum quoque ipsarum cuneis sustinendis optimè inseruiet. Posse quinetiam fascia pro apertionis supercilio epistylioue constitui. Quæ quidem operum genera, quemadmodum aliàs admonuimus, tum maiora tum minora, prout Architecto commodius opportuniusue uidebitur, construi poterunt; nec tamen, ut modulos ille à nobis hucusque traditos longius egrediatur, assentimur.




La diuersità del inuentioni fa tal' hor prender partito a l'Architetto di cosa, che egli non hebbe forse mai in pensiero, ilperche la sotto dimostrata figura presterà molto commodo, & vtilità a gli edifici secondo gli accidenti: che all'Architetto potrebbono accadere: come saria nel muro di vna fortezza, ancora che le mura fussero di buona grossezza, facendo questa opera nella parte interiore prima faria seruigio di loggia per stare al coperto, faria più larga l'ambulation di sopra commoda alla difesa, & al tempo di vna batteria, e per più sicurtà si potriano atterrar tutti li vani. Potrebbe tal volta occorrere a l'Architetto di fabricar presso vn monte: oue, per assicurarsi dal detto monte, che per le acque, che di continuo dalle pioggie corrono all'ingiù, e conducono ancora il terreno alle parti più basse: bisogna appoggiarsi a tal monte con simile edificio, per ilqual non pur si assicureria da tal sospetto, ma faria grande ornamento alla sua fabrica, e di simile inuentione si accommodò Raphael da Vrbino a monte Mario poco sopra Roma, a la Vigna di Clemente settimo da lui principiata nel Cardinalato. Girolamo Genga, al colle imperiale fuor di Pesaro poco discosto ad vn bellissimo edificio per commodo del suo padrone, di tale inuention si seruì per sostegno di vna conserua d'acque, pur appoggiato ad vn monte, ma di opera lateritia molto dilicata.

Inuentionum propositarum nouitas atque varietas Architectum ad ea, quæ nunquam ille per sese excogitare valuisset, arripienda complectendaq. inducere solet: quod ex sequenti proximaq. abũdè, ni fallor, figura perspicitur. Ex ea namque Architectus, pro temporũ conditione necessitatumque ingruentium vi, fructus & emolumenti quamplurimum in ratione ædificatoria consequi posset. Quemadmodum munitione aliqua firmissimo, & validissimo muro circunsepta, quamuis mœnia iustam crassitudinem assecuta fuissent, si præsens tamen opus in interiori parte constitueretur, primò quidem Meniani porticus ad Soles imbresq. declinandos usum atque opportunitatem præstaret: deinde superiori ambulationi laxius spatium ad vrbem commodius ab inimicorum impressionibus defendendam suppeditaret: quinetiam, hostibus ad eam oppugnandam accedentibus, propter urbis securitatem cunctas apertiones obstruere confestim possemus. Præterea Architecto illud quoq. fortefortuna nonnumquam occurret, vt ædificium aliquod iuxta montem ei constituendum proponatur: quo quidem loci, vt contra montana torrentium defluuia, quæ limi ac sordium quamplurimũ ad loca inferiora conuehunt atque deducunt, structuram suam nihil quicquam incõmodi patientem opponat, eam monti innitentem recubantemque constituet: itaque non solùm prædictum declinabit incommodum, verùm ędificium ipsum haud mediocriter quoque honestabit atque condecorabit. Et huiusce commenti genere Vrbinatem Raphaelem Mariano monte, qui Roma haud procul abest, in vinea Clementis septimi disponenda ordinandaq. usum fuisse conspicimus, quam Pontifex ille, dum Cardinalis adhuc esset, purpureumq. galerum gestaret, olim instituit. Hieronymus Zenga quoque ad collem, quem Imperialem appellant, in Pisaurensi agro haud procul ab vrbe pulcherrimi ædificij, vt Principi suo morem gereret, constitutionem aggressus, idem commenti genus est persecutus: ædificium namque, vt castellum quoddam aquarium commodius fulciri sustinerique posset, monti ipsi adiunxit atque conglutinauit, idque ex lateritio opere egregiè admodum construxit perfecitque.




Gli antichi hanno vſato diuerſi modi di ligamenti di queſt'opera ruſtica, ſi come quì ſotto dimoſtrato ſi vede, dellaqual inuentione lo Architetto ſi potrà accommodare a diuerſe coſe, ſecondo gli accidenti, che occorreranno. La miſura ſua ſarà, che l'apertura ſia di quadrato perfetto: Il ſodo fra l'vna, e l'altra apertura ſia la quarta parte minor di quella. Il ſupercilio detto Architraue ſia de l'apertura la quarta parte, e ſia fatto di cunei, che concorrano al centro, in numero diſparo: e coſi ſopra eſſo ſia menato vn mezzo circolo partito in parti 9. eguali, & al ſuo centro ſian tirate tutte le linee, e formati li ſuoi cunei, & intrapoſto fra eſſi li tre pezzi con la faſcia ſopra, & a queſto modo l'opera ſarà fortiſſima, e perpetua. Ma affin che li cunei dell'architraue ſtiano più fermi: ſarà neceſſario riempir il mezzo circolo di opera lateritia cioè di pietra cotta, e per più ornamento ſi potrà fare di opera reticulata, come vſarono li antichi, & in Roma a ſanto Coſmo, e Damiano ſi veggono ſimili legature anchora fortiſſime quantunque antichiſſime ſiano.

Veteres in ruſtico opere varia connexionum compactionumque genera efficere conſueuerunt, quemadmodũ ex ſubiecta figura perſpicere licet: præſens etenim inuentio Architecto ad complura, pro temporum atque opportunitatum ratione, mirificè conductura videtur. Eius autem commenſus ita à nobis in præſentia diſtinguentur, vt apertionis hiatus perfectum abſolutumq. imitetur quadratũ. Solidum inter vtranq. apertionem coniectum, ab ipſamet apertione quarta parte deficiat. Supercilium, quod epiſtylium frequenter nũcupamus, apertionis eiuſdem quadrantem tantummodo obtineat; & ex cuneorum ad centrum confluentium impari numero conſtet. Hemicyclus deinde ſuperior conſtituatur, iſque in ſegmenta nouem æqualia diuidatur: lineiſq. omnibus ad centrum deductis, cuneiſque formatis, necnon ternis ſegmentis medijs interiectis, faſciaq. demum ſuperiori adiecta; hac ratione opus firmiſſimum, & in æternitatem compoſitum vtique reddes. Verùm vt cunei epiſtylij coagmentationem perficientes firmitatem ſtabilitatemque maiorem aſſequantur, medium hemicycli ipſius ambitum lateritio teſtaceoque opere complere oportebit: quinetiam veterum morem conſuetudinemq. imitati, ex reticulato opere tamquam, venuſtiori conſtituere eundẽ poterimus. Et Romæ in Sanctorum Coſmi Damianique æde ſimilium coagmentationum genera, quanquam antiquiſſima, in firmitate, & robore ſuo adhuc tamen perſiſtentia contemplari intuerique licet.




Di questa porta lo ingenioso Architetto si potrà seruire in diuersi luoghi, come s'è detto da principio, ma non a porte di fortezze: perche l'adito, o vestibolo, che dir lo vogliamo, non saria al proposito per maneggiar artigliarie, ne arme grandi per difesa, nondimeno la parte di fuori, potrà seruire a qualunque porta, la proportion dellaqual sarà, che quanto è l'apertura sua in latitudine due volte tanto sia in altitudine, li cunei del mezzo circolo saranno di numero ix. & sian tirate tutte le sue linee al centro del circolo, la fascia piana, che sostien l'arco, sia per la settima parte della larghezza della porta, dalla fascia in giù fin al pauimento si partirà in parti sette, e mezza, e si faran sei corsi di pietre, tre di quelle saranno di vna parte, e mezza ciascuna, e l'altre tre saranno di vna parte per vna, e così saran distribuite le sette parti, e mezza, l'altezza del cuneo di mezo sia per la metà della latitudine della porta, la fascia, che corre sopra li cunei, sia di altezza quanto il piede de i cunei, ma il cuneo di mezzo sarà la quarta parte maggior de gli altri.

Hæc quidem portæ dispositio solerti Architecto, quemadmodũ supra dictum iam fuit, multiplicem usum atque opportunitatem præstabit, haud tamẽ castrensibus siue præsidiarijs portis conueniet. Nec enim vestibulum aditusue, quomodocunque tibi id appellare libuerit, ad tormenta expedienda, bellicasque machinas propter defensionem vrbis versandas pertractandasque aptitudinem vllam exhibebit: Pars tamen exterior cuicumque portæ indiscriminatim applicari accommodarique poterit. In ea autem constituenda talem nimirum symmetriam atque proportionem obseruabimus, vt apertionis altitudo eiusdem latitudine duplo maior existat. Hemicycli ipsius cunei, nouenario numero comprehenduntur atq. definiuntur: lineæque cunctæ ad centrum circuli pariter deducantur. Fasciæ arcum sustentantis planicies, septimam latitudinis portæ nanciscatur portionem. Spatium deinde a fascia ad imum usque pauimentum decurrens, in partes septem dimidiamque insuper diuidetur, seniq, lapidum ordines inibi statuentur: quorum tres partem vnam atque dimidiam sigillatim explebunt, cæterorumque trium singulis pars vna tantummodo tribuetur, & hac ratione septem partes vna cum dimidia propositæ perbellè distributæ consumptæque fuisse videbuntur. Cunei mediani altitudo, dimidiam portæ ipsius latitudinem assequatur: Cymatium superius cuneos circuncurrens, altitudinem cuneorum pedi prorsus æqualem habeto, At cuneus medius, quarta parte cæteris maior & amplior existat.




Ancora che la porta, qui sotto dissegnata, sia molto lontana dalle altre forme, nondimeno per eßer cosa accommodata al Thoscano, e per eßer antica per mio auuiso, l' ho voluta far: laqual gia gran tempo era in campo della militia Traiana in Roma, benche per alcune ruine, al presente ella non ci si veda. Li due nicchi, che ci sono a canto, son fuori del lor luogo: ma per dimostrar la diuersità dei nicchi, che a tal opera si possono accommodare: gli ho posti in luogo, doue lo Architetto giudicioso se ne potrà seruire per porgli poi a i luoghi suoi, la proportion de i quali per la regola data nel principio sarà facile all' Architetto da seruirsene, e della porta non dirò misura alcuna, percioche d'essa col compaßo in mano facilmente si potrà trouare.

Quanuis portæ subiectæ forma speciesque à cæteris, quas hactenus recensuimus, quamplurimùm differt: cùm tamen ea à Tuscano genere nequaquam abhorreat, eamque antiquissimam insuper existere iudicemus, idcirco præsentem ipsius typum hic conscribere libet: quam Romæ in Traianæ militiæ campo quondam extitisse accepimus, etsi propter ruinarum impedimenta casusq. nulla omninò iam esse videatur. Binæ conchæ seu scaphæ, quę ad dexteram læuãq. statuuntur, extra proprias sedes quidem à nobis collocatæ hic constitutæque fuerunt: verùm vt scapharum, quæ operi huic aptari accommodarique possunt, diuersitatem magis aperiamus: ea vtique pro ipsarum collocatione loca delegimus, quæ perspicaci Architecto ad proprias sedes eas deinde translaturo usui quamplurimum esse comperientur. Ipsarumque symmetriam atque proportionem, Architectus ad regulam in principio iam assignatam recurrens facillimè quidem inueniet. Nec vllos item portæ modulos hic explicandos aut recensendos existimamus, cùm ij circini ope nullo negotio cuicumque innotescere possint.



Questo modo di porta a remenato, che viene ad esßere la sesta parte del circolo, è opera fortissima, nondimeno i cunei non si possono accompagnare con altre legature di pietre, ma conuien esser sola senza legarla con altre legature continuate: ilperche volendosi fare tal' opera; staria bene in vn pariete di opera lateritia. Circa la sua proportion non mi stenderò altrimenti, percioche facil cosa sarà col compasso trouar le sue misure: ma i nicchi, che vi sono a lato posti per la commodità del campo vacuo, lo Architetto a suo beneplacito gli potrà collocar in quei luoghi, che più al proposito gli tornerà, e non solamente potranno seruir per nicchi, ma per fenestre anchora; e se per nicchi haueranno da seruire per locarui dentro alcune statue, sempre starà bene, che l' altezza ecceda la doppia proportione, accioche postoui dentro alcuna statua in piedi, meglio corrisponda, laqual cosa sempre se riserua al giudicio de l' Architetto.

Portæ præsentis species & constitutio, quæ sextam tantummodo circuli partem complectitur, Remenatumque vulgò appellatur, è firmissimo quidem opere constat: haud tamen cunei cum cæteris lapidum coagmentationibus hic coniungi consociari ve possunt, verùm per sese absque vllis omnino cohæsionibus, perpetuis ve connexionibus hoc opus constituendum uidetur: quapropter in lateritio pariete egregiè quidem responderet. De symmetrijs autem nihil est quod in præsentia loquamur: nec enim, circino adiuuante, modulorum inuestigatio difficilis aut ardua existet. At scaphæ, quas spatij uacuitatem nacti utrinque ad latera apposuimus, in aptioribus & opportunioribus locis ab Architecto, prout ille æquum esse duxerit, statuentur: nec scapharum solummodo, verùm fenestrarum insuper vsum atque commoditatem præstabunt. Quòd si scaphas ad simulachra excipienda sustinendaque ibi effingere cogitauerimus, vt altitudo latitudinem plus quàm dupla excedat proportione profectò attendemus: si nanque ibi simulachrum aliquod erectum forte fortuna statuetur, optimè nimirum conueniet atque quadrabit. Hæc autem prudenti Architecto semper iudicanda definiendaque reseruamus.




E stato parer de gli antichi Romani mescolar col Rustico non pur il Dorico; ma il Ionico, e'l Corinthio anchora: ilperche non sarà errore se d'vna sola maniera si farà vna mescolanza, rappresentando in questa parte opera di natura, e parte opera di artefice: percioche le colonne fasciate dalle pietre rustiche, & anco l'architraue, e fregio interrotti dalli cunei dimostrano opera di natura, ma i capitelli e parte delle colonne, e così la cornice col frontespicio rappresentano opera di mano: laqual mistura, per mio auiso, e molto grata a l'occhio, e rappresenta in se gran fortezza. Per tanto io giudicarei conuenirsi più questa ad vna fortezza, che alcun'altra: nondimeno in qualunque luogo ne l'edificio rustico sarà posta; sempre tornerà bene: e di tal mistura se ne è più dilettato Iulio Romano, che alcun'altro, come ne fa fede Roma in più luoghi, & anco Mantoa nel bellissimo palazzo detto il Te, fuori di essa poco discosto, essempio veramente di Architettura, e di pittura a nostri tempi. La proportion di questa porta così è da fare, che l'apertura sia di doppia proportione cioè due larghezze in altezza fin sotto l'arco, e partita la latitudine in parti sette, vna sia per la pilastrata, e così la colonna sia due volte tanto grossa, e la sua altezza col capitello sarà otto parti; il capitello, l'architraue, il fregio, e la cornice sia come è detto da principio, e così il frontespicio si mostrerà come è detto nel Dorico. Il mezzo circolo de l'arco sia partito in parti noue. e questi saranno li cunei, ma quel di mezzo sarà alquanto maggiore, & anco è in libertà dell'Architetto farlo pendere sotto l'arco alquanto più fuor de glialtri: la fascia, che sostien l'arco, sia per mezza grossezza della colonna, e da quella in giù sian fatte .ix. parti, delle qual due saranno per la parte più bassa della colonna, le sette restanti partite egualmente saranno per le pietre che legano, e trauersano la colonna: e quanto quest'opera sarà abbozzata più grossamente, ma con artificio però: seruarà più il decoro di tal ordine, masimamente li sassi che cingono le colonne, & anco li cunei.

Ea nempe mens atque sententia veterum Romanorum fuisse videtur, vt Rustico generi haud Doricum tantum, verùm etiam Ionicum, & Corinthium quandoque permisceri fas esset: Quapropter si in vno genere tum naturale tum artificiosum opus simul permiscebitur & coniungetur, admixtionem hanc nequaquam certè increpandam aut improbandam censebimus. Columnæ etenim rusticanis lapidib. vndique munitæ ac circunseptæ, necnon epistylium item ac zophorus cuneorum interpositione diuulsi ac præpediti, naturalis quippe operis speciem præseferunt: At capitula deinde, columnarumque cætera membra, itemque coronix atque fastigium, artificis manus ad opus perficiendum adhibitas adiunctasque fuisse clarissimè ostendunt. Quæ quidem admixtionum genera & aspectui valdè iucunda existere, & ad operis robur ac firmitatem quamplurimum certè conferre asseueramus. Quapropter munitionibus atque præsidijs hoc magis quàm quodcunque aliud operis genus conuenire arbitramur: vbicunque tamen rusticanis ædificijs illud aptabitur, præclarè semper & optimè agetur. Huiuscemodi autem admixtionibus Iulium Romanum ante cæteros omnes vehementer delectatum conspicimus: quemadmodum Romæ opera complura ab eo elaborata, & Mantuæ præsertim amplum illud atque superbum palatium, quod Te appellatur, nec ab vrbe longius abest, tempestate nostra Architecturæ Picturæque simul celeberrimum & singulare propemodum exemplum, satis superque testantur. Verum propositæ portæ symmetriam atque proportionem modò explicemus. Apertionis ad imam vsque arcus circunductionem altitudo, latitudinem bis contineat & complectatur. Moxque latitudine in partes septem diuisa, una antepagmentis asignetur; Columnarumque crasitudines bis tantundem obtineant, earundemque altitudines, capitulis simul adiunctis, ad partes octo, quarum singulæ prædictis columnarum ipsarum crassitudinibus æquales existant, educantur. Capitulum, epistylium, zophorus, coronixque, quemadmodum superius traditum fuit, constituantur; Itemque fastigij forma ac dispositio, quemadmodum iam diximus, in Dorico ordine ostendetur. Arcuatæ circunductionis hemicyclus in partes undecim diuidatur, quæ tanquam propriæ sedes propriaque cubilia cuneis ipsis excipiendis & collocandis utique inseruient. At cuneus medium locum sortitus, cæteris maior & amplior aliquantulum existet, quinetiam sub arcu extra cuneos ex utraque parte appositos eundem procurrentem nonnihil prominentemque statuere Architecto licebit. Fascia arcui fulciendo supposita dimidiam columnarum crassitudinem assequatur, ab eaque ad inferiores partes delabendo nouem æqualia accipiantur segmenta quorum bina inferioribus columnarum partibus tribuentur, septem segmentis reliquis lapidibus ijs, qui columnas reuinciunt atque recingunt, æqua ratione distributis quàtò autem opus hoc rudiori crassiorique Mineruа, artificio tamen adhibito, perfectum elaboratumque fuerit, tantò Architectus ordinis huiusce statum & conditionem exactius cognouisse censebitur. In lapidum autem, qui columnas cuneosque recingunt, apparatu atque dispositione tota fere artificis laus industriaque elucebit.




Non basta all'opera esser fortissima, ma anchora conuien esser grata all'occhio, & ingeniosa d'artificio: il perche questo modo di legature di pietre non solo è fortissimo; ma ingenioso, e grato a i riguardanti, dellaqual inuentione se ne potrà seruire l'Architetto a piu cose. La misura sarà che quanto è l'apertura in latitudine, sia vna volta e mezza in altitudine: il numero de i cunei cosi sia fatto, che il mezzo circolo sia diuiso in parti. ix. & vn quarto: imperoche il cuneo di mezzo sarà la quarta parte maggior de gli altri, & ogn'vn de gli altri occuparà vna parte: l'altezza del cuneo di mezzo sia per la metà de l'apertura: la fascia piana, che sostien l'arco, sia de l'apertura la settima parte, e cosi da quella in giù sia diuiso il pilastrone in sette parti: la fascia sopra li cunei sia la sua altezza quanto è largo il cuneo nella parte disotto, ilqual cuneo si può far prender più a basso l'ottaua parte della sua larghezza, del legar l'altre pietre con li cunei, la figura il dimostra apertamente.

In operibus haud firmitas ac robur tantummodo, verùm blanda quoq; aspectui venustas ac symmetria, & artis acumen insuper efflagitari videntur. Præsens igitur lapidum connexio atque coagmentatio haud summam tantummodo operi firmitatem præstabit, verũ & ingeniosa & contemplantibus quammaximè grata iucundaque haud immeritò existimabitur, eamque solers Architectus ad complura nimirum transferre ac traducere poterit. Commensus autem ita à nobis distinguentur, vt in quantam apertio extenditur latitudinem, in tantam quoque, dimidia parte insuper adiecta, altitudinem extollatur. Cunei deinceps hac ratione inuenientur, vt semicirculus in partes nouem & quartam insuper diuidatur: Cunei nanque mediani amplitudo quarta parte reliquis maior existet, cæterorumque singuli partem vnam duntaxat explebunt. Cunei item mediani altitudo, dimidiæ apertionis æqualitatem assequatur. Fasciæ ipsius planicies, quæ arcus sustinendi munere fungitur, apertionis septimam partem obtineat: ab eaque ad inferiora descendentes, pilam in septem partes diuidemus. Fasciæ ue cuneos superambientis altitudo, imam cunei latitudinem æquet: Cuneumque octaua latitudinis parte ad inferiora magis vergentem ac dependentem constituere possumus. Quanam autem ratione cum cuneis lapides cæteri conglutinari colligarique debent, ex sequenti facillimè nimirum perspicies designatione.




Questa porta va posta alla pagina 245 Libro Quarto per error della stampa




E perche le commodità si son conuerse in ornamento, e tal volta l'ornamento eccede la necessità, per dimostrare l'arte, & ancho la richezza di chi fa fabricare: questa inuentione è fatta per commodità, per fortezza, e per decoro: per commodità rispetto alle apertue, che vi sono: per fortezza, percioche da vna all' altra apertura è gran sodo, e ben legato: per il decoro, perche è ricca di ornamento, dellaqual inuention il giudicioso Architetto, si saprà accommodare a diuersi bisogni. La proportion della quale sarà, che tanto sia il sodo, quanto l'apertura, laquale sia due volte tanta in altezza, le pilastrate saranno della latitudine dell'apertura l'ottaua parte, e le colonne della quarta parte, fra l'vna e l'altra colonna sia quanto è grossa vna colonna, e l'altezza sua con la base & il capitello sia di otto parti: ne lo architraue, fregio, cornice, base, e capitelli sia osseruata la regola data: i cunei & altre legature si veggono nella figura: & anchora che le colonne eccedano di due grossezze la misura data per regola, per eßer quelle vna presso l'altra, e parte d'esse incassate nel muro, poste più per ornamento che per sostegno de l'opera: in tal caso si comporta, per l'autorità di molte cose antiche.

At quoniam hominum ingenia ab vtili ac necessario ad venustatem & elegantiam paulatim defluxerunt; quinetiam vt & artifici acumen, & ædificantium liberalitas in aperto magis constituatur, ornamentorum adiectiones necessitatis rationem nonnunquam excedere solent: præsentis idcirco structuræ speciem, cùm & necessarijs hominum vsibus, & operis firmitati, eiusdemque formositati pariter ea consulere videatur, iurè in medium nunc proponendam existimamus. Patentes quidem hiatuum apertiones commoditatem, Solidorum autem intercurrentium vastitas firmaque compactio robur, Ornamentorum denique splendor lumenque venustatem operi tribuũt afferuntque. Præclarumque inuentum hoc sapiens Architectus ad complures usus nimirum transferre applicareque poterit. Proportio autem talis requiritur, vt solidum interiectum apertionis latitudini æquale prorsus existat: quæ postea conduplicata, apertionis eiusdem altitudinem procreet atque conficiat. Antepagmenta octauam, & columnæ quartam uacuæ latitudinis partem assequantur. Inter binas columnas spatium singularum crassitudinibus prorsus æquale intercurrat: Eædemque, basibus capitulisque simul acceptis, ad partiũ octo altitudinem efferantur. Quod autem ad epistylij, zophori, coronicis, basium, capitulorumque spectat constitutionem, superius traditam præceptionem obseruato, Cunei, cæteræque lapidum connexiones coagmentationesque ex ipsamet appareat designatione. E quanuis columnæ, propterea quòd parum inter sese distant, nonnullæque earum partes insuper parietem interiorem perfodiunt penetrantque, ipsæque ornatus cuiusdam potius quàm operis fulciendi sustentandique gratia appositæ adhibitæque fuerunt, mẽsuræ iam superius statutę modum atque terminationem duplici crassitudine excedunt: huiuscemodi tamen excessus, tum propter rationes adductas, tum propter complura antiquitatum exempla, admittendus & æquo animo accipiendus esse videtur.




Bella cosa è nell' Architetto l' eßer abbondante d' inuentioni, per la diuersità de gli accidenti, che occorrono al fabricare: ilperche tal volta sì trouerà buon numero di colonne, ma di tal bassezza, che al bisogno della fabrica nõ suppliranno, se l' Architteto nõ saperà prender partito de seruirsene; per questo se la colonna non sarà di tale altezza, che aggiunga a sostener la fascia, laqual sarà al liuello del Cielo di questa loggia: sì potrà con questo modo di cunei ascendere alquella altezza che farà bisogno; mentre però che dalla destra è dalla sinistra banda di tal ordine siano bonissime spalle per contraforti, che quanto al peso disopra, sarà fortissima: bene è il vero che' l suo suolo non saria sicuro in volta senza bonissime chiaui, o di bronzo, o di ferro, ma più sicuro sarà se detta loggia non sia di tal larghezza, che di pietra di vn pezzo si possa far il suolo: oueramente di buoni traui o di larice, o di rouere, o pino tutti legnami se non son perpetui, durano almen gran numero di anni, se con diligentia sono posti in opera, o abbrusciar le superficie di quelle teste che van poste ne i muri, ouero fasciarle di lame di piombo, ouero impegolarle. La proportion di quest opera sarà, che l'apertura del volto sia in latitudine quattro großezze di colonne, e la sua altezza due volte tanto, li spatij minori saranno in latitudine tre großezze di colonne, e la sua altezza sei großezze di colonne: e così tutte le aperture saran due quadri, e le colonne per sostener gran peso saranno della prima misura: de i cunei de l'altre legature sì vede molto chiaro nella figura, ma delle basi, e de i capitelli nella prima colonna sì è detto per sempre.

Architectum propter complura, quæ in ædificando sæpius occurrunt, uarijs diuersisque inuentionum generibus affluere quammaximè præstat, cuius quidem rei exemplum hoc libet afferre. Columnis compluribus in medium oblatis, illud forte fortuna eueniet, vt ęe cũ breuiores existant, rationibus nostris nequaquam profectò conducent; nisi perspicax Architectus incommodo huic remedium aliquod pręsens excogitauerit. Si igitur columna ad eam altitudinem, quę fasciam superiori ambulationis huiusce contignationi ad libramentum respondentem sustinere mox ualeat, nequaquam pertigerit; hac cuneorum serie atque dispositione propositę altitudinis metam assequi nobis licebit, dummodo ad dexteram sinistramque cuneati huiusce ordinis firmissima latera tanquam anterides statuantur. Quantum enim ad oneris desuper incumbentis attinet rationem, tutum nempe ac firmissimum opus existet. Id tamen artifices in pręsentia admonitos uolumus, quòd testudinatum pauimentum, nisi fibulis ęneis aut ferreis quamarctissimè reuinciatur, insidam & malè tutam habitationem præstabit. Verùm longè maiorem afferet securitatem, si ambulatio in tantam haud patuerit latitudinem, ut pauimenti structura vno perpetuoque lapide nequeat absolui: uel si pauimentum solidioribus tignis aut lariginis, aut robulteis, aut pineis insterneretur; huiuscemodi nanque omnes materiatæ structuræ, etsi perpetuitatem nancisci minimè ualeant, si tamen ad opus ritè fuerint applicatæ, longum certè perdurabunt in æuum. Quinetiam tignorum capita, quæ parietum cubilia ingrediuntur, aut exurere, aut plumbeis laminis circundare, aut pice illinere satius erit. Operis autem ratio ac symmetria ita constituetur, vt arcuatæ apertionis latitudo columnarum quater repetitas crassitudines expleat, eiusque altitudo bis tantundem assequatur. Minora deinceps interualla, quæ ad latera statuuntur, latitudinem triplæ, altitudinemque sexcuplæ columnarum crassitudini æqualem obtinent. Quapropter singularum apertionem areæ, ad duorum quadratorum æqualitatem conscendent. Columneque ut ponderis superpositam molem aptius sustinere sufferreque possint, mensuram superiùs à nobis traditam persequentur. Cuneorum, cęterarumque colligationũ formę atque rationes dilucidè, ni fallor, ex ipsamet designatione perspiciuntur. De basium demum capitulorumque symmetrijs, in primę columnę expositione satis superque disseruimus.




Questo modo d'archi, oltra ch'egli è fortissimo, è anchora per la concordantia delle legature ingenioso, e grato a l'occhio: laqual inuentione non solamente potrà seruire a loggie, & a portici di tal' opere, ma a ponti di fiumi, e di torrenti, e per condur acqua da vn monte a l'altro saria molto commodo: & ancho seruiria per vn acquedutto in vna longa via. La sua proportion è che quanto sarà da vn pilastro all'altro: tanta sia la sua altezza fin sotto la fascia che sostiene il volto: la fascia sia de l'apertura la settima parte, e da quella in giù sia partita in sei parti, & il mezzo circolo sia parto in parti. ix. & vn quarto: imperoche il cuneo di mezzo ua maggior de gli altri la quarta parte: de gli altri ligamenti col compasso in mano si trouerà la misura del tutto.

Præsens arcuum dispositio cùm firmitati atque stabilitati coagmentationum quoque symmetriam & conuenientiam habeat adiũctam, tum acutum artificis ingenium testatur, tum etiam oculorum sensui perbellè respondet: nec ad ambulationum tantummodo porticuum ue, verùm ad pontium quoque vel fluminibus uel torrentibus desuper insidentium extructiones quãmaximè certè conducit. Quinimo ad aquas è monte ad montẽ traducendas deriuandasq. aptissimum hoc cõmenti genus fore videtur, & ad aquæductus etiam longo viarum itinere perducendos proposita vtique ratio expediet. Proportio autem talis efflagitatur, vt, quantum inter duas pilas residet interualli, tantundem altitudini ad fasciam vsque arcus circunductioni fulciendæ subiectam condonetur; ipsaque fascia septimam apertionis totius partem obtineat, à qua ad inferiora delabentes sex partes æquales omnino capiemus: Et hemicycli ipsius ambitum siue conuersionem in nouem segmenta & quartam insuper, qua medius cuneus cæteris maior & amplior existit, diuidemus, Reliquarum deinceps connexionum moduli, circino adiuuante, facillimè expedientur.




Perche tal volta potrebbe accadere vna cosa continuata, nella quale saria bisogno di molte aperture per la commodità de gliedi-fici; quest' opera saria fortissima & atta a sostenere ogni gran pe-so: e se non ci sarà bisogno di tante aperture: si potrà ben osseruar quest' ordine di chiuderne alcuna d'opera lateritia, e seruerà quest' ordine: la sua proportion sarà che quatno l'apertura, tanto sia il sodo, e sia l'altitudine due volte quanto la latitudine, benche tai cose e più e meno sì potran fare secondo i bisogni, e parer del mode-sto Architetto: e di simil opere si veggono al presente in Roma, cose non solamente antichissime; ma anchora al dì d' hoggi fortis-sime, lequali sono a sancto Cosmo e Damiano.

Verùm quoniam perpetua nonnunquam & continuata, in qua propter ædificiorum commoditatem complures postularentur aper tiones, requiri posset structura: operis subiecti species firmissima, & cui grauissimum pondus quodcunque tutò committeretur, vtique existit. Quòd nisi tot fortasse usui forent apertiones, eodemmet or-dine obseruato atque retento, earum aliqua lateritio opere obstrui complerique posset. Talem autem in ea perficienda symmetriæ ra-tionem persequemur, vt quantum spatij apertionibus tribuetur: tan-tundem solidis quoque interiectis concedatur, altitudoque latitudi-nem dupla excedat proportione. Huiuscemodi tamen exuperantiæ atque excessus, prout temporum conditiones pertulerint, prudens-que iudicauerit Architectus, modò maiores modò minores consti-tuentur. Et consimilibus quidem rationibus vetustissima opera non-nulla Romæ in Beati Cosmi Damianique æde extructa comperiuntur, quæ tamen in hodiernum diem vsque firma stabiliaque perdurarunt.




Il veder diuerse inuentioni fà spesso far di quelle cose che forse non si fariano a non vederle in fatti: perche tal volta si trouerà vna fascia di vno edificio senza alcuna apertura, o in vn giardino, o in vn cortile, o in altro luogho; che ricercherà di esser ornato riccamente di quest'opera rustica, doue il prudente Architetto potrà seruirsi di questa inuentione: & in quei luoghi si potrian collocare statue, & altre reliquie di antichità. Della proportione, e delle sue misure non mi stenderò, perche sarà in arbitrio de l'Architetto ad allargarsi, & inalzarsi secondo gli accidenti.


Homines complura diuersaque inuentionum genera oculis contemplantes, ad ea sæpiùs agenda impelluntur, quæ alioqui nunquam fortasse ipsorum mentes aut cogitationes subissent. Quandoq; enim vel in iucundissimo hortulo, vel in spatioso areæ, sinu, vel alibi, quocunque rustici operis eximius quispiam & insignis ornatus efflagitatur, ædificij alicuius fascia absque vlla apertione nobis sese conspiciendam exhibebit. Tunc acutus nimirum Architetus subiecto hoc commenti genere vtetur: locisque illis patentioribus statuas, & si qua antiquitatum fragmenta ad manus habuerit, instruet ac collocabit. Singularum autem partium symmetrias atque commensus hic minimè persequemur; Architecto enim opus suum & dilatare, & in altum educere prout temporum exigent opportunitates profectò licebit.



E perche la maggior parte de i supercilij, o architraui che dir vogliamo, che sono posti sopra ad alcune porte, ouero botteghe per la larghezza de l'apertura, se la pietra non è di bonissima grossezza non può resistere al peso, e per questo in processo di tempo si viene a rompere, si come in moltissimi luoghi si può vedere; si potrà per gran distantia che si sia, pur che le spalle dalle bande siano forti, far tal cosa di pezzi: nel modo qui disotto in due modi dissegnato: che indubitatamente tal opera sarà fortissima, e quanto il carico disoprà sarà più grāde l'opera anderà a maggior perpetuità.


Quoniam autem pleraque epistylia, quæ ostijs nonnullis atque officinis superponuntur, propter apertionis latitudinem, nisi lapis insigni fuerit crassitudine, ponderis incumbentis grauitatem diutius nequeunt sustinere, & ex eo ætate procedente rimis dissiliunt atque franguntur, quod quidem vbique locorum animaduertere fas est: vt prædictum incommodum euitetur, quacunque distantia in medium proposita, dummodo latera ex utraque parte valida firmaque extiterint, dupliciter, quemadmodum ex sequenti habetur designatione, huiuscemodi structura perfici poterit; opusque hac ratione firmamenti & roboris quamplurimum certè assequetur. Quinimò quantò moles superincumbens grauior & ponderosior fuerit, tantò opus maiores sibi vires assumet, & ad immortalitatem eò magis contendet.





Anchora che ne i scritti, e nel dissegno di Vitruuio non sì habbia notitia alcuna come gliantichi vsassino i fuochi per scaldarsi ne i luoghi nobili, ne sì ritroua ne gliedifici antichi vestigio alcun di camini, e dar vscita per esalar il fumo, ne da Architetto alcuno, per consumatissimo che sia stato, ho mai potuto intendere il vero di tal cosa; nondimeno, perche da molti anni in qua s'è costumato non pur di far i fuochi nelle sale, e nelle camere per il commodo de de gli huomini, ma anchora hanno vsato di far a tai luoghi diuersi ornamenti: trattando io in questo volume di tutti gli ornementi che a l'Architetto, & alle fabriche possono accadere: non lascierò di dimostrare alcune forme di camini, che così si dicono volgarmente per tutta Italia; lequali forme e modi sono accommodate a l'ordine Thoscano, quando pur faran bisogno tai cose in simili edifici, l'vno è fatto di opera Thoscana dilicata fuori del muro, e l'altro è di opera rustica tutto nella grossezza del muro.

Quanuis in Vitruuianis scriptis atque designationibus, quanam ratione veteres in nobilioribus ædibus focos constituisse videantur, nulla certa distincta ve affertur cognitio: nec in antiquitatibus vlla caminorum, flammasque eructantium spiramentorum vestigia prorsus apparent, quinetiam nos, etsi quammaximè solliciti, à nullo quanuis peritissimo ac celeberrimo Architecto rei huiusce veritatem expiscari unquam potuimus: Cùm tamen compluribus abhinc annis, ut hæc ignium spiracula haud in cœnaculis tantummodo cubiculisque propter necessarios hominum usus ædificentur, uerum etiam ut diuersorum ornamentorum generibus eniteant atque splendescant, mos obtinuerit: haud immeritò nos quoque cùm in præsenti uolumine, quotquot ornamentorum species in ratione ædificatoria Architecto usu uenire consueuerunt, oratione persequi decreuerimus, nonnullas huiuscemodi spiramentorum, quæ caminorum uocabulo Itali passim appellant, formas atque constitutiones in præsentia subiungemus: quę Tuscanis ædificijs, si quando usus expostulauerit, perbellè nimirum congruent atque consentient. Duorum autem modorum, quos hic subiecimus, alter quidem è Tuscano, eoque delicatiori opere constat, & extra parietis ipsius crassitudinem constituitur: alter uerò rustico rudiorique opere conflatus, interiorem parietis crassitudinem ingreditur penetratque.



Le prime opere Rustiche furon fatte in questo modo, cioè pezzi di pietre abbozzate così grossamente, ma le sue commissure sono fatte con somma diligentia.

Veteres primique Architecti Rustici generis opera hac quondam lapidum rudi crassaque textura coagmentare solebant, iuncturæ tamen commissuræque quam tenacissimè, vt vides, inter sese compinguntur atque cohærent.




Dipoi con alquanta più dilicatezza compartirono i quadri con questo piano, che gli diuide facendogli con più diligentia lauorati, & appresso gli aggiunsero questi Spigoli incrociati per più ornamento.

Altri Architetti volendo imitare diamanti lauorati: fecero in questo modo lauorandogli con più politezza.


Succedentibus deinde temporibus, quadratorum seriem planicie ea circuncurrente ac diuidente excogitauerunt: in ipsisque elaborandis maiori sedulitate diligentiaque adhibita, in spicarum quoq. sese decussantium morem, ornatus illustrioris gratia, quadrata eadem composuerunt atque effinxerunt.

At nonulli in ædificando politiores adhuc atque accuratiores adamantinam formam, eamque, vt vides, elegantissimam huiuscemodi quadratis posteà insculpserunt.




Et così di età in età si è venuto variando tal opera: quando ad imitation di diamante in tauola piana, e quando con maggior rilieuo, si come si vede qui sotto dissegnato.

Verùm temporum deinde, vt plerumque contingit, uicissitudine facta atque commutatione, Adamantinum hoc opus modò tabulæ planiciem atque æqualitatem referre, modò prominentius adhuc efficere, quemadmodum subiecta patet designatione, hominibus placuit.



Alcuni altri Architetti hanno voluto vsar maggior dilicatezza, e più ordinato compartimento, nondimeno tutta tal' opera hà hauuto origine da l'opera Rustica, anchora che communemente si dice a punte di diamante.

Alij demum delicationes Architecti, & rectæ operum distributioni magis intenti, hoc structuræ genere, quod acuminatis adamantibus persimile vulgus appellat, usi fuisse comperiuntur. Hoc tamen opus, quanuis cæteris ornatius atque elegantius, è Rustico genere, non secus ac illa superiora, originem duxit.



FINITO L'ORDINE THOSCANO ET RVSTICO INCOMINCIA IL DORICO


TVSCANO RVSTICOQVE ORDINE IAM ABSOLVTO, DORICVM MODO GENVS AGGREDIAMVR.


DELL'ORDINE DORICO. CAP. VI.

GLI antichi dedicarono quest'opera Dorica a Gioue, a Marte, ad Hercole & ad alcuni altri Dei robusti, ma dopò la incarnatione della salute humana deuemo noi Christiani procedere cõ altro ordine: perciòche hauendosi ad edificare vn tempio consacrato a Giesu Christo Redemptor nostro , o a san Paolo o a san Pietro, o a san Giorgio, o ad altri simili santi , che non pur la profession loro sia stata di soldato, ma che habbiano hauuto del virile, e del forte ad ad esponere la vita per la fede di Christo: a tutti questi tali sì conuien questa generation Dorica: e non pur a Dei, ma se ad armigeri, e robusti, o grãn personaggi; o mediocri, o basi si farà edificio alcuno, così publico, come priuato; sì conuien quest'opera Dorica, e quanto il personaggio sarà più robusto, tanto se gli conuien opera più soda: e se anchora l'huomo, quantunque armigero, participerà del dilicato, così le opere si potranno far con qualche dilicatezza, si come al suo luogo ne parlaremo, hora vegnamo alle particolar opere, & alle loro proportioni. Di questa opera Dorica tratta Vitruuio nel quarto libro al terzo capitolo, ma della base per la colonna hà trattato nel terzo: benche la opinion di alcuni è che questa sia la base Corinthia, per esser meßa in vso, e posta alle colonne Corinthie: & alle Ioniche, & è anco parer di alcuni, che le colonne Doriche non haueßero le basi, hauendo riguardo a molti edifici antichi, come è al theatro di Marcello in Roma opera bellissima, e dal mezzo in giù Dorica: le colonne del qual Theatro non hanno basi, ma si vede il tronco di quelle posar soprà vn grado senza alcun'altro membro. La base Dorica adunque sarà alta per mezza grossezza della colonna, e'l Plintho detto Zocco sia per la terza parte della sua altezza: del rimanente ne sian fatte parti quattro, & vna sarà per lo Toro superiore detto Tondino, le tre restanti sian diuise in due parti eguali, vna sarà per lo Toro inferiore detto Bastone, e l'altra si darà al Trochilo, o alla Scotia, ch'altri dicono Cauetto: ma fatto poi di esso parti sette, vna sarà per lo quadretto superiore, & vn'altra per lo inferiore, la proiettura della base detta Sporto sia per la metà dell'altezza sua, e così il Plintho sarà per ogni faccia vna großezza, e mezza di colonna: e se la base sarà superata dall'occhio nostro: lo quadretto sotto'l Toro superiore occupato da esso dee esser alquanto maggior dell'altro: ma s'ella sarà superiore a gliocchi nostri; lo quadretto sopra il Toro inferiore, che è occupato da quello, si farà maggior dell'altro, & anco la Scotia occupata dal Toro in tal caso si farà maggior de le date misure, & in questi tai accidenti lo Architetto dee esser molto accorto e diligente: perche Vitruuio presuppone che i studiosi de i suoi scritti siano instrutti nelle scientie Matematice, lequali fanno accorto l'huomo in molti accidenti.

DE ORDINE DORICO. Cap. VI.

VETERES Doricum opus Ioui, Marti, Herculi, Dijsque cæteris robustiori natura præditis applicare olim & accommodare consueuerunt. At nos, qui Christi fidem ac pietatem profitemur, in ædium sacrarum dedicationibus diuersam quandam rationem nobis sequendam proponemus. Si nanque templa vel humani generis redemptori seruatorique Deo, vel Paulo, vel Petro, vel Georgio, vel sanctissimis alijs viris, haud ijs tantummodo, qui militaribus studijs sese dediderunt; verùm ijs quoque, qui ne Christum salutis suæ authorem desererent, mortem alacri animo subeuntes fortiter uiriliterque sese gesserunt, extruere & consecrare voluerimus; Dorico opere tunc nobis proculdubio erit vtendum. Nec Deo solùm diuinoque numine afflatis templa deuouentes, uerùm si fortissimis etiam uiris, qui armorum gloria præstiterunt, siue Principes, siue Ciues, siue Populares ij extitisse dicantur, uel publica monumenta uel priuatas ædes exædificauerimus; Doricum item genus in huiuscemodi extructionibus imitabimur ac persequemur. Quinimo quantò robustiores illi fuerint atque seueriores, tantò firmior solidiorque constructio efflagitabitur. Sin eorum aliquis, quanuis ferox ac bellicosus, molliorique ingenio extiterit: haud secus opera ut uiri statum moresque imitentur, uenustatis nonnihil Doricæ simplicitati adiungent ac permiscebunt. Verùm de his aliàs, nunc sigillatim propositi ordinis constitutiones ac symmetrias explicemus. De Dorico quidem opere Vitruuium quarto uolumine capite tertio differentem ac subtilissimè disputantem habemus, at de Doricarum columnarum basibus in tertio uolumine iam antea uerba fecisse uidetur; quanuis nonnulli eiusmodi bases, propterea quòd Corinthijs columnijs applicari consueuerunt, ad Corinthium genus magis spectare, necnon easdem Ionicis columnis accommodari quandoque posse existimarunt. Quinetiam alij uetustissima complura ædificia perpendentes, Doricas columnas basibus destitutas olim fuisse crediderunt: in cuius quidem sententiæ confirmationem Marcelli Theatrum Romæ, pulcherrimũ nempe ac formosissimam opus, adducunt. Cùm enim eius dimidia ac inferior pars Dorico more sit extructa, imarum columnarum scapi, nullis omnino suppositis basibus, gradibus quibusdam tantummodo absque ullis membrorum adiectionibus simpliciter innituntur, Doricæ basis igitur altitudo, columnæ dimidiam crassitudinem primò adæquabit: Plinthus deinde, quem Soccum nostrates dicunt Architecti, tertiam altitudinis partem obtinebit. Reliquum autem interuallum in partes quatuor diuidatur, quarum una toro superiori, quem orbiculum uocant, assignabitur: Cæterisque tribus in duo æqua segmenta diuulsis, eorum unum inferiori toro, quem baculum appellant: & alterum Trochilo seu Scotiæ, quæ uulgo Capetum nuncupatur, condonabitur. Quo spatio rursus in septem partes distincto, una superiori, & altera inferiori regulæ applicabitur atque ascribetur. Basis autem prædicta, proiecturam altitudinis suæ dimidiam sortietur, & hac utique ratione Plinthus quoquouersus integram, dimidiamque insuper, columnæ crassitudinem adæquabit. Quòd si nobis in superiori parte constitutis, basim infrà collocatam despicere continget: regula toro substans superiori, & ab eodem præpedita, inferiori regula tunc maior aliquantulum & amplior conficietur: Sin basis oculis nostris superior extiterit: regula toro inferiori superstans, & ab eodem præoccupata, superiorem regulam tũc magnitudine superabit atque peruincet. Quinetiam Scotia à toro antecedente obscurata, ultra iam assignatos præscriptosque modulos aliquantulum certè promouebitur ac proferetur. Quibus quidem in rebus industrium inprimis ac diligentem Architectum efflagitamus, & in scientijs Mathematicis præsertim, quæ hominem acutum, nec consilij unquam inopem reddere solent, apprimè exercitatum: tales enim Vitruuius quoque conscriptionum suarum studiosos profectò requirit.





E perche Vitruuio ha distribuito quest'ordine Dorico in moduli, facendo la colonna di due moduli in grossezza, e la sua altezza con la base, & il capitello di 14. essendo la base alta vn modulo, il tronco della colonna sarà di 12. moduli, il suo capitello di vn modulo solo, che saranno 14. in tutto: l'altezza del capitello sia diuisa in tre parti, delle quali vna sarà per il Plintho detto abaco, & in questa s'intende il Cimatio: l'altra lo Echino con gli Anuli, la terza sia data allo hipotrachelio: la grossezza delquale sia la sesta parte minore della colonna nella parte di sotto, la latitudine del capitello nella parte superiore sia per ogni faccia due moduli, e della sesta parte di vn modulo, e questo è quanto al testo di Vitruuio: benche io mi do a credere, che il testo sia corrotto circa la proiettura detta Sporto, laqual in effetto torna molto pouera a rispetto degli antichi che si veggono: e perciò allo incontro di questo capitello ne formarò vn' altro secondo il parer mio con le sue particolar misure più minutamente descritto, percioche Vitruuio non mette le particolar misure delli membri, ma la passa con breuità. Dirò adunque che fatto tre parti del capitello, come è detto di sopra; il Plintho ha da esser diuiso in tre parti, vna sia per il Cimatio col suo regolo: ma fatto d'essa tre parti, vna sarà il regolo, e le due si daranno al Cimatio, lo Echino sia medesimamente partito per terzo, e li due terzi siano per esso Echino: il restante per li anuli detti regoli se ne farà tre parti dandone vna parte per anulo: lo hipotrachelio sia come è detto di sopra: la proiettura di ogni membro sia quanto la sua altezza: perche così facendo sarà la cosa con qualche ragione probabile, & sarà anco grata agli occhi de i riguardanti.

Quoniam autem Vitruuius Doricum hunç ordinem in modulos distribuisse reperitur, columnę crassitudini duos, eiusdemque altitudini, basi capituloq. adiunctis, quatuordecim modulos assignando: nos item Vitruuianum persequentes institutum, hac eadem modulorum vtemur diuisione. Basi ad unius moduli altitudinem pertingente, columnæ scapus in modulos duodenos assurget, capitulumq. demum non secus ac basis moduli unius altitudinē assequetur: adeò vt tota columna, basi capituloque simul acceptis, ad modulos quatuordecim conscendet. Capituli deinceps altitudine in tres partes diuisa, vna Plintho seu abaco Cymatium vnà complectenti ascribetur, altera Echino Annulisque simul assignabitur, tertiaque demum Hypotrachelio concedetur: cuius quidem crassitudo sexta parte ab ima columnæ deficiet crassitudine. Superior capituli posteà latitudo in duos modulos, & sextam unius moduli partem amplius quoquouersus excurrat. Et hæc ex Vitruuio deprompta decerptaq. à nobis fuerunt. Attamen Vitruuianum codicem, quod ad proiecturæ attinet quantitatem, corruptum utique ac deprauatum esse censemus: eam enim, si antiquorū, quæ adhuc extant, opera circunspexerimus, compressiorem atque tenuiorem proculdubio esse comperiemus. Quapropter è regione capituli huiusce alium, prout nostra fert sententia, proprijs modulis subtiliori & magis exquisita ratione descriptis, collocauimus: nec enim Vitruuius proprios membrorum commensus sigillatim nobis tradidisse, sed summatim potius & compendio quodam rem vniuersam perstrinxisse uidetur. Capitulo igitur, quemadmodum suprà iam habitum fuit, in tres partes diuiso atque dissecto, plinthus identidem in terna distinguetur segmenta: quorū alterum Cymatio, eiusque regulæ simul ita distribuetur: vt eo in terna spatia similiter diducto, regulæ unum, duoque reliqua Cymatio concedantur. Haud secus etiam Echino in tres partes diuiso, duæ quidem ipsimet Echino, & reliqua demum annulis, quos regularum nomine passim appellare solemus, condonabuntur. Postremaque hac parte in tres distantias item seiuncta, singulis annulis singulæ pariter distantiæ assignabuntur. Hypotrachelium, deinceps quemadmodum suprà iam traditum fuit, constituatur. Singulorum denique membrorum proiecturæ, eorumdem altitudinibus æquales conficiantur: ita namque & operis ratio artificiosa ac probabilis erit, & eiusdem species ad oculorum sensum perbellè vtique respondebit.

Cymatium, uulgò Gula Inuersa.

Plinthus, aliter Abacus.


Echinus, uulgò Ouiclum.

Annuli, uulgò Regulæ aut Gradus

Hypotrachelium, uulgò Freggium.

Astragalus, uulgò Orbiculus.

Apophygis, uulgò Collū capitulorū.




Sopra il capitello è da collocar lo epistilio detto architraue: l'altezza delquale sarà vn modulo, e diuiso in parti sette, vna sarà la tenia, le gutte con lo regolo, sotto la tenia sian d'vn modulo la sesta parte, laqual diuisa in quattro parti tre saranno per le gutte, & vna per il regolo: lequal gutte sian di numero sei pendenti sotto li triglipbi e l'altezza de iquali sarà vn modulo e mezzo, e la sua larghezza vn modulo, laqual diuisa in parti xij. si lassarà vna parte da ogni banda per li mezzi canaletti, e delle dieci parti restanti, sei se ne daranno alli piani del triglipho, e quattro saranno per li due canaletti di mezzo, e cosi frà l'vn triglipho e l'altro sia di spatio vn modulo e mezzo, ilqual spatio sarà di quadrato perfetto, e li detti spatij son nominati metope da Vitruuio; ne iquali spatij quando per più dilicatezza si vorrà ornare se gli sculpirà simili cose, come è nel quadro segnato B, & anco teste di Bue, si come si vede qui sotto dimostrato, lequai cose non senza significato: imperoche hauendo gliantichi sacrificato li tori, a iquali sacrifici si adoperaua vn piatto, poneuano simili cose in tai luoghi per ornamento intorno di tempij sacri, sopra i triglipbi si hanno da fare li suoi capitelli, l'altezza de iquali sia la sesta parte di vn modulo: sopra i triglipbi sia posta la corona con li due cimatij, vno disopra e l'altro disotto, e partito il tutto in parti v. tre saranno per la corona, e li due per li cimatij, ma l'altezza del tutto sia per mezzo modulo, sopra la corona sia posto la scima, l'altezza sua sarà mezzo modulo, aggiunta la ottaua parte di essa per lo suo quadretto disopra, la proiettura della corona sia delle tre parti le due di vn modulo, e nel fondo d'essa sopra li triglipbi sian scolpite di basso rilieuo le gutte, si come è dimostrato nella figura pendente da essa, & anco frà l'vn triglipho e l'altro, o siano lassati li spatij piani, ouero scolpiti a fulmini, il sporto della scima sia quanto la sua altezza, e cosi tutti i membri eccetto le corone il suo sporto si farà sempre quanto l'altezza, ma quanto le coronne haueranno maggior proiettura, pur che le pietre lo comportino, rappresentaranno più grauità. e questo si vede hauer osseruato gliantichi Romani, come al suo luogo ne darò qualche notitia in dissegno e misura.


Capitulo epistylium, quod Architrabem vulgus appellat, superimponendum succedit, cuius quidem altitudo mdulum vnum duntaxat explebit, Eoque in partes septem diuiso, teniæ pars vna mox tribuetur, guttæque vnà cum regula sub tenia constitutæ moduli sexta parte solummodo finientur; Qua rursus in partes quatuor distincta, tres guttis, unaque regulæ ascribetur: Guttæque ipse senario numero comprehensæ sub triglyphis dependeant: Triglyphorumque altitudo moduli vnius ac semis, latitudoque moduli vnius tantummodo spatium & quantitatem explebit: Latitudineque insuper in duodecim partes dirempta, pars vna semicanaliculis vtrinque statuetur: denarumque partium, quæ supersunt, sex triglyphorum ipsorum frontibus, & quatuor reliquæ medijs canaliculis addicentur. Inter binos autem triglyphos moduli vnius ac semis spatium intercurret, quod perfectò nimirum absolutoque comprehendetur quadrato: intermediaque huiuscemodi spatia Metopæ à Vitruuio appellantur. Quę si quando ornatu aliquo insigni, propter magiorem elegantiam ac uenustatem, perpoliri atque illustrari debuerint; eiusmodi scalpturis, quas in quadrato B litera inscripto expressas intueris, uel taurorum quoque capitibus, quemadmodum proxima ostendit designatio, certè cohonestabuntur. Nec prædictæ quippe scalpturæ conuenienti mysticaque significatione destituuntur. Cùm enim bubulas hostias ueteres Dijs immolarent, & sacris pateras quasdam insuper adhibere soliti essent; haud immeritò, sacrarum ædium exornandarum gratia, locis iamiam commemoratis rerum quoque consimilium effigies ac simulachra apponenda insculpendaque curarunt. Triglyphis deinde capitula proximo superiorique loco statim succedunt, quæ ad moduli vnius sextam tantummodò partem efferentur. Super capitula mox corona duobus cymatijs, altero quidem superiori, altero autem inferiori comprehensa collocetur: vniuersaque altitudine semimoduli unius spatium explente in quinque partes distributa, tres coronæ, duæque cymatijs assignabuntur. In summo denique loco post coronam sima, quam rectam gululam uulgus Italorum appellat, statuatur: cuius quidem altitudo semimoduli unius spatio finietur, octaua simæ ipsius parte propter regulam superiorem ei superaddita. At coronæ proiectura duas moduli vnius tertias sibi uendicet: in imaque ipsius parte super triglyphos guttæ, compressiori tamen castigatiorique ratione, insculptæ collocentur: quemadmodum ex designatione infra coronam existente satis superque perspici potest. Inter triglyphos autem uel planæ spatiosæque areæ relinquantur, uel fulminum scalpturis insignitæ constituantur. Simæ proiectura, eiusdem altitudinem æquet. Haud secus etiam membrorum omnium præter coronas prominentiæ, eorumdem altitudinibus æquales conficiantur. At de coronis illud pro comperto tibi affirmamus, quò maiores amplioresque, dummodo lapides id nobis concedere videantur, earum fuerint proiecturæ, eò maiorem operi grauitatem atque uenerationem inducent. Et hoc nempe, quemadmodum posteà & designationibus, & modulis adiectis ostendemus Romanos antiquiores diligentissimè constat obseruasse.

Sima, uulgò Gula Recta.

Cymatium, uulgò Gula Inuersa.


Corona, uulgò Stillicidium.






Se la colonna hauerà da esser striata cioè canellata, le Strie saranno di numero xx. in modo cauate, che da un lato all'altro del spatio della Stria sia tirata vna linea retta, laquale sarà il lato di vn quadrato, e formato ilquadro, al centro di quello, ponendoui il compaßo con vna punta, e con l'altra toccando l'vno e l'altro lato della linea, e circuendo farà la sua giusta cauatura, laqual sarà del circolo la quarta parte: lo essempio di questa è qui sotto al piede della colonna.

E se per esaltation della colonna o per altro rispetto gli farà di bisogno lo Stilobate detto Piedestalo, non hauendo ad vbidire à cosa alcuna, di più ò meno altezza: sia di questo Stilobate il lato suo quanto'l Plintho della base della colonna e la sua altezza cioe il netto, sarà che di questa latitudine sia fatto vn quadrato perfetto, e da angolo ad angolo tirata vna linea per diagono, quãto sarà detta linea, e questa sia la sua altezza: laqual diuisa in parti cinque, si aggiungerà vna parte per il suo Cimatio, & altri mẽbri, & vn'altra parte si darà alla sua base: e cosi questo Piedestalo sarà di sette parti, come la colonna, proportionato a tal altezza. E benche la presente proiettura del capitello si allontani molto da i scritti di Vitruuio per esser perpendicolar al plintho della base: nondimeno per hauerne io veduto alcuni antichi & anco ne hò fatti porre in opera di tal sorte; mi è parso metterlo in dißegno, a compiacentia di chi se ne vorrà seruire: benche li studiosi di Vitruuio solo senza hauer maneggiato altrimenti le cose antiche negarãno questa opinione: ma se vorranno hauer riguardo a gli abachi de i capitelli Corinthij, la proiettura de iquali è perpẽdicolar alli plinthi delle basi non dãnaranno cosi facilmente tal proiettura.







Si striatas columnas, hoc est canaliculis quibusdam medijs distinctas atque elaboratas tibi conficiendas proposueris, strias uiginti numero primùm perduces, eaque ratione excauabis, ut recta quadam, quæ quadrati latus utiq. existet, ab uno striæ ipsius latere ad alterum extensa, quadratoque iam designato, in eius centro alterum circini pedẽ obfirmes: & reliquo ab una rectæ extremitate ad alterã peruagante, strigis ipsius cauum, quod circuli quadrantem occupabit, iustissima ratione tandem attinges. Rei autem huiusce exẽplum ad columnæ pedem hic infra subiecimus.

Sin ad columnam extollendam, aut ad aliũ usum Stylobate, quod Pedestalum uulgus appelat, opus esse iudicabimus: nisi quippiam tale forsitan occurrerit, quod ad altitudinẽ modò adaugẽdam modò diminuendam nos aliter persuadeat, hanc vtiquefirmam certam que perpetuò insistemus rationem. Stylobatæ huiusce latus plintho quasi columnari subiecto æquale prorsus constituetur: Deinde perfectum absolutumque ex prædicta latitudine quadratum conficientes, ab angulo ad oppositum angulum diagonij lineamperducemus, quę stylobatæ ipsius altitudinem (de simplici eius puroque nunc loquimur interuallo) nobiquamprimùm terminabit atque deficiet. Moxque altitudine hac in partes quinque distincta, pars vna adhuc cymatio membrisque superioribus, necnon infimę basi altera consimilis applicabitur ac tribuetur: adeoque integrum stylobatæ ipsius corpus haud secus quã columna ei superposita, ad septenarum partium altitudinem educetur. Quanuis autem præsens capitulorum priectura, cùm plintho basi subiecto ad perpẽdiculum insistat, à Vitruuianis constitutionibus perquàm longè recedat: cùm tamen & antiquiora capitula nonnulla à præsenti dispositione nequaquam abhorrere conspiciantur, quinetiam nos capitula eadem met ratione instructa atque formata ad opus quandoque traduxerimus: idcircò ad eorum, qui inuentionum nouitate multiplicique uarietate delectantur, commoditatem formæ huiusce typum hic nobis conscribere placuit: etsi qui absque antiquorũ operum usu, diuturnaque eorum pertractatione, Vitruuianis tantummodò placitis addicuntur, nostram hanc capitulorum dispositionem statim calumniabuntur ac reprehendent. Verumtamen si Corinthiorum capitulorum abacos, quorum proiecturæ basium ipsorum plinthis ad perpendiculum respondent, diligenter attenderint, proiecturæ hic à nobis propositæ genus haud tam facilè certe accusabunt atque traducent.

E perche io trouo gran differentia dalle cose di Roma, e d'altri luoghi d'Italia, a i scritti di Vitruuio, ho voluto dimostrarne alcune parti, dellequali si veggono anchora in opera con gran satisfattion de gli Architetti: e benche elle siano di picciola forma, e senza numeri, e senza misure, nondimeno sono proportionate alle grandi, e con gran diligentia da grandi a picciole traportate. Il capitello R, fù trouato fuor di Roma ad vno ponte sopra il fiume detto Teuerone: il capitello V, è in Verona sopra vn'arco trionfale: il capitello T, è ad vn tempio Dorico al carcer Tulliano in Roma: il capitello P, fù trouato a Pesaro con molte altre cose antiche degne di lode: la proiettura delquale, anchor ch'ella sia grande; nondimeno è molto grata a riguardanti, il basamento, la base, e'l capitello A, sono al foro Boario in Roma, la cornice, il capitello, e la imposta di vn'arco B, sono al theatro di Marcello, la cornice fregio & architraue, A, sono al foro Boario in Roma: lequai tutte cose hò voluto dimostrare, acciochè lo Architetto possa fare elettion di quel che più gli aggrada in questo ordine Dorico, hora seguiterò in tal spetie alcune particolar misure necessarie all' Architetto.


Quoniam autem antiquitates complures, quæ tum Romæ tũ alijs passim Italiæ regionibus conspiciuntur, à Vitruuianis constitutionibus longiùs abesse videntur, idcircò membra earum nonnulla, quæ magno ædificantium applausu atque celebritate operibus adiuncta connexaque apparent, in præsentia describemus. Quanuis autem hic minoribus formis huiuscemodi membra designauimus, nec proipriorum numerorum propriorum ue commensuum exactam omnnò rationem habuimus: typos tamen hosce minores maioribus quamsimilimos esse, indeque summa diligentia huc à nobis traductos fuisse tibi firmissimè asseueramus. Capitulum R litera inscriptũ extra Romæ ipsius urbem ad pontem flumini Anieni insidentem repertum olim fuit. Capitulum V uocali signatum, Veronæ triumphali cuidam arcui superiùs incumbit. Capitulum, T litera demonstrante, Romæ ad Doricam ædem carceri Tulliano proximam offenditur. Capitulum P consonante uotatum, Pisauro vnà cum antiquitatibus compluribus summopere commendandis fuit quondam repertum: cuius proiectura etsi immodica videatur, contemplantibus tamen grata iucundaque admodum esse censetur. Stereobata, Basis, Capitulumque, A uocali hæc tria communiter designante, Romæ in foro Boario statuuntur. Coronix, Capitulum, Incumbaque ipsius arcus, B litera hæc tria pariter denotante, in Marcelli Theatro consistunt. Coronix, zophorus, Epistyliumque, A vocali rursus hæc tria simul commonstrante, Romæ in foro Boario iterum extant. Quæ quidem omnia idcircò nunc recensenda designandaque existimauimus, vt Architectus in Dorici huiusce ordinis pertractatione, hisce conspectis ac diligenter consideratis, quæcunque ei commodiora opportunioraque uidebuntur, seligere moxque ad opus suum traducere ualeat. Nunc verò proprias Dorici eiusdem ordinis rationes ac symmetrias tanquam Architecto inprimis necessarias enarrabimus ac persequemur.




A
B
B
B
A

Essendo la distribution de i triglyphi, e delle metoque molto necessaria, & anco difficile in quest'ordine Dorico: mi sforzerò darne quella chiarezza, che a me sarà possibile. Dico primieramente che anchor che nell'opera hesastila, cioè di sei colonne in vn portico, il testo di Vitruuio dica, che i moduli di tal distribution vogliano esser xxxv. io non trouo però che la compartitione possa star cosi, percioche volendo dar al spatio di mezzo quattro metope, & alli altri spatij tre, il detto numero non può supplire. Ma per quanto io considero uogliano esser xlii. si come nella seguente figura si può vedere, e far conto: e cosi ancora nell'opera tetrastila, cioè di quattro colonne, il testo dice, che la fronte di tutta l'opera ha da esser diuisa in parti. xxiij. ilche cosi non può stare, volendo dare al spatio di mezzo quattro metope, & alij duo spatii tre metope per vno, ma per mio auiso hanno da esser xxvii. si come nella seguente figura medesimamente si può vedere. Partita adunque la fronte del tempiù in moduli xxvii. due moduli sarà la grossezza della colonna; lo intercolunnio di mezzo sarà di otto moduli: quelli dalle bande saranno di cinque e mezzo per ciascheduno, e cosi saran distribuiti li xxvii. moduli, e posto sopra ogni colonna il suo triglipho, e compartiti li triglyphi, e le metope nel modo dato nel principio di tal ordine: lo spatio di mezzo hauerà quattro metope, e quei da i latine haueranno tre per vno, de l'altezza delle colonne, base, capitelli & altri membri sia osseruata la regola data da principio: ma l'altezza del fastigio sia la nona parte della longhezza del Cimatio che è sopra la corona, togliendo tal misura ne i piedi de l'A, fin sotto il Cimatio della corona. Dico quel sotto essa corona, le Acroteree dette pilastrelli, sopra il fastigio sian di altezza per la metà del netto del fastigio, e sia la sua fronte quanto la colonna nella parte di sopra, e quel di mezzo sia l'ottaua parte più alto de gli altri: e perche questa porta Dorica è molto difficile da intendere; io ne dirò in scritto e dimostrerò in dissegno quanto io ne intendo. Il testo di Vitruuio dice, che dal pauimento alli lacunarij, cioè dal piano del portico fin sotto il cielo a i piedi de l'A, sia partito in tre parti e mezza, e due parti sia per l'altezza del lume, che cosi dice il testo al parer mio. Ma perche in picciola figura non sì possono ben dimostrare le particolar misure, nella seguente carta dirò più minutamente, e dimostrerolle in figura maggiore.

Cùm in Dorico hoc ordine, quem exponendum suscepimus, triglyphorum metoparumque distributio perquàm necessaria, necnon difficilis quoque inuolutaque existat: idcirco aliquam saltem pro viribus nostris rei huiusce cognitionem nunc in medium afferre enitemur. Susceptum igitur negotium fidenti & alacri animo subeuntes ab eo primùm exordiemur, quòd etsi Vitruuium de hexastylo opere, hoc est de porticu senis columnis instructa verba facientem, illud in modulos xxxv legimus distribuisse: codicem tamen corruptum & mendosum ibi forsitan esse suspicamur. Nec enim distributionem illam sibi ipsi aliquo pacto constare posse censemus. Si nāque mediano spatio metopæ quatuor, cæterisque interuallis tres tantummodo metopæ sigillatim sunt assignandæ, nulla certè ratione prædicta modulorum summa quadrabit. At quantum coniectare valemus, in hexastylo opere moduli xlij, quemadmodum ex sequenti figura diligens quiuis ratiocinator deducere poterit, requiruntur. In tetrastylo insuper ædificio, ex quaternis videlicet columnis constante, Vitruuium totius operis fronti modulos xxiij distribuisse reperimus: Nec tamen, si mediano spatio metopas quatuor, spatijsque lateralibus tres metopas sigillatim concedere voluerimus, prædicta cohærebit ratiocinatio. Quapropter nos, lectione illa tanquam mendosa reiecta, tetrastylo operi, quemadmodum sequenti item patebit designatione, modulos xxvij condonandos esse arbitramur. Aedis igitur huiusce fronte in modulos xxvij dissecta, duo moduli columnarum singularum crassitudinibus ascribentur: Medianum intercolumnium octo sibi modulos vendicabit; Intercolumnia demum, quæ in lateribus statuuntur, modulos quinque ac semis sigillatim explebunt: Et hac utique ratione moduli xxvij perbellè distributi fuisse videbuntur. Quòd si singulis deinde columnis proprios triglyphos superposuerimus, moxque triglyphos metopasque, quemadmodum Dorici huiusce ordinis initio iam præcepimus diuiserimus: mediano spatio quatuor, areis autem ad latera constitutis tres metopæ seorsum contingent. Columnarum postea, basium, capitulorum, aliorumque membrorum consimilium altitudines, è præceptione iam superius tradita deducentur. At fastigij demum altitudo longitudinis Cymatij, quod coronæ superincumbit, nonam partem absoluat, huiuscemodi altitudine ab A ipsius pedibus ad imum vsque coronæ cymatium dimensa. Acroteria super fastigium collocata ad dimidiam fastigij ipsius altitudinem educantur, frontesque summis columnarum partibus ęquales obtincant; Quinetiam medianum acroterium octaua parte cæteris eminentius ac altius existat. Verùm cùm Doricæ huiusce portæ genus intellectu difficile admodum & obscurum iudicetur, iurè nos, ne studiosis quicquam defuisse videamur, conscriptionibus & designationibus insuper adhibitis nostram de re hac sententiam promptissimè aperiemus. Vitruuium interuallum vniuersum à pauimento ad lacunaria, hoc est à porticus ipsius solo ad cœli vsque initium, quod videlicet in A ipsius pedibus collocatur, in tres partes ac semis diuisisse, partesque duas luminis altitudini condonasse reperimus. Verùm tot nunc dixisse sufficiat: Cùm enim propriæ symmetriæ proprijque commensus, ob subiectæ figuræ angustias atque exiguitatem, in præsentia explicari commodè nequeant: idcirco sequenti pagina tum de re hac vberius mox disseremus, tum amplio res designationum fines ac terminos constituemus.




A

Fatte adunque, come ho detto, tre parti, e mezza del pauimento fin sotto i Lacunarij; due parti saranno per l'altezza del lume, laqual diuisa in parti 12. vna sarà per la fronte delle Antipagmēti dette pilastrate, e cinque parti, e mezza sia la latitudine del lume: e se sarà da piedi 16. da basso, nella parte disopra sia minuito la terza parte della pilastrata, & essa pilastrata nella superior parte sia minuita la quartadecima parte: il supercilio detto architraue sia della medesima altezza: nelqual è da fare il Cimatio Lesbio con lo Astragalo, il qual Cimatio sarà per la sesta parte di essa pilastrata, intendo lo Astragalo Lesbio nel modo dimostrato nella figura A. Et il testo par ben che accenni, che'l Cimatio si faccia solamente sopra il supercilio: ma per quanto ho veduto nell'antico, io l'ho voluto far intorno la pilastrata: sopra il supercilio è da porre lo Hiperthiro in luogo di fregio, di altrettanta altezza, nelqual dice il testo, che si sculpisca il Cimatio Dorico, e lo Astragalo Lesbio nella scima scalptura, il qual passo è molto confuso, ma in questo mi do a credere che'l testo sia corrotto, e doue dice scima scalptura, che voglia dir sine sculptura, cioè il Cimatio Dorico, e lo Astragalo Lesbio senza scultura: la forma, e proportion del quale è nella figura D, & A, il testo par che dica che il Cimatio della corona piana sia a liuello delli sommi capitelli: e se così è, la corona viene ad essere molto grande, allaqual ho dato tanto di sporto, quanto è l'altezza del supercilio, come dice il testo: benche non faria mai tal corona in opera alcuna; nondimeno, per trattar degli ornamenti, ho voluto in questo dir il mio proprio parere, e dimostrarne apparente figura.


CORRETTIONE DELLA PARTE SOPRADETTA.

Io con più maturo consiglio ho considerato quel passo di Vitruuio, doue egli dice che si sculpisca il Cimatio Dorico, e lo Astragalo Lesbio in la scima scalptura, & anco io l'ho conferito con alcuni greci, doue si conclude, che scima scalptura voglia dire Scultura di basso rilieuo, cioè che le opere non habbian tanta proiettura quanto le altre: e così le sculture non potranno hauere tanto rilieuo: & io per hauerne veduto nello antico di cose simili, che li astragali, e foglie, e vuouoli, & altre opere sono di basso rilieuo, affermo che così voglia dire, cioè scultura di basso rilieuo.

A pauimento igitur, quemadmodum nuperrimè dictum fuit, ad ima vsque lacunaria spatio in tres partes ac semis distributo, duæ quidem luminis inseruient altitudini: Qua in duodecim partes rursus diuisa, Antepagmentorum, quæ vulgo Pilastratæ dicuntur, frontibus vna, luminisq. latitudini quinque ac semis assignabuntur. Sique infima apertio in pedes sexdecim circiter patuerit, apertio summa deinde tertia antepagmentorum parte ab ea deficiet: summaq. ipsa antepagmenta quartadecima parte contrahentur atque diminuentur. Supercilium deinde seu Epistylium, quod Architrabem vulgus appellat, altitudinem summæ antepagmentorum latitudini æqualem prorsus obtineat; ibique Cymatium vnà cum Astragalo Lesbio constituetur, ipsique Cymatio sexta antepagmentorum pars tantum modo tribuetur. Lesbij autem Astragali modum atque rationem in figura A satis, ni fallor, ostendimus. Et quamuis Vitruuius Cymatium Supercilio tantummodo superstruendum fore clanculum significasse videtur: nos tamen antiquorum exempla conspicati, ipsum circumcirca antepagmenta hic collocauimus. Supra Supercilium deinde Hyperthyrum pro zophoro ad eādem prorsus supercilij ipsius altitudinem efferatur: ibiq. Cymatium Doricum, & Astragalū Lesbium sima scalptura scalpendos esse, Vitruuium præcipientem reperimus. Nos tamen propter summam dicti illius obscuritatem atque difficultatem in eam potissimum sententiam inducimur, vt codicem mendosum ac deprauatum ibi esse suspicemur; & pro sima scalptura, sine scalptura potius legendum arbitramur; adeò ut loci illius sensus talis existet, Doricum uidelicet Cymatium & Astragalū Lesbium sine scalptura conficiendos esse: Cuius quidem structuræ exemplum ac symmetria ex designationibus D & A, manifestè perspici potest. Vitruuius item planæ coronæ cymatium ad summorū capitulorum libellam instituit, quod quidem si admittatur, coronæ magnitudo nimia profectò & immodica existet: Ei tamen nos Vitruuianam doctrinam secuti tantumdem proiecturæ, ad quantam supercilium ipsum altitudinem conscendit, hic attribuimus; etsi, ut uerum fateamur, ad opera nostra cohonestanda exornandaq. numquam profectò tales coronas adhiberemus. Verumtamen cùm de ornamentorum ratione disceptatio hic à nobis fuerit instituta, si pro priam quoque sententiam hic interposuisse, eamq. clarissimis designationibus superadditis, legentium oculis quodammodo subiecisse uidemur; haud est quòd aliquis nos iurè reprehendere calumniariue possit.


SVPERIORVM DICTORVM RETRACTATIO ATQVE EMENDATIO.

Nos quidē locum illū Vitruuij superius adductum, in quo author Doricū Cymatium & Astragalū Lesbium sima scalptura scalpendos esse admonebat, diligentius pensitantes, & doctissimos uiros de hac re sæpius etiā consulentes, authoris dictum ita deniq. accipiendum atque exponendum censemus: ut per simam scalpturam nihil aliud certè quàm scalpturam compressiorem atque retunsam significare uoluerit: adeò ut Doricis operibus haud tantam profectò, quantam operibus cæteris, proiecturam prominentiamue tribuendam esse existimarit, & idcirco Doricis quoque scalpturis uehementiores illas, & eminentiores expressiones iurè quidem interdixisse videtur. Quinetiam nos antiquorum opera complura Dorico more perfecta elaborataque conspicati, cùm in eis astragalos, folia, echinos, cæteraque membra consimilia tenuiter exiliterque admodum insculpta cognouerimus; expositioni modò traditæ quamprimùm subscribimus, eique nostros omninò præstamus assensus: per simam uidelicet scalpturam nil aliud profectò, quàm parùm eminentibus expressionibus constantem scalpturam, quod humiliter releuatum uulgus Italorum appellat, intelligentes.


D
A
D
A
A


Perche in vero a nostri tempi non si costumano le porte minuite nella parte superiore, come faceuano gli antichi, laqualcosa non biasimo per più rispetti: nondimeno alcuni Architetti intelligenti ne hanno fatte alcune, lequali non sono piacciute alla maggior parte delle persone: onde se pur l'Architetto vorrà fare vna porta Dorica semplice e di poco ornamento: potrà osseruar l'ordine e proportion della seguente figura: l'apertura della quale sarà per due volte tanto in altezza quanto è la sua larghezza: la pilastrata sarà la sesta parte della larghezza del lume, intorno alla quale si farà vn Vuouolo di basso con li suoi quadretti, ilqual sarà per la quinta parte della pilastrata, anchora che quel della passata porta sia della sesta parte, nondimeno per hauerlo io veduto nell'antico, della quinta parte in vna porta di mediocre grandezza, l'ho voluto fare in cotal modo: e come hò detto disopra, questo Vuouolo non si dee far della quarte del circolo, ma per la metà più basso, ilqual membro Vitruuio dice Cimatio Lesbio, a confrontar il testo con le cose antiche: il rimanente della pilastrata sia diuiso in parti ix. cinque si daranno alla fascia maggiore, e quattro alla minore, sopra essa pilastrata sia collocata la cornice di tanta altezza, quanto essa pilastrata, e sia diuisa in tre parti eguali: la prima sarà per lo Cimatio detto Gola rouersa, col suo Tondino, e con li quadretti, la seconda per la corona detta Gocciolatoio, col suo Cimatio minore, la terza sarà per la Scima detta Gola dritta, ma siaui aggiunto l'ottaua parte di più, e nella sua proiettura detta Sporto. Sia osseruata la regola data nel principio di quest' ordine.


At quanuis prisca antiquorum consuetudo, portarum scilicet partes superiores cōtrahentium atque diminuentium, hac tempestates penitus iam obsoleuit, quod quidem institutum, pluribus adducti rationibus, nequaquam improbandum censemus: peritiores tamen nonnulli Architecti antiquitatem affectantes, consimiles quoque portarum formas atque dispositiones nunc denuò introduxisse ac renouasse comperiuntur, quæ plerisque eas intuentibus nec gratæ nec iucundæ profectò extiterunt. Quapropter Architectus si simplex nonnunquam Doricæ portæ genus, ornamentorum multitudine reiecta ac euitata, sibi imitandum proposuerit, subsequentis designationis ordinem ac symmetriam pro viribus obseruabit. Apertionis altitudinem latitudinis duplam inprimis constituet. Antepagmenta sextam latitudinis, per quam lumen diffunditur, partem explebunt; Echinusque ex sima constans scalptura cum annulis simul circumcirca extendetur, eique antepagmentorum quinta pars tribuetur, etsi in superiori ianuæ descriptione sextam tantummodo partem Echino ascripserimus. Veruntamen portæ cuiusdam vetustioris & mediocri amplitudine præditæ modulos atque commensus diligenter contemplati, eum ita construendum nunc iudicauimus. Quemadmodum autem iam admonuimus, generis huiusce Echinus nequaquam ad circuli quadrantem pertingere, verùm dimidiam quadrantis portionem tantummodo assequi debet: quod quidem membrum Vitruuius, vt dictorum eius cum antiquorum operibus conuenientiam atque consensum ostendamus, Lesbij Cymatij nomine frequenter appellat. Reliquo deinde antepagmentorum spatio in partes nouem seiuncto, quinque maiori, & quatuor minori fasciæ sigillatim distribuentur. Mox coronix ad antepagmenti altitudinem educta superincumbet. Qua protinus in tres partes æquales dissecta, prima quidem Cymatio, quod gululam inuersam nuncupare solemus, eiusque Astragalo, & regulis simul concedetur: altera deinde coronæ, quam subgrundium parietumque supercilium vulgus appellat, minorique Cymatio assignabitur, postremaque demum Simæ, quam rectam gululam vocari frequenter audimus, octaua parte tamen amplius superaddita, reseruabitur & ascribetur. In Simæ autem proiectura constituenda, regulam in principio ordinis huiusce iam traditam explicitamque obseruato.



Ancora che Vitruuio ne i suoi scritti faccia mention di vn sol modo di porta nell'ordine Dorico: & anco, come ho dimostrato, molto confusamente al parer mio, a me par conueniente cosa, che non solo di vna sorte si debbia vsare, ma di variate maniere, per arricchir vna fabrica, e per satisfare a diuersi voleri: e però quando sarà da far vna porta di qualche aspetto, e grauità: in questo modo seguente si potrà fare, osseruando questa regola, cioè che l'altitudine del vano della porta sia duplicata alla latitudine, e sia la sua pilastrata per l'ottaua parte della larghezza del lume, e la colonna per la quarta, laqual verrà vn poco altetta, & ancor che sia più delle date misure, non è vitiosa, per esser parte nel muro, & anco hauendo riguardo alle antiche, alcune dellequali in simil soggetto son di maggior gracilità: sopra ie colonne sia posto l'architraue, e la sua altezza sia quanto la pilastrata: il fregio sia di altezza tre quarti della grossezza della colonna, e così sopra ogni colonna sia posto vn triglipho, e dall'vno all'altro sian compartiti quattro triglipbi, e cinque spatij: e degli altri particolar membri, come sono basi, capitelli, fregio, triglipbi, e cornice, sia osseruata la regola data nel principio: e perche alcuni fastigij detti frontespici, sono di maggior altezza che quelli descritti da Vitruuio, alle fronti de i tempij; la regola sua sarà che dissegnata la cornice dall'vno all'altro lato la linea superiore sia diuisa per mezzo da A, a B, e la metà di essa dee cascar a piombo nel mezzo che sarà C, e così posta vna punta del compasso al punto C, e l'altra al lato della cornice A, e circuendo fin al lato B, la summità della linea circolar sarà la debita altezza del frontespicio, & anco con tal regola si può far il remenato.


Vitruuius vnicam tantummodo Doricæ portæ constitutionem, eamque, vt iam demonstrauimus, satis confusa & perturbata ratione tradidisse videtur: Verumtamen nos si & artem ædificatoriam collocupletare, & diuersis ædificantium ingenijs satisfacere voluerimus, haud vno simpliciorique genere, sed pluribus ac differentibus rationibus Doricarum portarum extructiones aggrediemur. Si portæ igitur grauior aspectus nos fortasse delectauerit, talẽ vtique formam atque dispositionem ei tribuemus. Primùm quidem communissimum illud præceptum obseruabimus, ut apertionis altitudo latitudinis ipsius dupla constituatur: antepagmentaque octauam, & columnæ quartam è luminis latitudine sibi partem acquirent. Ipsæque columnæ quamuis altiores existunt, præscriptosq. iam modulos egrediuntur: cùm tamen partes earum posteriores intra murum compactę lateant, si columnarum antiquiorum insuper, quarum nonnullæ hisce persimiles graciliores adhuc esse conspiciuntur, exempla atque authoritatem sequamur, haud uitiosas profectò eas esse asseremus. Columnis epistylium superius incumbit, quod ad antepagmentorum latitudinem extollatur: Zophorus ad tres colũnaris crassitudinis quartas educatur: Moxque singulis columnis singuli proprijque in superioribus partibus triglyphi respondeant, inter quos quatuor medij trigliphi, & quinque mediana spatia quamaptissimè distribuentur. Quod autem ad membrorum, ueluti basiũ, capitulorum, zophori, triglyphorum, & coronicis demum symmetrias propriosque commensus attinere videtur; ad regulam principio iam assignatam confugito, eamque ad unguem obseruato. Verùm cùm Fastigia in sacrarum ædium frontibus constituta, quæ Frõtispicia vulgò appellantur, altitudinis modulos à Vitruuio præscriptos nonnunquam excedere soleant: idcircò ne imprudens quandoque erres, præceptionem hanc firmam, quàm tutò sequaris, nunc tibi afferemus. Coronicis primùm terminis utrinque statutis ac definitis, superior linea inter ambas extremitates, A scilicet & B, collocata media secetur ac diuidatur: parsque eius dimidia ad signum C in perpendiculi morem deducatur. Mox circini cuspide signo C innitente, ab A coronicis latere usque ad latus B cuspis altera circunducatur: peripheriæ huiusce apicem fastigij propositi altitudinem tibi definiturum affirmamus. Eademque dirigente præceptione, haud triangula tantùm, sed circulata quoq. fastigia, quæ Remenata vulgò dicuntur, perficies atque ad exitum tandem perduces.






Tal volta vna meſcolanza, per modo di dire, torna più grata per la diuerſità a riguardanti: che vna pura ſimplicità di ſua propria natura: onde è poi più lodabile, ſe da diuerſi membri d' vna iſteſſa natura ſarà formato vn corpo proportionato, come ſi può vedere nella ſeguente figura, nellaqual ſono triglipbi, e mutoli in vno iſteſſo ordine, ilche in effetto non hò veduto nell' antico, ne trouato ſcritto. Ma Baldaſſar da Siena conſumatiſſimo nelle antichità forſe ne vidde qualche veſtigio, ouero col ſuo belliſſimo giudicio fù il trouator di queſta varietà, ponendo i triglipbi ſopra all' apertura, perche patiſcono men peſo, e li mutoli ſopra il ſodo delle pilaſtrate, liquali ſoſtengono tutto'l peſo del faſtigio: e queſta coſa, al parer mio, ſerua il decoro, & è gratioſa all' occhio, e fù molto lodato da Clemente ſettimo, che fù certo giudicioſiſſimo in tutte le arti nobili. La proportion di queſta porta coſi ſarà, che l' apertura ſia di doppia proportione: la fronte della pilaſtrata ſia per la ſettima parte dell' altezza: il ſupercilio per la metà di quella, la latitudine de i mutoli e de i triglipbi ſia per la metà del ſupercilio, e la ſua altezza ſia duplicata alla larghezza; e coſi facendo due mutoli ſopra ogni pilaſtrata, e quattro triglipbi ſopra l' apertura, compartiti li ſpatij egualmente; eſſi ſpatij veranno quadrati perfetti: ſopra li mutoli e li triglipbi ſono da collocar li capitelli, o abachi, che dir gli vogliamo: e tal volta in vna cornice Dorica ſi dicono mutoli: la ſua altezza ſia la quarta parte minor della fronte del triglipho, ma il Cimatio ſia la terza parte di quello: l' altezza della corona col ſuo Cimatio ſia quanto la fronte del triglipho, e la Scima detta gola diritta altrettanto, la proiettura della corona in fronte ſia tante, che li ſpatij fra l' vn triglipho e l' altro, nel fondo di eſſa ſiano quadrati perfetti: ma la proiettura di eſſa corona dall destra e dalla ſiniſtra banda ſia per la metà di quella della fronte: la proiettura della Scima e del Cimatio ſia ogn' vna di eſſe quanto l' altezza ſua: il faſtigio ſarà alto nella ſomma parte, che da l' vno e l' altro lato della Scima per dritta linea, ſia diuiſo in parti cinque, & vna d' eſſe ſarà la ſua altezza; e di queſta inuentione lo Architteto non pur ſi potrà ſeruir per vna porta: ma a diuerſi ornamenti ancora ſecondo gli accidenti.

In operibus plurium ac differentium rerum permixtio, aptaque earum compoſitio propter multiplicem partium diuerſitatem maiori certè voluptate, quàm vnius generis proprietas, natureque vnius ſimplicitas animos noſtros afficere ſolet. Quapropter id maiori laude adhuc atque admiratione dignum videtur, ſi complura ac diſſimilia generis vnius membra tam appoſitè inter ſeſe cohæreant, vt totum ex ijs coagmentatum conſtitutumque elegantem proportionem & laudabilem ſymmetriam aſſequatur. Hoc autem ſequenti, ni fallor, patet deſignatione. Hic enim triglyphi mutulique in eadem acie eademque ſerie inſtructi omnes conſpiciuntur: quod quidem ſtructuræ genus in nullis antiquorum operibus nos hactenus uidiſſe, nec formam aut diſpoſitionem conſimilem apud veterem ullum authorem vnquam lectitaſſe meminimus. At Balthaſar Senenſis antiquitatum acerrimus iudex ac perſcrutator nõnulla forſitan rei huiuſce ueſtigia in antiquorum operibus deprehendit, aut uir natura acutiſſimus egregium hoc commenti genus tum primùm excogitauit atque adinuenit; triglyphis quidem, tanquam imbecillioribus ad grauiora onera perferenda, ſupra apertionem conſtitutis, mutuliſq; deinde, quibus vniuerſum faſtigij pondus innititur, ante pagmentorum ſiue paraſtatarum ſolido ſuperſtructis. Hæcque operis ratio ſpecieſque cùm & grauitatem quandam præſeferat, & oculorum ſenſui perbellè reſpondeat, nobis quammaximè certè probatur: Quinetiam Clementi ſeptimo ſummo Pontifici, quem ingenij ui & acumine in liberalibus omnibus facultatibus quamplurimum præſtitiſſe accepimus, hoc idem commenti genus uehementer placuiſſe memoratur. Portæ huiuſce ſymmetria talis nimirum exiſtit, ut apertionis altitudo latitudinem dupla exuperet proportione: Antepagmentorum frontes, ſeptimam altitudinis ſibi uendicent partem: Epiſtylium ſuperciliumue, dimidias antepagmentorum frontes aſſequatur: Mutulorum Triglyphorumque deinde latitudines, ad dimidij ſupercilij æqualitatem conſtituantur: moxque eorundem altitudines, prædictarum latitudinum duplæ conficiantur. Vnde mutulis duobus binis paraſtatis ſiue antepagmentis utrinque, quæ ad latera collocantur; quatuorque triglyphis apertionis, quæ medium locum obtinet, hiatui inſidentibus, ſpatijſque inter eos æquaratione mox diſtributis: mediana hæc interualla perfecta nimirum abſolutaque erunt quadrata. Verùm mutulis deinde atque triglyphis capitula ſeu abaci, quocunque membrum hoc nomine appellare libuerit, quanuis in Dorica coronice mutuli ijdem nonnunquam uocari conſueuerunt, ſuperponendi uidentur: quorum altitudines quarta parte triglyphorum frontibus minores conſtituentur, tertiaque pars Cymatio tantummodò tribuetur. Coronæ autem & Cymatij pariter altitudo, triglyphorum ipſorum frontibus æqualis eſto: Simaque etiam, quam rectam gululam paſſim nuncupare ſolemus, ad eandem prorſus altitudinem erigatur. Coronæ proiectura, ſi frontem accipias, tanta utique eſse debet; ut ſpatia inter triglyphos conſtituta, & in profundiori parte exiſtentia, perfecta abſolutiſsimaque imitentur quadrata. At coronæ deinde lateribus, dextro uidelicet atque ſiniſtro, dimidia frontis ipſius proiectura tantummodò concedatur. Sima deinceps itemque Cymatiũ, proiecturas proprijs altitudinibus æquales obtineãt. Summũ denique faſtigium ad eam altitudinẽ pertinget, ut ab uno Simæ ad alterum latus recta linea extenſa eaque in partes quinque diuiſa, partium illarum una faſtigij ipſius altitudinem metiatur. Præclarum hoc autem inuentum haud ſolummodo ad magnificas portarum extructiones expediendas, uerùm ad diuerſa quoque ornamentorum genera, prout temporum conditiones atque opportunitates efflagitauerint, comparanda Architecto quamplurimum uſui fore uidetur.



Benche di più maniere di porte si potrian fare nell' ordine Dorico, nondimeno, perche alla maggior parte de gli huomini sempre piacque, & anco al dì d'hoggi piace la nouità, e le cose non troppo vsate; e massimamente quelle sono di più satisfattione, lequali anchora che siano miste stanno ne i termini suoi, come questa porta qui appresso, laquale anchor che le colonne, & il fregio, e gli altri suoi membri siano interrotti, e coperti di opera Rustica, nondimeno si vede in essa tutta la forma terminata, con tutte le sue proportioni, lequali sono queste, che l'apertura della porta sia di doppia proportione, e la sua latitudine sia diuisa in sei parti e mezza, & vna parte si darà alla pilastrata intorno la porta, la colonna sia duplicata a quella: laqual colonna col suo capitello verrà ad essere xiiij. moduli secondo la misura data da principio, e sarà detta colonna del capitello in giù diuisa in parti xiij. e mezza, e ciascuna delle fascie, che cingono la colonna di opera Rustica, siano per vna parte e mezza, eccetto quelle che sono nella parte inferiore che coprono le basi vogliano esser di due parti, ma le cinque parti della colonna, che mostrano il viuo d'essa, saranno di vna parte ciascuna, e cosi saranno distribuite le parti xiij. e mezza, sopra le colonne si collocarà l'architraue, il fregio, e la cornice col frontespicio, osseruanda la regola data da principio, li cunei che occupano i detti membri saranno in numero sette tirati al suo centro, liquali sarà in arbitrio de l'Architetto da non li fare, ma seguitare l'ordine de i triglipbi, e delle metope nel modo dato nella porta passata. E benche io habbia detto che alle fortezze si conuenga l'opera Rustica, nondimeno dentro da vna fortezza io lodaria tal'opera per variare, ma di fuori non già per esser opera che facilmente riceueria le percosse de l'artigliarie per il suo gran rilieuo. Dico anchora che questa porta staria bene per mio auiso al palazzo di vn soldato, si nella città come alla villa.

Quanuis in Dorico ordine complures portarum formæ atque rationes excogitari possunt: attamen cùm noua & ab vsu communiori semota, humanis ingenijs grata & iucunda plerunque esse videãtur, eaque præsertim, quæ etsi complurium permixtionem sortita intra proprios terminos propriosque fines tamen persistunt; idcircò portæ subiectæ speciem hic designauimus. In qua etsi columnæ, zophorus, membraque cætera interrupta, Rusticoque opere contecta cernuntur, formæ tamen perfecta integraque symmetrijs omnibus diligenter exploratis, terminatio constat. Eiusque moduli tales nimirum existent, ut portæ primùm apertionem dupla, quemadmodum sæpius dictum iam fuit, proportione definiamus. Moxque latitudine in sex partes semisque diuisa, partium earum una antepagmentis portam ipsam circumambientibus tribuetur, columnarumque latitudines antepagmentorum duplæ constituentur: ipsæque columnæ, capitulorum adiectione concomitante, ad modulos xiiij iuxta mensuræ genus principiò iam à nobis statutum acceptumque cõscendent. Columnisque postmodum, à capitulis uidelicet ad infimas usque bases, in partes xiij semisque dissectis. Columnisque postmodum, à capitulis uidelicet ad infimas usque bases, in partes xiij semisque dissectis, fasciarum columnas rustico opere præcingentium unaquæque unam ac semis tantummodo prædictarum partium sibi capiet: præter duas illas inferiores, quæ columnarum earundem bases operiunt absconduntque: ijs nanque duæ partes separatim debentur. At cætera quinque deinceps interualla, quæ solidos columnarum scapor ostendunt, partium earundem unam sigillatim explebunt: itaque partium xiij ac semis præexposita summa, iustissima ratione distributa fuisse uidebitur. Columnis epistylium, zophorus, coronixque unà cum fastigio, quemadmodum suprà iam habitum fuit, in superis partibus deinde succedent. Cunei membra modò commemorata præoccupantes obscurantesque, septenario numero concludentur, omnesque ad idem centrum pariter confluẽt atque concurrent: etsi, cuneis prætermissis, triglyphorum metoparumque rationem superius à nobis demonstratam persequi Architecto licebit. Quanuis autem munitionibus & propugnaculis rusticum opus quammaximè conuenire dixerimus; attamen cùm humanæ mentes uarietate potissimum afficiantur, si præsentis operis species intra castellum aut arcem aliquam constitueretur, præclarè ea utique responderet. Caue tamen ne illam ad munitionũ partes exteriores quandoque traducas: Cùm enim hoc operis genus uehementius excurrat atque promineat, tormentorum plagis ictibusque frequentioribus impetitum facilè nimirum dissolueretur atque corrueret. Quinetiam id prædictis adijciemus, quod præsentis portæ constitutio tam urbano quàm rusticano Imperatoris Militis ue alicuius ædificio, mirum in modum certè congrueret ac conueniret.




Mio pensier fu da principio, nel quarto libro di trattar solamente degli ornamenti delle cinque maniere de gli edifici, cioè di colonne, piedestali, architraui, fregi, e cornice, d'alcune porte variate, finestre, e nicchi, & altri simili membri separati, volendo poi ne gli altri libri a i luoghi suoi trattar de gli edifici integri, e degli ordini suoi, ma dapoi mi son deliberato per arricchir più questo volume di dimostrar diuerse faccie di edifici, sì di tempij, come di case, e di palazzi, acciochè maggior construtto di tal opera si possa trarre. E perche (come ho detto nel principio) sempre che le colonne haueranno il suo posamento nel piano dello edificio; saranno elle più lodabili, che se fußero sopra il piedestalo: è possibile che tal volta lo Architetto non habbia colonne di tal grossezza, che al suo bisogno siano bastanti, onde sarà necessario metter sotto di quelle i loro piedestali, il perche ho fatto questo ordine seguente delquale l'Architetto a diuersi ornamenti si potrà seruire. La proportione sarà che l'apertura sia duplicata di altezza alla sua larghezza: la pilastrata, e così l'arco sia vna duodecima parte della latitudine d'essa apertura, e la colonna sia d'essa latitudine la sesta parte: il spatio fra l'vna, e l'altra colonna sia per la metà d'essa apertura: la latitudine del nicchio sia per due grossezze di colonna, e la sua altezza sia duplicata alla larghezza: l'altezza del piedestalo sia per tre grossezze di colonne: la sua latitudine, e gli altri membri sian come è detto nel principio di quest'ordine: la colonna sarà di 9. parti in altezza con la base, e'i capitello, osseruando la regola data; l'architraue sia per mezza grossezza della colonna, e così la fronte del triglipho sia altrettanta, ma la sua altezza col capitello sarà duplicata alla larghezza. E così ponendo li triglighi a perpendicolo delle colonne, e due triglighi fra l'vna, e l'altra colonna, e cinque triglighi nel spatio di mezzo partiti egualmente: tutti gli spatij verranno di perfetta quadratura: la corona & altri membri sian come è detto nel principio: l'altitudine del frontespicio si allontana alquanto da i precetti di Vitruuio: perche di tali, e più alti ne ho veduto nell'antico, laqual altezza sarà che da l'vn lato all'altro della cornice nella sommità d'essa, per linea retta sia diuiso in sei parti, & vna d'esse sarà l'altezza del frontespicio, cioè dal Cimatio della corona fin alla sommità d'esso, le Acroteree, o pilastrelli che dirli vogliamo, li quali van sopra il frontespicio: siano in fronte quanto sarà grossa la colonna di sopra, & altrettanto la sua altezza senza la sua cornice, ma quel di mezzo sia più alto la sesta parte, e non è cosa vitiosa che le colonne sian di parti 9. per esser parte nell'edificio legate con l'altre pietre.

Nos quidem de ornamentis quinque generum ædificiorum, vt de columnis, stylobatis, epistylijs, zophoris, coronicibus, & de portarum nonnullarum varijs diuersisque rationibus, necnon de fenestrarum scapharumque apertionibus, & de membrorum deniq. consimilium generibus in hoc quarto volumine separatim acturos esse à principio instituimus; integrorum ædificiorum vnà cum eorum ordinibus pertractationem in sequentes libros opportuniori loco dilaturi atq. prorogaturi. Verumtamen præsentis voluminis copiæ & vbertati quammaximè intenti, consiliorum nouis rationibus initis, diuersas tam sacrarum quàm prophanarum ædium frontes atque constitutiones hic exponere designareque decreuimus; ut studiosi uidelicet maiorem ex lucubrationibus nostris fructum percipere & assequi possint. Quoniam autem, vt libri huiusce exordio à nobis habitum fuit, columnæ, quæ substrato ædificij pauimento per sese absq. substructionum vllarum ope innituntur, maiori longè, quàm si subiectis stylobatis fulciantur, commendatione dignæ uidentur: illud tamen Architecto nonnumquam accidere potest, vt columnæ eam, quam ipse requireret, crassitudinem minimè attingant, itaque stylobatarum suppositione artifex necessariò indigebit. Ne igitur inopinatus aliquis casus eum imparatum & incautum offendat, subsequentem idcircò designationem, quæ Architecto ad complura ornamentorū genera perficienda quammaximè conducet, consultò hic apposuimus. Eiusque proportio talis nimirum existet, vt apertionis altitudo latitudinis dupla constituatur: Antepagmenta itemq. arcus duodecimam, columnæque sextam ex apertionis ipsius latitudine sibi partem arripiant: Spatium inter vtranque columnam interiectum, dimidiam expleat apertionem: Scapharum latitudines duplicatas columnarum crassitudines æquent, earundemq. altitudines latitudinū duplæ conficiantur: Stylobatæ deinceps in triplicatas columnarum crassitudines extollantur, eorumq. latitudines vnà cum ceteris membris ad præceptiones in ordinis huiusce exordio iam traditas assignatasque reuocentur: Columnæ, basibus capitulisque simul assumptis, nouenarum partium altitudinem petent, regulamque superius traditam persequentur. Epistylio dimidia columnæ tribuatur crassitudo, necnon tantumdem interualli triglyphorum ipsorum frontibus applicetur: at eorum, si capitula insuper addas, altitudines latitudinum duplæ perficiantur. Vnde triglyphis quatuor ad columnarum perpendiculum collocatis, duobusq. triglyphis deinde inter vtrasque columnas sigillatim interiectis, & quinq. triglyphis medijs demum æquissima ratione distributis, mediana omnia interualla perfectissima ratione quadrata conspicientur. Corona postmodum, membraque cætera, quemadmodum initio traditum fuit, instituantur. Fastigij altitudo Vitruuianos modulos excessisse nonnihil uidetur: attamen & huic æqualia, & altiora adhuc in antiquorum operibus fastigia nos sæpiùs certè deprehendimus. Altitudinis autem huiusce ea potissimum ratio existet, ut summæ coronicis interuallo in sex partes æquales secundùm rectæ lineæ extensionem distributo, illarum una fastigij altitudinem, à Cimatio coronæ videlicet usq. ad fastigij eiusdem cacumen, nobis quamprimùm definiat atque designet. Acroteria tandem, quæ in edito loco supra fastigium ipsum collocata pilarum minorum imagines atque similitudines referunt, tales nimirum habebunt symmetrias: vt eorum frontes summis columnarum crassitudinibus æquales existant, & tantundem pariter ipsorum altitudinibus, demptis coronicibus, tribuatur. Medianum tamen acroterium sexta parte amplius, quàm acroteria in lateribus consistentia, in sublime efferetur. Nec columnæ, propterea quòd in partium nouenarum altitudinē eriguntur, vitiosæ improbandæue erunt: cùm partes earum nonnullæ unà cum lapidibus reliquis in ipsamet structura connexæ atque coagmentatæ residean.



DI questa seguente figura il giudicioso Architetto si potrà accommodare a diuerse cose, e transmutarla secondo gli accidenti che gli occorreranno, e massimamente per ornare vna pittura sopra vno altare come al di d'hoggi in molti luoghi d'Italia si costuma: potria anchor seruire per vn' arco trionfale, leuando via il basamento di mezzo, similmente si potria ornar vna porta senza l'ale dalle bande, e con esse anchora. e per ornamento di vna finestra tal volta, o di vn nicchio, o tabernacolo, e cose simili. La sua proportion cosi farà, che l'apertura in latitudine sia diuisa in parti cinque, & vna d'esse sarà la grossezza della colonna, la fascia ouero ricinto dalle bande, e di sopra, e di sotto sia per la metà della colonna: l'altezza dell'apertura sia per sette parti della colonna: e cosi essendo la base e'l capitello per vna grossezza de colonna, essa verrà ad essere di otto parti in altezza, l'altezza del piedestalo sia per tre parti della colonna, e la sua fronte quanto il zocco d'essa colonna, lo Intercolunnio per fianco sia quanto è grossa vna colonna, e ne l'angolo d'esso fianco sia la quarta parte di vna colonna: l'ale dalle bande doue uanno li nicchi sia per vna colonna e mezza: ma il nicchio sarà quanto è grossa la colonna, sia la sua altitudine triplicata alla larghezza: l'altezza de l'architraue sia per mezza colonna, cosi il triglipho sia altrettanto in fronte, ma la sua altezza senza il capitello sia vn quadro, e due terzi; perche ponendo li triglipho dalla destra, e dalla sinistra bãda a perpendicolo della colonna, fra l'vno, e l'altro triglipho metterci cinque metope e quattro triglipho: la distributioni verrà giusta, cioè che i spatij veranno di quadrato perfetto: la corona & il frontespicio, e tutti gli altri membri cosi da basso, come di sopra siano fatti come è detto da principio, e perche i triglyphi de i fianchi si allontanano da i scritti di Vitruuio, benche da gli antichi ne hò veduto su gli angoli, questo sia però a beneplacito de gli Architetti, di farli o di lasciarli, e benche in questo quarto libro non era di mio pensiero fare alcuna pianta, per hauerne a trattar ne gli altri libri, nondimeno a quelle faccie che saranno difficili da intendere, io gli farò la sua pianta per più chiarezza, e satisfattion di tutti.


Sequentis figuræ formam atque dispositionem solerti Architecto ad complura nimirum transferre & aptare licebit: quinetiam illam pro diuersis temporum conditionibus atque opportunitatibus, variam & multiplicem reddere eidem fas erit. Veruntamen ad altaria, quemadmodum compluribus Italiæ locis mos hodie inualuit, picturis insignienda exornandaque præsens commenti genus quamaptissimum fore videtur: Necnon, si medium stereobatem detrahas, triumphalis arcus speciem haud iniucundam exhibebit: Itemque ad portę alicuius ornatum tum absque alarum vtrinque dependentium appositione, tum iisdem ad latera constitutis, summam, ni fallor, opportunitatem præstabit: Postremò fenestris, scaphis, tabernaculis, alijs ue consimilibus condecorandis & venustate quadam afficiẽdis inseruiet atque conducet. Proportio autem talis efflagitatur, vt apertionis latitudine in partes quinque dissecta, earum vna columnarum crassitudinibus metiendis tribuatur; Fasciæ præcinctiones ve, tum quæ latera tum quæ extrema, summam videlicet imamque partem ambiunt atque circundant, dimidias columnarum crassitudines expleant: Apertionis altitudinem septenæ columnarum partes absoluant. Quapropter cùm bases capitulaque simul assumpta simplices columnarum crassitudines æquent, earum perfecta integraque altitudo ex partibus octo certè constabit. Stylobatæ ad tres columnarum partes conscendant, frontesque plinthis columnarum æquales obtineant, Intercolumnia, quæ in lateribus statuuntur, columnæ unius crassitudine finiantur, moxque laterum ipsorum anguli columnæ vnius excipiantur quadrante, Alæ pteromata ue vtrinq. pendentia, scapharum uidelicet perquàm commoda receptacula, columnæ vnius dimidiæque insuper crassitudine terminentur; Scapharumque ipsarum seu concharum apertiones, columnæ vnius crassitudinem sortiantur, earumque altitudines latitudinum triple constituantur: Epistylium deinde ad dimidiæ columnæ crassitudinem attollatur, parque ratio de triglyphorum frontibus esto, quorum altitudines, absque capitulorum tamen adiectione, quadratum, duabus tertijs superadditis, egrediuntur. Vnde triglyphis deinceps dextra læuaque ad columnarum perpendiculum aptatis dispositisque, & inter extremos triglyphos metopis quinque, quatuorque triglyphis medijs consistentibus; distributio iustissima nempe ratione procedet; metoparum etenim spatia mox perfectissima ratione quadrata videbuntur. In corona demum, fastigio, ceterisque tam superioribus quàm inferioribus membris effingendis limetiendisq., regulas iam principiò statutas persequemur. Quoniã autem triglyphi in lateribus vtrinque collocati Vituuianis constitutionibus aduersantur (etsi angulares triglyphos in antiquorum operibus sæpe conspeximus) Architecto, prout ipsi libuerit, vel admittendos eos relinquimus. Verùm etsi in hoc quarto volumine nullas planarum formarum designationes, quas Græci ἰχνογραφίας appellant, cùm in voluminibus cæteris de eis abundè sit nobis disserendum, apponendas ducebamus: attamen si quæ ædificiorum frontes intellectu paulò difficiliores obscurioresque fortefortuna occurrent, ijs, vt facilitati studiosorumque vtilitati pariter consulamus, Ichnographias suas subijcere haud certè grauabimur.






Anchora che gli antichi, per quanto si vede, hauendo posto li architraui sopra le colonne, non li hanno posto altro ordine sopra che il frontespicio, vsando questo tal ordine a i tempij, e non ad altri edifici, non voglio perciò restare di non fare alcun ordine di case senza archi: imperocche se vorremo far archi con li suoi pilastri quadri, e metterci ancora le colonne tonde per più ornamento, e volendo vn portico luminoso, li archi & i pilastri occuparanno assai del lume: ma se vorremo con colonne sole metterci li archi sopra, sarà cosa falsissima: percioche li quattro angoli de l'arco sopra vna colonna tonda passeranno fuori del viuo e però non solo in questo ordine; ma ne gli altri anchora io intendo fare in alcune case o altri edifici senza archi. Questo adunque cosi sarà, che lo Intercolunnio maggiore sia di quattro grossezze di colonna, & il minore di vna e mezza: l'altezza delle colonne sia di parti ix. con le basi, & i capitelli, lo architraue, fregio, e la cornice, & altri membri sian fatti come e detto da principio, l'apertura delle finestre sia per due grossezze di colonna, e la sua altezza sia vn quadro, e due terzi le sue pilastrate la sesta parte del lume, e la cornice disopra accordata con li capitelli, la porta di mezzo sia in larghezza per tre parti di colonna, e l'altezza sia per sette parti, che cosi verra il lume delle finestre, e della porta tutto ad vn liuello, li triglifi, e le metope sian cosi compartite come si vede, e verrà la sua giusta distributione. Il secondo ordine sia minor del primo la quarta parte, cosi l'architraue, fregio, e cornice sia minor del primo la quarta parte minuito per ratta parte, le finestre d'esso ordine sia la sua latitudine quanto quello disotto con tutte le sue pilastrate, li ornamenti de li nicchi siano a perpendicolo delle colonne, e cosi si vani d'essi nicchi siano quanto li vani d'esse colonne e la altezza sua sarà due quadri e mezzo. Il terzo & vltimo ordine sia minor del secondo la quarta parte, e similmente l'architraue, il fregio, e la cornice sia minuito per ratta parte: ma partito per terzo, vna parte si darà a l'architraue, vna al fregio con li modiglioni, l'altra sia per la cornice, ma di questa le particolar misure si trouaranno nell'ordine composto, le finestre saranno tanto in latitudine quanto quelle disotto, ma li nicchi siano minori di quei di mezzo la quarta parte, e l'altezza sua sia due quadri e mezzo: e del resto de gli ornamenti sarà facile da trouare col compasso in mano.


Quanuis antiquiores, epistylijs super columnas impositis, nullum alium superiorem ordinem præter fastigia eis adiecisse conspiciuntur, fastigiatas huiuscemodi frontes ad sacrarum tantummodo ædium, nec ad alterius gen eris ædificiorum ornatum adhibentes: quin tamen aliquas domorum clases absque vllis arcuum circunductionibus hic designemus, haud certè prætermittendum existimamus. Si etenim arcus quadratis pilis, & columnis teretibus insuper maioris venustatis gratia, suffultos extruendos nobis proposuerimus: arcuum pilarumque obstaculis quamplurimum impedientibus, haud multum interioris porticus lumini & claritati consuluisse mehercle videbimur. Sin, columnis tantummodo suppositis, arcus superiores ijs circunducere voluerimus, à recta nimirum ueraque ædificandi ratione desciscemus: quaterni enim arcus ipsius anguli tereti incumbentes columnæ, extra columnæ ipsius solidum nimirum procurrent. Quapropter haud in hoc ordine duntaxat, verùm in reliquis etiam ordinum generibus domos nonnullas, nonnullaque ædificia absque vllis arcuum interpositionibus construere iam animus suadet. Trium igitur classium hic propositarum prima cæterarumque infima ea ratione instituetur, ut maiora intercolumnia quater repetitas columnarum crassitudines expleant, intercolumnia que minora columnæ unius dimidięque insuper crassitudine finiantur: Columnæ, basibus capitulisque simul adiectis, partium nouenarum altitudinem petant: Epistylium, zophorus, coronixque, necnō cætera membra ad principiò iam traditas præscriptasq. dirigantur præceptiōnes: Fenestrarum apertiones in duas columnarum crassitudines pateant, eædemque in quadrati unius duarumque tertiarum insuper altitudinem efferantur: Antepagmenta sextam luminis partem obtineant, summæque coronices columnarum capitulis ad unguem respondeant: Medianæ portæ laxamentum tres, altitudoque septem columnarum partes sibi uendicet: ita nanque fenestrarum angularium, medianæque portæ lumina ad libellam utique statuentur; Triglyphi Metopæque hac, qua intueris, ratione instructæ dispositæque, iustissimam nempe distributionem asequentur. Secundus ordo deinceps atque in medio constitutus, à primo ordine quarta parte deficiat: eademque ratione epistylium, zophorus, coronixque, quæ hic statuuntur, ab illis pro rata portione quarta identidem parte diminuantur. Fenestrarum, quę in secundo hoc ordine patent, laxamenta fenestrarum inferioris ordinis iam expositi unà cùm antepagmentis latitudines persequantur. Scapharum circumambientes ornatus ad columnarum infrà sitarum perpendiculum dirigantur, earumque apertiones minorum intercolumniorum pariter dimensus absoluant, ipsæque postremò ad duorum quadratorum, ac semis altitudinem efferantur. Tertius ordo in sublimi & nouissima sede collocatus, à secundo medium locum obtinente quarta parte decrescat: Et epistylij quoque zophori, coronicisque contracturæ pro rata pariter constituantur. Verùm trimembri diuisione mox adhibita, pars vna epistylio, zophoro mutulisque altera, tertiaque coronici demum assignabitur ac tribuetur. At proprios coronicis huiusce commensus in Composito ordine vberius deinde persequemur. Fenestrarum apertiones, imarum latitudinibus æquales omninò conficiantur. At postremi ordinis huiusce scaphæ à medianis scaphis quarta parte deficiant, eędemque duorum quadratorum ac semis altitudinem assequantur. Cæterorum deinceps ornamentorum moduli atque commensus, circino adiuuante, facillimè quidem inuenientur.





Benche ne l'ordine Toscano nella faccia seconda io habbia dimostrata vna simile inuentione, ma di opera Rustica, questa è, però assai differente da quella, percioche questa loggia o portico, che vogliamo dirlo, vuole essere voltato a botte: ma doue sarano gli archi; sarà dibisogno che si facciano le crociere, si come appare nella pianta qui disotto; perche le colõne nõ potrebbono sostere i fianchi delle botte, e delle crociere, lequali sempre spingono in fuori, sarà necessario sopra ogni colonna ne i fianchi della botte metterci le chiaue di ferro, ma di bronzo sariano più perpetue: e se pur si faranno di ferro, per defensarle della ruggine si potrà vernicarle al fuoco, e cuocerle sopra la vernice, & anco il fasciar di lame di piombo, o di rame quella parte che sarà posta nel muro; darà grande aiuto alla durabilità. Ma la proportion di questa faccia cosi sarà da fare, che lo Intercolunnio maggior sia per quattro grossezze di colonna, & il minore di due: l'altezza delle colonne con le basi e capitelli saranno di sette parti: l'architraue sia tre quarti della grossezza de vna colonna: sopra ilquale sarà menato vn mezzo circolo, la fronte delquale sia per mezza colonna nella parte superiore: sopra gliarchi sia posta la cornice di tanta altezza, quanto l'architraue, fra l'vno e l'altro arco sia fatta vna finestra, e la sua larghezza sarà quanto lo Intercolunnio sott'essa, & il suo ricinto sia quanto la fronte de l'arco: Il Cauetto & il Vuouolo sopra essa finestra, membro della cornice, risaltarà alquanto in fuori sopra le finestre per suo ornamento: la latitudine della porta sarà per due colonne, & aggiunta la quarta parte di più, la pilastrata sua sarà del lume la sesta parte: ma l'altezza del lume sarà, che postoui sopra la pilastrata per supercilio aggiunga fin sotto il tondino de i capitelli: e cosi la forma d'essi sarà per cornice alla porta, & anco alle finestre dalle bande, lequali saranno in luce per due grossezze di colonna, togliendo la misura disopra, e non da basso in questo caso; l'altezza del lume sarà vn quadro e mezzo, e cosi li nicchi saranno della medesima altezza. L'ordine disopra sia minor la quarta parte, in questo modo diuiso, che'l parapetto sopra la cornice sia di altezza di vna grossezza a mezza di colonna: il rimanente sia partito in parti cinque, & vna d'esse sarà per l'architraue, fregio, e cornice: li nicchi con i suoi ornamenti saranno a perpendicolo delle finestre fra gliarchi: ma fatto della latitudine parti cinque, le colonne ne haueranno due parti, l'audazo sarà per lo nicchio, e per le sue pilastrate, la cornice sopra essi nicchi sia quanto è grossa vna d'esse colonne, e le sue basi per mezza colonna, le finestre fra i nicchi saran in luce la quarta parte meno della porta, e saran di doppia proportione: ma del restante de gli ornamenti, per eßer tal opera alquanto mista, si trouarà nel Ionico, e nel Corinthio più chiara, li triglyphi in questa compositione fra l'vn e l'altro non faranno li suoi spatij quadrati perfetti, percioche io attendo a dar sopra ogni finestra, e sopra ogni nicchio tre triglyphi, si come si può vedere nel dißegno apparente, e se altra misura de i membri ci resta: sempre me riporto alla regola data da principio.


Quanuis in superiori Tuscani generis disceptatione haud dissimile commenti genus, rustico tamen opere perfectum atque coagmentatum, iam ostendisse videmur, hoc tamen ab illo, si attenderis, haud parum differre comperies. Præsens enim porticus seu ambulationis structura ex fornicata constat conuersione, at in arcuatis deinde circunductionibus concameratæ testudines erunt constituendæ: quemadmodum ex sequenti patet Ichnographia. At quoniam columnæ fornicum camerarumque latera, quæ semper exterius prominent, sustinere nequaquam valerent: idcircò singulis columnis desuper in fornicum ipsorum lateribus ferreæ subscudes, vel æneæ potiùs, diuturnitatis maioris gratia, sunt inferendæ (eas autem nostri claues appellare consueuerunt.) Quòd si ferreas illas constituere voluerimus, ne à rubigine quandoque exedantur, ad ignem appositæ iuniperi gummi, quam vernicem nuncupamus, erunt vndique perfundendæ, in ipsaque vernice potiùs excoquendæ. Quinetiam si plumbeis æneis ue, laminis capita, quæ intra parietes ingrediuntur, obducerentur, ad diuturnitatem aptiores eædem protectò instructioresque forent. Frontis autem hic designatæ symmetrias tales quidem efflagitamus, vt maius intercolumnium quaternas, intercolumniaque minora binas tantummodo columnarum crassitudines expleant: Columnæ, basibus capitulisque simul adiunctis, ad septem modulorum altitudinem efferantur: Epistylium è singularum columnarum crassitudinibus tres duntaxat sibi vendicet quartas: semicirculoque ei circumposito, frontem seu latitudinem hemicycli dimidijs columnarum in superiori parte crassitudinibus æqualem constituemus. Arcubus deinceps coronix superimposita, parem epistylio altitudinem assequatur: Inter binos arcus fenestræ postmodum interiectæ, substantium intercolumniorum apertionibus æquas omninò latitudines sortiantur; earumque precinctiones, prædictas arcuum frontes seu latitudines imitentur. Scotia & Echinus supra fenestrarum hiatus consistentes, coronicis membra haud vtique contemnenda, ornatus maioris gratia extra nonnihil supra fenestras resilient; Portæ medianę latitudo binas, quarta parte insuper adiecta, columnarum crassitudines occupabit: Antepagmentis sexta luminis pars tribuetur, eiusdemque luminis altitudo ita construetur, vt antepagmentum epistylij loco superpositum ad imos vsque capitulorum astragalos pertingat: & hac nempe ratione capitulorum formę atque dispositiones tum medianæ portæ, tum fenestris ad latera collocatis coronicum vim ac vsum præstabunt. Luminosæ autem lateralium fenestrarum apertiones in summas, nequaquam autem in imas columnarum crassitudines geminatas patebunt, eædemque ad quadrati vnius ac dimidij altitudinem efferentur, Et scaphis tantundem altitudinis pariter assignabitur ac tribuetur. Superior ordo deinceps ab inferiori iamiam exposito quarta parte deficiat, eaque ratione diuidatur, vt pluteus coronici superincumbens columnæ vnius dimidiæque crassitudinē æquet, Reliquoque spatio mox in quinque partes diuiso, earum vna epistylio, zophoro, & coronici pariter ascribatur. Scaphæ seu conchæ, ornamentis simul adiectis, ad fenestrarum, quæ inter arcus mediæ collocantur, perpendiculum statuentur, Latitudineque postmodum in quinque partes distributa, binis columnis vtrinque assistentibus duæ, & scaphis medias sedes obtinentibus, earumque antepagmentis simul tres reliquæ concedentur, Coronix scaphis superinducta, columnæ vnius crassitudinem expleat; Columnarumque bases in dimidiæ columnæ crassitudinem attollantur; Fenestrarum apertiones ad scapharum latera consistentes, à medianę portę latitudine quarta parte deficiunt; earumque altitudo latitudinis dupla esse comperietur. Quod ad cętera denique spectat ornamenta, cùm operis huiusce genus mixtum potiùs quam simplex videatur, ad Ionicum Corinthiumque ordinem vberiorem atque accuratiorē eorum explicationem differemus. In Composito autem hoc opere spatia media inter triglyphos constituta, haud perfecta ratione quadrata conspiciuntur, ei nanque potissimum hic attendimus, vt singularum fenestrarum scapharumq. apertionibus ternos in superiori parte triglyphos assignemus, quemadmodum ex subiecto schemate quiuis intelligere potest. Quòd si proprios membrorum aliorum commensus scire forsitan exoptaueris, ad principiò à nobis traditam præceptionem statim recurres.





E perche tal volta ſarà qualch' vno, che vorrà far vn portico, ouer loggia: ne ſi vorrà priuar della luce, che riceue lo edificio ſotto detti archi: & anco perche, come habbiamo detto in queſto capitolo: è coſa vitioſa il metter archi ſopra colonne tonde; ſi potrà ben far vna colonna quadra con la ſua baſe, e capitello nel modo qui dauanti dimoſtrato: e benche tal figura dimoſtra vna caſa intiera in queſti tre archi, coſa che in vero parche ſia poca, e mal baſtante per vna caſa: queſto nientedimeno è fatto per vno, che haueſſe poco terreno: ma quando il terreno ſarà maggiore, la faccia ſi potrà partire in cinque archi, e tal volta in ſette, che in queſto medeſimo ſuggetto ſtarà ſempre bene. La qual partitione ſi farà, che la großezza di quattro colonne entrino in vn vano: l' altezza della colonna ſarà ſei parti d'eßa con la baſe, e capitello: e ſopra eſſe poſtoui l'arco, la fronte del quale ſarà per mezza colonna, verrà il vano di proportion doppia: ſopra gli archi è da collocar l'architraue, il fregio, e la cornice, l' altezza del tutto ſia per due großezze di vna colonna, e diuiſo in tre parti, e mezza, vna ſi darà a l'architraue, vna e mezza al fregio, & vna alla cornice, degli altri membri ſi oſſeruarà la data regola: la porta ſia larga per due colonne, e la ſua pilaſtrata la ſeſta parte d'eſſa, ma la cornice ſua ſia a liuello de i capitelli fatta dei medeſimi membri, e così accompagnerà le fineſtre ancora: la larghezza dellequali ſia per vna colonna, e mezza, l' altezza ſua ſarà di proportion diagonea; le colonne angolari ſaranno della groſſezza dell'altre, ma ſarà la ſua altezza di otto parti, e mezza. L'ordine ſecondo, che và ſopra queſto ſia minor la quarta parte, le colonne angulari, l'architraue, il fregio, e la cornice ſia minuito la ratta parte, ma le fineſtre ſopra gli archi ſiano della medeſima larghezza de l'altre diſotto, ma ſia la ſua altezza di due quadri, e le ſue pilaſtrate, come è detto dell'altre: lo fregio ſopra eße ſia quanto la pilaſtrata, e la cornice altrettanto, le fineſtre picciole ſopra eſſe ſon fatte per due riſpetti, l'vno è che ſe la ſtantia ſarà di tutta l'altezza, che moſtra di fuori il cielo d'eſſa ſtantia, & anco eſſa ſarà più luminoſa, l'altro riſpetto è che volendo amezare alcuna ſtantia per più commodità; quelle ſeruiriano per la ſua luce. Il terzo ordine ſia minor del ſecondo la quarta parte, e poi fatta d'eſſo cinque parti, vna ſarà per l'architraue, fregio e cornice, partito per terzo, dando vna parte al'architraue, una al fregio, e la terza alla cornice, e nel fregio ſiano compartiti li modiglioni, ſi come ſi vede, la luce delle fineſtre ſarà come l'altre, ma la ſua altezza ſarà la duodecima parte di più, per eſſer più diſtanti dalla viſta; la pilaſtrata ſia come l'altre, e coſi il fregio, e la cornice, li fronteſpici, & i Remenati ſi faranno come è detto più addietro nelle porte Doriche. E per ornare, e per ſeguitare vn'ordine nella ſommità della facciata, ſi potran fare queſti pilaſtrelli, ſi come è compartita queſta faccia, & in quei luoghi, che tornerà più commodo ſi potran far i camini per l'vſcita del fumo, i ſpatij fra le fineſtre, che reſtano bianchi, ſon riſeruati per le pitture ad arbitrio dell' Architetto, & a volontà del padrone della caſa. E per più ſicurtà della fabrica ſarà buon metterci le chiaui, almen per il trauerſo del portico, ne i fianchi delle crociere, nel modo che ſi è detto.

Verùm quoniam illud nonnumquam occurrere poſſet, vt quiſpiã porticum aut ambulationem extructurus lucis, quam interius ædificium à prædictis acubus combibit, aſpectum amittere minimè vellet; & quoniam præterea, vt in Dorici huiuſce ordinis pertractatione à nobis habitum fuit, arcus teretibus columnis impoſiti perquàm vitioſi cenſentur: idcircò nos, ne turpitudinem vllam aut incommodum ſubeamus, quadratas columnas, proprijs baſibus ſubiectis, capituliſque ſuperinductis, quemadmodum præſens patefacit deſignatio, appoſitè conſtruemus. Quamuis autem ſubſequens figura integram ædificij ſpeciem ternis arcubus diſtinctam abſolutamque proponit, quod quidem ſpatium ad ædem aliquam extruendam anguſtius nec ſufficiens omnino eſſe videtur: trina tamen hæc arcuum diſtributio ædificantibus ijs, quibus areæ fines arctiores compreſſioreſque ſtatuti forte fortuna fuiſſent, perquàm commodè inſeruiet. Quòd ſi areæ ſolum latius atque patentius extiterit, tunc frons ædis anterior in quinos, & in ſeptenos arcus nonnumquam, eadem ædificij forma & ſymmetria optimè congruente, diuidetur. Modulorum autem diuiſiones tales utique requiruntur, ut intercolumnia columnarum quatuor craſſitudines expleant: ipſæque columnæ, baſibus capituliſque ſimul adiectis, ad partium ſex altitudinem efferantur: arcubuſque deſuper impoſitis, quorum frontes ſeu latitudines dimidiæ columnæ craſſitudinem adæquabunt, arcuatæ apertiones ex dupla mox conſtabunt proportione. Arcubus epiſtylium, zophorus, coronixque deſuper imponenda ſuccedunt; quorum omnium altitudo ſimul accepta, columnæ unius geminatam craſſitudinem ſibi requiret: Eaque mox in tres partes ac ſemis diſtincta, vna epiſtylio, vna item ac ſemis inſuper zophoro, vnaque demum coronici reddetur. In cæteris membris deinde componendis definiendiſque, præceptionem a nobis alias traditam perſequeris. Oſtij hiatus ac latitudo in duarum columnarum craſſitudinem pateat, antepagmentaque ſextam tantummodo oſtij ſibi vendicent portionem. At coronix ad capitulorum libramentum conſtituatur, & ex ijſdem membris, quibus illa, prorſus coagmentetur: feneſtrarumq. hinc & illinc conſiſtentium coronicibus perbellè utique reſpondebit. Feneſtrarum autem latitudines, columnę vnius dimidięque inſuper craſſitudinem occupabunt; earumque altitudines ex diagonia conſtabunt proportione. Angulares columnæ cæterarum craſſitudinem imitantes, ad partium octo ſemiſque altitudinem erigentur. Secundus ordo deinceps, qui inferiori præexpoſito mox ſuccedit, quarta parte ab eo deficiet: Columnæque in angulis collocatæ, necnon epiſtylium, zophorus, coronixque a conſimilibus inferioris ordinis membris pro rata parte diminuentur: Feneſtrarum ſupra arcus conſiſtentium latitudines ab interiorum feneſtrarum latitudinibus ne minimum quidem diſcedant, at eædem ad duorum quadratorum altitudinem poſtea efferantur: Antepagmentorum eadem cum inferioribus ratio eſſe uidetur: zophorus ſuper antepagmenta conſtitutus, altitudinem antepagmentorum latitudini parem omnino aſſequetur: Necnon coronici tantundem quoque tribuetur. Superiores feneſtellæ duabus certè rationibus à nobis excogitatæ appoſitæque fuerunt: Siue enim interiora cubicula atque conclauia ad eam, quam frons exterior pollicetur, altitudinem educantur; ipſa, ſupremumque cœlum pariter uberiori luce hoc pacto fruentur; Siue habitationem aliquã ſeparare atque diſtinguere commodius eſſe duxeris, ſuperiores cellulæ ab hiſce feneſtellis lumen ſuum haurient atque combibent. Tertius ordo, cui poſtrema ac altiſſima ſedes aſſignatur, ſecundo iam declarato quarta parte minor & humilior conficietur. Quo in partes quinque mox diſtributo, earum vnam epiſtylio, zophoro, coronicique ſimul applicato: ternaria tamen diuiſione confecta, adeò, vt portio vna epiſtylio, altera zophoro, tertiaque coronici demũ æqua ratione diſtribuatur. At in zophoro mutuli, quemadmodum hic intueri fas eſt, quamaptiſſimè collocentur. Feneſtrarum lumina non ſecus hic atque in ſecundo ordine inſtituentur, eo tantummodo diſcrimine intercedente, quòd hic propter maiorem ab aſpectu noſtro diſtantiam atque longinquitatem feneſtræ duodecima parte altiores quàm ibi perficientur. Antepagmenta deinde, quemadmodum ſuperius tradidimus, ad apertionum latera perducantur. Haud ſecus etiam in zophoro, coronice, faſtigijs tum rectilineis tum circularibus, quæ Remenata vulgo appellantur, extruendis rationem in Doricarum portarum conſtitutionibus iam aſſignatam imitabimur ac perſequemur. Vt autem expoſitæ frontis cacumen ſummitaſque ſubiectarum partium ordinẽ concomitetur & conſequatur, acroteria nunnulla æquis interuallis, prout frontis latitudo requiſierit, diſtincta diſtributaque inibi ſtatuentur: Et ad atram fumi caliginem euomendam eijciendamque ſpiracula quædam aptioribus atque opportunioribus locis ibidem adiungentur. Candida illa puraque ſpatia, quæ media inter feneſtras reſident, prout Architecto ædiſque ipſius domino viſum fuerit, picturis inſignienda exornandaque relinquuntur. Quòd ſi fabricæ robori ac firmitati magis conſultum adhuc eſſe uoluerimus, ferreas ſubſcudes (noſtri claues appellant) in tranſuerſa porticu camerarum ipſarum lateribus, quemadmodum alias dictum fuit, ſubſtituere nos utique oportet.




In questa nobilissima città di Venetia si vsa di fabricare in modo molto differente da quello di tutte l'altre d'Italia: perche essendo ella popolosissima, bisogna che il terreno sia stretto, e compartito con gran discrettione, però che non basta, nè è capeuole negli edifici di gran cortili, ne di molti giardini, parlo per la generalità, però che pur si vede in qualche palazzo particolare l'vno, e l'altro: che se ci potessero capire, i lumi delle habitationi sariano maggiori, e da diuerse bande, ilche si ristringe quasi nelle facciate, o nelle piazze che essi chiamano campi, o sopra li canali, o nelle strade, lequali la


Venetijs, celebri qnidem & florentissima ciuitate, perquàm variã diuersamque à cæteris Italiæ regionibus ædificandi consuetudinem obseruari conspicimus: propter ingentem enim hominum eò confluentium turbam ac multitudinem arearum sola angustioribus finibus circunscribi, & æquissima ratione distribui utique conuenit. Nec enim communium ædificiorum angustiæ sinuum laxitatibus, seu hortorum amœnitatibus suscipiendis profectò sufficerent; etsi in egregijs quibusdam & sumptuosis ædibus vtrunque nonnunquam adesse perspicitur. Quòd si subdiuales areæ, hypæthraque huiuscemodi loca ibi constitui possent; interiora cubicula atque triclinia lu

cem

maggior parte sono strette, & anguste: con tutto questo dico, che queste facciate si possono ancor far copiose di lumi, osseruando il fabricare antico nel modo quì dimostrato: il qual sarà, che partito il vano d'vn'arco in due parti, e mezza: vna d'esse sarà per la fronte del pilastro, la grossezza del quale sia per la metà, e la colonna tonda sia altrettanto: l'altezza dell'arco sia due terzi della sua larghezza aggiunti ad essa per la sua altitudine, che sarà vn quadro, e duo terzi, & ancora si potrà fare di due quadri, facendo la colonna vn poco più sottile, & alzar l'arco fin sotto l'architraue, le basi & i capitelli sian fatte, come è detto da principio: la imposta degli archi sia per mezza colonna, seruendosi de i membri di quella, che è al theatro di Marcello dimostrata più a dietro; la porta sotto'l portico sarà in larghezza per tre grossezze di colonna, e sia la sua altezza vn quadro, e due terzi proportionato all'arco: la sua pilastrata sia per l'ottaua parte del lume: la corona sua sarà a liuello de i capitelli; ma aggiuntoui la gola dritta, si farà il frontespicio nel modo che s'è detto, con quella più, e men luce sopra esso, che alla fabrica farà bisogno: e se quella sarà in qualche piazza, o in altro luogo frequentato: si potrà far botteghe nel modo dimostrato, corrispondenti al rimanente della fabrica. Sopra le colonne sia posto l'architraue, e l'altezza sua sarà per mezza colonna: la fronte de i triglifi sia altrettanto, ma la sua altezza sarà tanta, che compartiti essi nel modo dimostrato, li suoi spatij venghino di quadrato perfetto: sopra liquali si metterà la cornice, della sesta parte, maggiore dell'architraue, de i membri particolari sia osseruata la regola data: l'ordine di sopra, sia minor la quarta parte, ma fatto vn zocco sotto le colonne di tanta altezza, quanto vsurparà il sporto della cornice, sia il rimanente diuiso in parti v. & vna d'esse sia per l'architraue, fregio, e cornice, e partito per terzo, vna parte sarà per l'architraue, vna per i modiglioni, l'altra per la cornice, le colonne, che sostengono l'architraue, sarà di 9. parti in altezza, le colonne minori, che sostengono gli archi di mezzo son minori dell'altre la terza parte in grossezza, e così posto le mezze colonne minori appoggiate alle maggiori, il spatio di mezzo, doue è l'arco: sarà duplicato a quei dalle bande. Così posta la cornice, che sostien gli archi sopra le colonne, e fatto il mezzo circolo fin sotto l'architraue di sopra, con quelli occhi da i lati delli archi, la faccia sarà luminosissima, e seruarà il decoro, e così continuando tal'ordine, in quei luoghi doue ci anderan le camere, si potran chiudere i vani di mezzo, e li due dalle bande seruiranno per finestre; nondimeno l'ordine non sarà rotto di fuori, & anco dentro non romperà l'ordine: perche quel luogo chiuso sara per li camini, liquali si dice che si vorrian far sempre fra due finestre, rappresentando la faccia dell'huomo, che le finestre son gli occhi per la luce, & il camino rappresenta il naso, il qual riceue sempre le fumosità.


cem ex varijs partibus nimirum acciperent, & splendidiora utique forent; quod cùm ijs denegetur, hinc lumen uniuersum ferè aut ex plateis, aut ex riuulorum finibus, aut ex communioribus uijs, quæ arctos & angustos calles plerunque obtinere videntur, per frontes tantummodo interiora ædium ingredi, totasque domos obscuriori, imbecilla quadam ratione illustrari contingit. Attamen si antiquorum in ædificando ritus atque consuetudinem, prout subiecta ostendit designatio, persequemur; ædium propositarum frontes hoc pacto, ni fallor, nitidiores atque splendidiores efficiemus. Arcuum singulorum intercapedinibus in partes duas primùm semique diuisis, partium illarum vna pilarum ipsarum frontibus tribuetur, earumq. crassitudines dimidiam partem explebunt, columnarum crassitudinibus tantundem etiam occupantibus. Mox ad arcuatarum apertionum altitudines definiendas accedens, earum latitudinibus duas tertias insuper addito, apertionemq. unamquanque ex integro quadrato, duabus tertijs superadiectis, constantem habebis: Quinetiam si columnas paululum extenuaueris, atque graciliores aliquantulum reddideris, & arcus ad epistylium usque produxeris, apertiones ad duorum quadratorum altitudinem pertingentes nimirum conficies. Basium capitulorumque deformationes ex superioribus præceptionibus deducantur: Arcuum incumbæ dimidias columnarum crassitudines assequantur, membraque eadem prorsus, quæ in Theatro Marcelli superius à nobis ostensa exhibitaq. fuerunt, huc quoque per commodè traducentur: Ostium sub porticu in inferiori parte constitutum, latitudinem triplicatis columnarum crassitudinibus æqualem obtineat, & ad quadrati unius duarumque tertiarum insuper altitudinem, eadem arcus symmetria proportioneque retenta, conscendat: Antepagmenta octauam luminis partem sibi capiant: Corona ad capitulorum libellam statuatur: At Sima deinde adiecta, fastigium ratione superius à nobis habita aptabitur atque extruetur: superneque lux vel cumulatior vel infirmior, prout opus esse duxerimus, demittetur. Quòd si fabricæ anterior planicies ad plateam, vel forum, uel locum alium quemuis celebriorem aspexerit, operariæ tabernæ reliquo ædificio congruæ atque consentientes ex utraq. parte ibidem apponentur. Columnis epistylium superius incumbet, eiusq. altitudo dimidiæ columnæ crassitudinem adæquabit: Triglyphorũ frontibus tantumdem etiam latitudinibus tribuetur; ijdemque ad eã utique altitudinem efferentur, vt ipsis ęqua ratione, quemadmodum ex subiecta constat designatione, distributis, intermedia spatia perfectissima ratione quadrata inde consurgant. His coronix sexta parte, quàm epistylium ipsum, altior succedet. Singulorum autem mẽbrorum moduli atque commensus ex antehabitis præceptionibus deducentur. Superior ordo quarta parte ordine inferiori minor atq. humilior constituatur. At plintho tantæ vtique altitudinis, quanta coronicis est proiectura, superioribus columnis substrato: quod spatij remanet, in partes quinque diuidatur: earumque una epistylio, zophoro, coronicique coniunctim assignetur, tripartitò tamen; adeò vt portio una epistylio, mutulis altera, coronicique postrema tandẽ reddatur: Columnæ epistylium sustinentes, partes nouem in altitudinem educantur: Minorum columnarum, quæ medianis arcubus fulciendis subsistunt, crassitudines tertia parte à columnarum maiorum crassitudinibus contrahuntur. Vnde breuioribus postea semicolumnis ad columnarum maiorum latera vtrinque assistentibus; medianum interuallum arcuata circunductione insignitum, interualla lateralia dupla nimirum excedet proportione. Quapropter coronicibus deinde, quibus intercedentibus arcus columnis suppositis innituntur, extructis, & hemicycliis ad superius usque epistylium productis, necnon oculis quibusdam ad latera perquã eleganter dispositis & collocatis: frons ædis superius & celi iucundissimo lumine affatim splendescet, & magnificum quid intuentibus præseferet. Vnde inceptum hunc ordinem deinceps continuantes ac persequentes, quæcunque locorum spatia cubiculorũ constitutionibus aptiora atque commodiora ducemus, ibi medianas quidem apertiones obstruemus; duoque spatia extrema in lateribus consistentia fenestrarum usum nobis suppeditabunt. Nec tamen exterior aut interior ordinis connexio serieſve quicquã incommodi patietur: mediæ namque illæ obstructiones flammmarum spiraculis scitè admodũ ascribentur. Huiuscemodi enim ignium exhalationes, quas nostri caminos appellant, inter duarum fenestrarum lumina mediæ profectò constituendæ videntur, humani oris situm atque dispositionem potissimum referentes: in quo lucis vsum fenestrarumq. similitudinem oculi, camini verò fumos atque exhalationes suscipientis typum nares inter oculos mediæ obtinuerunt.





Per compartir la ſeguente facciata, ſi diuiderà la ſua latitudine in parti xxij. & vna d'eſſe ſarà per vna colonna: la parte di mezzo frà l'vna e l'altra colonna ſarà di ſei groſſezze di colonna, glialtri ſpatij ſaranno ciaſcun d' eſſi per tre colonne, la fineſtra ſia per vna colonna e mezza: la ſua altezza ſarà due quadri e mezzo: le pilaſtrate per la ſeſta parte del lume: le fineſtre del primo ordine ſian della medeſima larghezza: quelle diſotto per le ſtantie ammezade, che coſi ſi dicono, ſaran d'vn quadro e mezzo: la porta ſarà in latitudine per cinque groſſezze di colonna, accioche le colonne, habbiano il fondamente ſodo: la ſua altezza ſarà vn quadro, e due terzi: de i cunei, e dell'altre legature delle pietre ſi può vedere, e miſurare ſopra il diſſegno: dal baſſo ſotto l'arco della porta fin ſopra la faſcia del primo ordine ſian due groſſezze di colōna. Tutti gli altri ordini ſopra ordini vogliono minuir la 4. parte in altezza: ma in queſto caſo, per mio auiſo, cominciādo la compartition delle colonne ſopra queſto ſodo: vuol ella eſſer di altrettanta altezza, quanto il primo: perciocheſe'l Ruſtico foſſe la quarta parte maggior del Dorico di mezzo, e'l terzo ordine la quarta parte minor del ſecondo, ſaria queſto terzo ordine troppo minuito, e'l primo ſaria di troppo altezza Fatto adunque il primo ordine con la ſua faſcia, ſi farà vn Podio detto Parapetto di tāta altezza, quanto ſia groſſa vna colonna e mezza, ſopra ilquale ſi collocaranno le colonne con quel ordine, che s è detto diſopra: l'altezza delle quali ſarà, che eſſendo l'ordine ſecondo, di tanta altezza quanto il primo, & leuata la parte del Podio: il rimanente ſia diuiſo in parti v. delle quali quattro ſaranno per la colonna, e l'altra ſarà per l'architraue, fregio, e cornice: lequal parti ſaranno compartite come ſtà il diſſegno, oſſeruando la prima regola, e coſi le colonne verranno di giuſta proportione. Il ſpatio di mezzo ſia partito, che le colonelle ſian per la metà delle grandi, e lo ſpatio di mezzo ſia due volte tanto in larghezza, quanto quei dalle bande: liquali ſpatij ſaranno a liuello dell'altre fineſtre, ſopra lequal fineſtre ſi faranno per maggior luce gli occhi come ſi vede: e ſopra li due minor ſpatij di mezzo, o ſe gli farà quel che ſi vede in opera, ouero per più accompagnamento gli occhi medeſimi a tal liuello: e ſe glialtri membri particolari ci reſtano, ſempre ſi hà da ricorrere alla prima regola. Il terzo ordine ſia minuito del ſecondo la quarta parte, cioè tutti li membri per la ratta parte: ma le fineſtre tutte van larghe come quelle diſotto, e coſi la ſua altezza, e glialtri membri ſi potranno col compaſſo diligentemente ritrouare: la eleuation di mezzo, ſenza il fronteſpicio ſarà per la metà dell' altezza del terzo ordine: nel reſtante de i membri, come hò detto, ſempre lo ingenioſo Architetto potrà accommodarſi, e creſcer, e minuir a ſuo beneplacito, e queſta facciata è fatta al coſtume di Venetia.


Vt ſequentis deſignationis frontem æqua ratione partiamur, totam latitudinem in xxiiij modulos primùm diuidemus: Singulæque columnæ, quæ ſenario numero terminantur, modulum vnum ſibi capient; Medianum interuallum duabus columnis vtrinque aſſiſtentibus interiectum, ſenarum columnarum ſibi craſſitudines vendicabit: Reliqua deinde lateralia ſpatia, quæ numero quaternario definiuntur, ternarum columnarum craſſitudines ſigillatim abſoluent. Feneſtrarum latitudines columnæ vnius dimidiæque inſuper craſſitudinem expleant, eædemque ad quadratorum duorum ac ſemis altitudinem erigantur: Antepagmenta ſextam luminis partem requirunt Primi ordinis quidem feneſtræ eandemmet cum ordine iamiam expoſito explicatoque latitudinem ſortiuntur, hoc ſolummodo inter eas diſcrimine intercedente: quòd feneſtræ omnium infimæ, quæ terrenas uidelicet habitationes lumine compleut, quadratę vndequaque eſſe videntur: At feneſtræ intermediæ deinde, quæ reconditis quibuſdam conclauibus inter cubicula ſuperiora inferioreſque cellas conſtitutis lucis præſtant vſuram, quadrati vnius dimidijque explent interuallum. Ianuæ inferioris latitudo, vt ſuperſtructæ columnæ ſolido innitantur fundamento, in quinque columnarum craſſitudines extendetur: ipſaque quadrati vnius, duabus tertijs ſuperadditis, altitudinem petet. Quod autem ad cuneos, ceteraſque lapidum attinet compactiones connexioneſque, moduli ex ipſamet deſignatione facillimè cuiuis innoteſcent. At ab ima arcus ianuæ ipſius circunductione ad ſuperiorem vſque primi ordinis faſciam, duæ columnarum craſſitudines intercedunt. Cæteri deinde, quoquot ſeſe mutuò conſequuntur, ordines ita extruentur, ut ſuperioris àltitudo ab altitudine inferioris quarta parte deficiat. Hic tamen, primam columnarum diſtributionem ſuper ſolidiorem ſtructuram inchoantes, eius altitudinem ad primi ordinis æqualitatem educendam eſſe exiſtimamus: Nanque ſi ruſticus ordo in infima ſede conſtitutus ordinem Doricum in medio reſidentem quartæ partis adiectione exuperaret, moxque tertius ordo à ſecundo mediove quarta item parte deficeret: tertius hic ordo humiliori, & primus immodica certè altitudine foret. Primo igitur ordine iam abſoluto, faſciaque eum circumambiente perducta, podium quoddam tantæ vtique altitudinis, quanta columnæ vnius dimidiæque eſt craſſitudo, mox excitabitur, cui podio columnę ea ſitus atque collocationis, quam ſuprà inſtituimus, ſerie deinde aptabuntur: Ipſæque ad id nempe altitudinis efferentur, ut ſecundo hoc ordine primi ordinis altitudinem omninò adęquante, podij interuallo quamprimùm ablato, quod ſpatij ſupereſt, in partes quinque poſtmodum diuidatur: & quatuor columnarum ipſarum corporibus tribuentur, poſtrema epiſtylij, zophori, coroniciſque ſedibus derelicta. Huiuſcemodi autem partium diſtributiones, ſi rationem ſuperius traditam perſequemur, fœliciſſimè quidem à nobis expedientur: prout ex ſubiecta ſatis, ni fallor, conſtat deſignatione, Columnæque tandem exactam proportionem, & conuenientem ſymmetriam hoc pacto aſſequentur. Medianum ſpatium ea nempe ratione diuidetur, ut minores columellæ columnarum maiorum dimidiæ conficiantur, medianumque interuallum, ſi cum lateribus propinquioribus conferatur, bis in tantundem latitudinis pateat, ſpatiaque hæc ambo in lateribus collocata ad feneſtrarum cæterarum libramentum conſtituentur: quibus feneſtrarum apertionibus propter maiorem luminis claritatem oculi, vt hic apparet, nonnulli in ſuperiori parte effodientur. Minoribus autem ſpatijs, quę vtraque in medio, à latere tamen ſita conſpiciuntur, aut hęc, quę cernis, arcuata oblongioraque lumina ſupernè adijcientur, aut, ſeriei eiuſdem continuandę gratia, oculi cęteris perſimiles ad libramentum ibi perfodientur. Et ut membra omnia quantumuis exigua minutioraque abſoluantur, ad ſuperiorē, quam iam tradidimus, præceptionem ſtatim confugiemus. Tertius ordo poſtremò, qui in ſuprema collocatur regione, ſecundo quarta parte humilior exiſtet, adeò vt membra ſingnla pro rata diminuantur portione, Feneſtrarum omnium hiatus inferiorum latitudines prorſus imitabuntur, propriæque earum altitudines cæterorumque membrorum commenſus, circino adiuuante, facillimè nimirum expedientur. Mediana illa in altum eductio, faſtigio detracto, dimidiam tertij ordinis altitudinem exæquabit. De cæteris membris poſtremò id quod aliàs diximus, repetendum nunc denuò exiſtimamus, perſpicacem uidelicet Architectum, prout commodum ei fuerit, ipſique libuerit, illa modò auctum, modò imminuturum eſſe. Subiectæ autem frontis deſignationem è Veneta ædificandi ratione accepimus, eamque ſatis aptè, ni fallor, hic expreſsiſse uidemur.



Hò dimostrato qui a dietro in due modi come si possan far le facciate delle case al costume di Venetia: ma perche in cotali facciate si dilettano i Venetiani d'alcuni poggiuoli, che sportano in fuori delle finestre, liquali in essa città si chiamano pergoli, e questo fanno per poter più commodamente goder delle acque de i canali, & il fresco che di continuo si sente in quelle: perche per lo più le case loro hanno le facciate sopra i detti canali, & anco per li trionfi, e feste nauali, che spesse volte si fanno in essa felicissima città, prestano gran commodità al vedere, e rappresentano ornamento grāde in esse fabriche, e sono nondimeno cose vitiose, fuor della vtilità delle fabriche, e fuor de l'ornamento: perche ponendole fuori quasi come in aria, non hanno altro sostegno che i modiglioni, e perche anchora quella cosa che non hà il suo posamento stabile, nuoce alle mura, si come preuiddero gli antichi, che non sporsero mai in fuori d'esse sporto alcuno, senon cornice sostenuta da i lor membri, o da i modiglioni, dico che se in tal fabriche vorremo far simili cose con qualche ragione, sarà dibisogno che'l primo muro sia di tanta grossezza, che nel secondo muro ritirato nella parte interiore della casa, ci resti il piano de i poggiuoli, si come si dimostra qui sotto nella pianta: e cosi nella parte di mezzo, il muro dee esser fatto più in fuori, per esser il poggiuol di mezzo più largo di quei dalle bande: & anchor che detto muro di mezzo non si volesse far di tanta grossezza, si potrà però nella parte dentro della casa fare vn'arco di buona fortezza, ilqual sostenga la parte di mezzo, che va però tutta vacua, e di poco peso, e questa pianta s'intende sopra la fascia del Rustico, ilqual serua molto il decoro sopra le acque. Fatto adunque l'ordine primo nel modo dimostrato, la compartition di questa faccia sopra esso si farà, che se la parte di mezzo per la sua latitudine sarà di tre parti, quelle dalle bande sian di tre e mezza, dico dentro da i muri. L'altezza di questo secondo ordine sia quanto il primo, per la ragion detta nella passata carta, e prima si farà il Podio detto parapetto, di commoda altezza all'appoggiarsi: quel che resta sia diuiso in parti cinque, & vna d'esse sarà per l'architraue, fregio, e cornice, sia partito nel modo, che si è detto da principio: la latitudine della parte di mezzo sia partita, che l'aperture doue è il mezzo circolo sopra, sia duplicata a quelle dalle bande, e sia la sua altezza di due quadri: e così posto l'architraue sopra le colonne per sostegno dell'arco; tutte le finestre anderanno a quel liuello, e per più commodità di luce; & anco per ornamento della faccia si faran queglio cchi, & anco le finestre quadre, si come si hà dimostrato. Gliornamenti di molte cose, se per la spesa non si vorran fare di marmi o d'altre pietre: si potrà ben con pittura supplire, imitando il vero con l'artificio. L'ordine terzo sia minuito per la quarta parte al secondo, e cosi tutti i membri, ciascuno in se per la ratta parte, osseruando la regola data nelle cose passate: e benche sopra questo Dorico sia posto il Ionico, cosa che gli antichi han fatta in più edifici, la sua proportione però, e la sua misura si ritrouerà nell'ordine Ionico.


Duas frontium pro ædibus Veneto more constituendarum rationes, in medium hactenus attulimus atque explicuimus. Verùm quoniam Veneti pro ædium ipsarum frontibus Menianis seu Podijs quibusdam, quæ extra fenestras procurrunt prominentque, Pergularumque appellationem sortita fuerunt, magnopere delectantur: idcircò de ijs seorsum pauca conscribere libet. Meniana hæc propterea instituta fuerunt, vt homines ibi degentes tum iucundissimo aquarum recreentur aspectu, tum etiam auras frigidiores, quæ ex riuulis per totam vrbem passim discurrentibus attolluntur, solstitiali tempore captent (pleræque enim Venetarum ędium frontes riuulorum finibus expositæ apparent) tum demum quia ad nauales pompas naualiaque certamina, quæ in ea præclarissima vrbe sæpiùs exercentur, contemplanda, huiuscemodi loca maximam vtique præstant opportunitatem. Adde, quòd ad ornatum & elegantiam ædificiorum quamplurimùm eadem conducere existimantur. Quibus tamen non obstantibus, hasce Menianorum extructiones vitiosas esse, nec ædificiorum vtilitati, nec eorundem forsitan ornatui eas admodum consulere pronuntiamus. Cùm enim huiuscemodi Meniana extra solidum quasi in aere suspensa constituantur, præter mutulos nihil quicquam, quod ea sustentet fulciatque, suppositum habent: Quæ autem firmo stabilique fundamento destituuntur, parietes incommodo ac detrimento sæpius afficiunt, quod antiquorum exemplo confirmari optimè potest. Ipsi nanque, præter coronices proprij membris mutulisve suffultas, haud alia quidem proiecturarum genera extra solidum procurrentia adhibuisse comperiuntur. Attamen si in huiuscemodi Menianis extruendis rationi auscultare voluerimus, primi parietis corticem ea crassitudine efficiemus, ut in secundo pariete deinceps ad ædium interiora magis secedente planicies propositorum Menianorum extructionibus accommodata relinquatur: quemadmodum ex subiecta Ichnographia cuiuis perspicere licet. Quinetiam in mediano interuallo, cùm Menianum ibi in media sede collocatum in maiorem quàm lateralia Meniana latitudinem excurrat, paries prominentior aliquantulum constitui debet. Quòd nisi ad tantam crassitudinem medianum hunc parietem perducendum esse rati fuerimus, in interioribus ædium firmiorem atq; validiorem arcum, cui pars hæc mediana, quæ vacua vndique & leuior existit, superincumbet, substituemus. Præsens autem Ichnographia super rustici ordinis infimam sedem sibi deligentis fasciam, mox aptari accommoradique debet: & mehercle subterfluentibus aquis Rusticus hic ordo perbellè nimirum congruere & conuenire videtur. Primò igitur hoc ordine, vt habitum fuit, iam expedito absolutoque, frontis distributio supra eum deinceps ita collocabitur ac statuetur, vt si medianum interuallum partium trium latitudinem intra parietes ipsos obtinuerit, lateralia spatia deinde partiū trium ac semis latitudinem intra parietes eosdem sibi vendicent. Secundus autem hic ordo, propter rationem superiùs à nobis adductam, ad primi ordinis æqualem altitudinem efferetur; Podiumque iustæ altitudinis ad superincumbentium commoditatem ac vsum inprimis excitabitur: Reliquoque spatio deinceps in partes quinque diuiso, partium illarum vna epistylio, zophoro, coronicique simul æqua tamen, vt suprà iam admonuimus, distributione confecta, tribuetur. Medianæ apertionis, quam superior complectitur hemicyclus, latitudo apertiones utrobique in lateribus consistentes dupla antecellat proportione: eademque duorum quadratorum altitudinem petat. Vnde epistylio postmodum ad arcum fulciendum super columnas imposito, fenestræ cunctæ ad libellam eandem penitus dirigentur. Vt autem tum ædes interiores vberiori lumine compleantur, tum frons ædis exterior elegantiorem aspectum præseferat; oculi illi rotundiores, & quadratarum insuper fenestrarum apertiones, quemadmodū aliàs etiā dictum fuit, in superiori parte constituentur. Quòd si parsimoniæ atq. frugalitati attendentes marmora, insigniorumque huiuscemodi lapidum genera in ædificando adhibere noluerimus: perquàm artificiosis picturis eorum formas speciesque nobis imitari, &, vt ita dicam, æmulari profectò licebit. Tertius ordo in postrema atque altissima sede collocatus à secundo, quem modò exposuimus, quarta parte deficiat, membraque singula pro rata pariter diminuantur portione: in eisque conficiendis ante habitis præceptionibus necessariò erit nobis utendum. Quanuis autem Dorico huic ordini Ionicum antiqui in compluribus ædificijs superposuisse spectantur, ut distinctè tamē ac Methodicè procedamus, Ionici ordinis symmetrias atque commensus separatim posteà explorabimus & persequemur.






Anchora che il giuditioso Architetto, hauendo veduto tante inuentioni nelle cose passate di quest'opera Dorica, saprà seruendosi di quelle accommodarsi a diuersi ornamenti per li camini, doue si ricercherà l'opera Dorica, nondimeno di quest'ordine ne formarò due, vno per il bisogno di vna stántia di buona grandezza fatto fuori del muro con li suoi modiglioni, l'altro per vna stantia mediocre o picciola, tutto nella grossezza del muro: perche vna stantia mediocre o picciola saria tal volta occupata da vn camino a modiglioni, & anco perche sopra essa ci potrebbe andare vn'altro camino, che della medesima canna due fuochi si potran seruire, quello disotto sarà neceßario, sia tutto nella großezza del muro: ilperche se d'opera Dorica si hauerà da fare, constituita al'ltezza de l'apertura secondo l'altezza della stantia come a l' Architetto parerà: sia detta altezza diuisa in quattro parti e mezza, & vna d'esse sia la fronte della pilastrata, ma l'architraue sarà per la metà: il quadretto ouer regolo, che ricinge intorno, sia la settima parte, e così tutti glialtri regoli sian della medesima larghezza: le fronte de i modiglioni, e de i trigliphi sia per la metà dell'architraue, ma la sua altezza sarà, che fatta la larghezza del camino quanto sarà il bisogno della stantia, e posto li modiglioni sopra le pilastrate nel modo che si vede; il spatio di mezzo sia partito nel modo che si vede, che li spatij frà l'vn trigliphо e l'altro sian quanto l'architraue, sia la sua altezza di altrettanto: & a questo modo li spatij saranno di quadrato perfetto cosa che stà bene, e li trigliphi verranno di doppia proportione cioè di due quadri: ma gli spatij angulari fra i modiglioni non potran venire di perfetta quadratura, li capitelli de i trigliphi, e de i modiglioni, liquali da se si dicono modiglioni, l'altezza sua sarà per la metà d'esso modiglione. La corona con la Scima, & il Cimatio sia la sua altezza quanto l'architraue, e fatto di quella due parti eguali, vna sarà per la corona, e del rimanente fattone tre parti; vna si darà al Cimatio col suo quadretto, lo auanzo sia per la Scima, & il quadretto suo: il Sporto della corona così sarà: che'l fondo d'essa venga frà l'vn trigliphо all'altro di vn quadro perfetto, acciоche volendosi in eßo fondo sculpire alcuna cosa, che tal spatio sia capeuole di tal cosa la proiettura ouer sporto della Scima, e del Cimatio sia quanto la sua altezza: li ornamenti sopra la cornice si faranno a beneplacito dell'Architteto, & anco si può far senza. Queste misure date, se l'opera sarà mediocre o grande, torneran bene, ma s'ella sarà di picciola forma per vna stantia picciola, si haranno da fare le pilastrate in fronte per la settima parte dell'altezza del vano, e così tutti glialtri membri proportionati a quelle con la regola data disopra.

Quanuis sapiens Architectus: tot Doricorum operum formis atque rationibus, quas hactenus recensuimus, conspectis, eas ad ignium quoque spiracula, quæ ex Dorico item opere deducuntur, extruenda exornandaque traducere poßit: attamen duas spiramentorum huiuscemodi formas è Dorico ordine acceptas depromptasque nunc afferemus; quarum altera ampliori cœnaculo inseruiet, & extra muri ipsius crassitudinem, mutulis adhibitis, statuetur; altera verò mediocri vel exiguo cubiculo potius vsui futura videtur, totaque in interiori parietis crassitudine collocatur. Hæc enim minorum seu mediocrium cubiculorum genera fornacibus mutulorum extructis apparatu nonnunquam impediri occuparique contingit. Nec non id adde præterea, quòd super huiuscemodi cubicula fornaces aliæ superiores constitui possent, Vnde meatu eodem focis duobus tunc communiter inseruiente, focum inferiorem intra muri crassitudinem totum consistere necessariò oportebit. Quapropter si è Dorico genere propositi operis extructio erit à nobis petenda, apertionis altitudine pro cubiculi ipsius captu ac magnitudine ad Architecti libitum definita, in partes quatuor ac semis primùm ea diuidetur: ipsarumque vna antepagmentorum frontibus assignabitur, epistylioque dimidia pars tantummodo tribuetur. Quadra seu Regula circuncurrẽs septima parte definiatur: necnon Regulæ cunctæ, quotquot fuerint, eadem prorsus latitudine terminentur. Triglyphorum Mutulorumq; frontes, dimidiam epistylij latitudinem assequantur: eorumque altitudines ita accipientur, vt foci latitudine ad cubiculi magnitudinem ambitumque præscripta, mutulisque super antepagmenta, quemadmodùm hic cernere fas est, aptatis compositisque; medianum spatium deinde, prout subiectum ostendit exemplar, ea ratione diuidatur, vt spatia inter triglyphos constituta ad epistylij æqualitatẽ redigantur, & in eandem pariter altitudinem efferantur: adeò vt spatia intermedia perfectorum quadratorum formositatem ac elegantiam imitabuntur, triglyphique duplam proportionem, ex duobus quadratis videlicet constantem, obtinebunt. At spatia, quæ in angulis sita & inter mutulos collocata spectantur, exactam absolutamve quadratorum perfectionem mehercle nequaquam attingent: Triglyphorum Mutulorumque capitula, dimidias mutulorum ipsorum latitudines sortientur. Coronix, Sima atque Cymatio simul acceptis, parem epistylio altitudinem consequetur: Qua in duo æqua segmenta diuisa, vna coronæ applicabitur ac tribuetur: Mox eo, quod superest, in tres partes distincto, vna Cymatio regulæque ipsius condonabitur, duabus cæteris Simæ & eius regulæ simul distributis. Coronicis proiectura sic vtique instituetur, vt pars eius ima inter binos triglyphos collocata perfectum absolutumque imitetur quadratum; vt si fortè scalpturis pars ea illustranda exornandaque videatur, spatij propositi magnitudo id nobis affatim concedat permittatque. Simæ atque Cymatij proiectura, eorundem altitudinem æquet. Ornamenta coronici in superis partibus succedentia, ad Architecti libitum apponentur: quinetiam partes illæ superiores, absque ulla ornamentorum adiectione, simplices puræque ab eodem constitui poterunt. Verùm illud inprimis te admonitum volumus, quòd moduli hucusque à nobis traditi atque præscripti operibus, dummodò mediocri aut ampla magnitudine fuerint, egregiè quidem respondebunt. At si pusilla, cubiculorumque angustijs accommodata eadem extiterint, antepagmentorum frontes ex apertionis totius altitudine septimam partem accipient: membraque cætera deinceps antepagmentorum proportionem ac symmetriam, superioribus adhibitis præceptionibus consequentur.



Questo camino fuori del muro così è da fare, che secondo la capacità della stantia, fatta la conueniente altezza e larghezza, sia misurata tal altezza dal suolo fin sotto l'architraue in parti quattro & vna d'esse si darà a l' architraue, fregio, e cornice, partiti tai membri con la regola data da principio: e benche questa figura dimostri tai membri di maggior altezza: questa causa dalla vista più bassa, che per veder tal opera di sotto in sù, l'occhio ne abbraccia più delle date misure. La fronte de i modiglioni sia della sua altezza la settima parte, e'l capitello per la metà di essa fronte; e sia partito come è detto del capitel Dorico, la grossezza di questo modiglione nella parte di sotto alcuni lo minuiscono la quarta parte, perciochè l'piede si allarga in fuori quella parte di maniera, che il zocco sotto'l piede viene ad essere in latitudine quanto la parte disopra. Ma se anchora tal modiglione lo vorrai fare tutto di vna grossezza, io loderò questo in vna opera grande: percioche da se quella parte, che si ritira più verso'l muro, si allontana più dalla vista, e da se par che minuisca. E perche quella parte che riceue il fumo, che va sù piramidale, in vna grande altezza non saria grata all'occhio, si potrà fare quest'ordine sopra la prima cornice, e di più e meno altezza che all'Architetto parerà, & anco secondo l'altezza della stantia. E questi tai termini si possono tenere in vna forma grande: ma se di mediocre, o picciola forma questa si hauerà da fare, sia la sua altezza dall' architraue al suolo diuisa in parti cinque, & vna sia data all'architraue, al fregio, & alla cornice con la medesima regola, che disopra s'è detto: e così l' altezza della fronte del modiglione sia la nona parte, & anco il capitello per la metà d'essa, e così questa in forma mediocre, o picciola tornerà più gratiosa. E questo dico per esperientia, che hauendone fatto fare alcune di forma picciola per camere, & osseruata la regola prima; sono dette opere tornate troppo sode, ma con questa seconda regola le forme picciole tornano più grate, e più gentili-

Focus hic propositus extra parietis crassitudinem ita constituetur ut eius altitudine latitudineque pro cubiculi ipsius captu dimensa ac definita, altitudo, à solo videlicet ad epistylium vsque, in partes quatuor diuidatur: earumque vna epistylio, zophoro, coronicique simul assignetur, æqua, prout superius tradidimus, horum membrorum distributione confecta. Quanuis autem in præsenti designatione membrorum horum altitudines modulos à nobis iam præscriptos excedere videantur, excessus tamen huiusce ratio in aspectum infernè collocatum conijci debet; Oculus nanque propositum opus ex inferna suscipiens regione, præter iam assignatos modulos,ampliùs quiddam profectò complectitur ac comprehendit. Mutulorum frontes septimam altitudinis partem explebunt, capitulaque dimidias mutulorum eorundem frontes adæquabunt, ipsaque, prout superiùs in Doricorum capitulorum pertractatione habitum fuit, diuidentur. Imas quidem mutulorum horum crassitudines nonnulli quarta parte diminuendas existimarunt: Cùm enim pes inferior in quartam partem extendatur posteà ac dilatetur, plinthum pedi substratum latitudinem parti superiori prorsus æqualem assequi tandē contingit. Quòd si totum mutuli ipsius corpus æquè crassum efficere volueris, hoc in ampliori aliquo opere quammaximè certè nobis probabitur: pars enim inferior cùm ad parietem magis inclinet, ab aspectuque nostro longiùs secedat, contrahi aliquantulum atque diminui profectò videbitur. Quoniam autem in immodica altitudine pars illa foci, quæ fumum excipit ascendentem, & in pyramidis formam attollitur, aspectui iniucunda & insuauis existeret; primæ coronici presens structurę, quam hic designauimus, species tunc superaddi commodè posset: quæ, prout Architecto libuerit, cubiculique ipsius altitudo efflagitauerit, in altum modò maior modò minor insurget. Et hæ quidem præceptiones institutaque in ampliori aliquo opere constituendo diligentius obseruabuntur. At si opus pusilla mediocrive forma conficiendum nobis proposuerimus, diuersa quadam tunc incedemus ratione. Altitudinem ab epistylio ad solum usque in partes quinque diuidemus: earumque unam epistylio, zophoro, coronicique simul regulam superiùs traditam persequentes tribuemus. Mutulorum frontibus nonam altitudinis partem tantum modò concedemus, Capitulaque dimidias mutulorum frontes explebunt. Et hæc ratio utique mediocribus exiguisve operibus quamplurimum uenustatis adijciet: quod quidem usu atque consuetudine edocti, uerum esse asseueramus. Cùm enim opera huiuscemodi nonnulla minoribus formis pro cubiculorum angustijs designata à nobis fuissent, prioremque regulam in eis constituendis essemus persecuti, solidiora profectò crassioraque opera mox euaserunt, At superiori illa præceptione in hanc, quam nouissimè attulimus, permutata, opera & aspectui iucundiora & venustiora mehercle reddidimus.



DEL'ORDINE IONICO, E DEI SVOI *ornamenti.* Cap. VII.

Di quest'opera Ionica Vitruuio tratta nel quarto libro al primo capitolo: laqual generatione gliantichi tolsero dalla forma matronale, e la dedicarono (come s'è detto da principio di questo libro) ad Apolline, a Diana, & a Bacco Ma noi Christiani, se haueremo a far alcun tempio sacro di quest'ordine: lo dedicaremo a quei santi, la vita de iquali sia stata frà'l robusto & il tenero: e cosi a quelle sante, che di vita matronale saranno state. E se alcun edificio, o publico o priuato si hauerà da fare ad huomini litterati, e di vita quieta, non robusti ne anco teneri: si conuerrà a lor quest'ordine Ionico, & anco se per matrone si hauerà da fare cosa alcuna, questa maniera sarà conueneuole, hora veniamo alle misure e proportioni di questa spetie. La colonna Ionica per regola generale si farà di otto parti, con la sua base, & il capitello, anchora che Vitruuio la descriua di otto e mezza; tal volta si farà di noue, e di più, secondo i luoghi, e le compositioni de gliedifici: ma questa come ho detto si dee far di otto parti, vna delle quali sarà la sua grossezza da basso, e cosi la sua base si farà per la metà d'essa grossezza, laqual base Vitruuio la descriue diligentemente, nel iij. libro al iij. cap. in questo modo, che detta base sia per la metà della colonna, ma il Plintho sia per la terza parte d'essa, leuato'l Plintho, del rimanente sian fatte sette parti, tre di quelle si daranno al Toro, che quattro saran per le due Scotie, e li suoi astragali, & i quadretti in questo modo, che le dette quattro parti sian diuise egualmente, e ciascuna d'esse parti hauerà vno astragalo con li suoi quadretti, lo astragalo sia l'ottaua parte, & il quadretto per la metà d'esso astragalo: e benche ciascuna Scotia sarà d'vna altezza nondimeno quella disotto parerà maggiore per la proiettura sua, che spanderà più in fuori dell'altra: la proiettura detta Sporto sarà da ogni banda l'ottaua, e sestodecima parte, e cosi il plintho sarà per ogni lato la quarta, e l'ottaua parte di più, con la grossezza della colonna, e perche il quadretto sotto il Toro è occupato da tanta grossezze d'esso Toro, a me pare ch'ei si debba far due volte maggior de glialtri, osseruando in tutti i membri quella discrettione, che nella base Dorica si è detto.

DE IONICO ORDINE, PROPRIISQVE IPSIVS ornamentis, Cap. VII.

De Ionico quidem opere Vitruuium quarto volumine capite primo doctè copioseque differentem habemus: hancque ædificandi rationem veteres è matronali forma deduxisse memorantur: Ionicasque ædes, quemadmodum libri huiusce exordio traditum à nobis fuit, Apollini, Dianæ, & Baccho dedicare olim solebant. At nos, qui Christianam profitemur religionem, si templum ex hoc ordine depromptum exædificauerimus, sanctis ijs nimirum, qui nec seueram omninò nec molliorem, sed mediam quandam vitam traduxerunt, mox ipsum applicabimus atque addicemus: itemque sanctioribus illis fœminis, quæ matronale viuendi genus complexæ olim fuerunt sacras huiuscemodi ædes deuouere nobis licebit Quòd si publicum fortasse priuatumve ædificium doctissimis uiris, qui in otio degentes nec horrido omninò nec lautissimo prorsus, sed medio quodam uiuendi genere delectantur, construendum nobis proposuerimus, ad Ionicam hanc ędificandi consuetudinem statim confugiemus. Quinetiam si matronis Architectonicum aliquod opus erit assignandum à Ionicis moribus atque institutis nequaquam desciscemus. Verùm de his aliàs, nunc propositi ordinis modulos persequamur. Columnarum Ionicarum præceptum illud communissimum inprimis solet afferri, vt eæ, basibus capitulisque simul adiunctis, ex octo partibus constituantur, quanuis Vitruuius octo partibus ac semi eas definierit: Quinetiam ex nouem quandoque, & ex pluribus partibus nonnunquam, pro uarij nempe locorum atque ædificiorum rationibus, eædem constabunt. At nos, vt iam admonuimus, Ionicæ columnæ modulos octo assignandos censemus, quorum modus ac terminatio ab ima columnæ ipsius crassitudine capietur. Basis igitur dimidiam columnæ crassitudinem adæquabit: quam quidem basim à Vitruuio libro tertio capite tertio perquàm accuratè descriptam comperimus, isque descriptionis totius sensus existit. Basis in dimidiam columnæ crassitudinem assurgat: plinthus tertiam sibi uendicet crassitudinis portionem. Basis in dimidiam columnæ crassitudinem assurgat: Plinthus tertiam sibi vendicet crassitudinis portionem. Quo dempto reliquum in partes septem distinguatur: quarum tribus toro ascriptis, quatuor reliquæ duabus scotijs, earumque astragalis & regulis ea ratione distribuentur: vt partibus hisce quatuor in duo æqua segmenta diuisis, eorum utrunque astragalum vnà cum regulis pariter sortiatur. Astragalus octaua parte scotiæ terminetur, & regula dimidio astragalo æqualis constituatur. Quanuis autem scotiæ ambæ eandem altitudinem prorsus attingant, scotia tamen interior cùm vehementiorem quàm superior prominentiam & proiecturam exteriorem obtineat, maior quoque & amplior quàm illa intuentibus apparebit. Basis proiectura octauam & decimamsextā crassitudinis columnæ ipsius expleat portionem: itaque plinthi vndequaque latitudo columnæ totius crassitudini quartam & octauā partem insuper addet. At quoniam Regula sub toro constituta ab immodica tori ipsius crassitudine obscuratur & quodammodo obtenditur, eam regulis cæteris duplo maiorem idcircò nos vtique efficeremus: & in membris singulis effingendis, prout in Dorica basi iam admonuimus, summam certè æquitatem atque dexteritatem adhiberemus.

Torus superior, vulgò Baculus seu Orbiculus


Quadra, aliter Limbus aut Regula

Scotia seu Trochilus, vulgò Capetum

Astragalus, vulgò Orbiculus


Scotia.

Plinthus, vuulgò Soccus.



Perche la base Ionica, descritta da Vitruuio, non satisfa alla maggior parte de gli huomini, e per esser il toro molto grande, e poi gli astragali molto piccioli sotto così gran membro per il giudicio di molti intelligenti, che più volte sopra tal cosa hanno disputato: con gran riuerentia, e molto rispetto d'vn tanto autore, ne formarò vna secondo il mio parere: fatto adunque lo plintho, come è detto dell'altra; il rimanente sia diuiso per terzo, & vna parte si darà al toro, l'altra sotto il toro, partita in parti sei, vna d'esse parti sarà per lo astragalo, il suo quadretto sia per la metà d'esso astragalo: il quadretto sotto'l toro sia quanto l'astragalo: il rimanente sarà per la scotia detta trochilo, ouero cauetto: la terza parte restante sia diuisa in sei parti, vna sarà l'astragalo, & il suo quadretto per la metà d'esso astragalo, & altrettanto sia il quadretto disotto sopra'l plintho: il rimanente sia per la scotia di sotto: la proiettura sia come è detto dell'altra, e sia fatta nel modo, e con quelle linee che è quì sotto dimostrato.


Verùm cùm Ionica basis à Vitruuio tam eleganter descripta, tum propter immodicam tori crassitudinem, tum etiam propter astragalorum sub eo existentium tenuitatem gracilitatemq; plerisq.nunc minimè satisfacere videatur; quinetiam doctissimos viros complures, quorum de hac re colloquentium disputationibus sæpius interfuimus, sibi aduersantes infestosque habeat: idcirco nos tanti viri veniam pacemque præfati basim aliam, prout nostra fert sententia, superiori fortasse moderatiorem & castigatiorem in medium nunc proponemus. Plintho igitur, quemadmodum suprà iam habitum fuit, constituto, quod superest deinde, in tres partes diuidatur: earumque una toro superiori attributa, altera sub toro mox collocata in sex partes distinguatur: quarum una astragalo condonetur, regulaque inferior dimidium astragalum sortiatur; at regula superior, quæ toro mox subest, ad astragali æqualitatem efferatur: Vnde quod reliquum extat interualli, Scotiæ, quam Trochilum Orbiculumve alij appellant, necessariò continget. Pars tertia demum, quæ nobis superest, in sex partes item diuellatur: quarum una astragalo assignetur, dimidiaque astragali portio regulæ eum mox consequenti applicetur: necnon regulæ inferiori, quæ plintho superior imminet, tantumdem tribuatur. Quod autem remanet, inferiori scotiæ reseruabitur. Proiectura denique modulos à Vitruuio suprà iam traditos atque statutos minimè egredietur: & linearum, quas subiecimus, ductu, necnon ratione, quam subscriptam intueris, obseruata, ad exitum commodè perducetur.



Il capitello Ionico si farà a questo modo, la sua altezza sia per la terza parte della grossezza della colonna, e la fronte dell' abaco sia in latitudine quanto l'imoscapo della colonna: ma diuiso in parti xviij. gli sia poi aggiunto per li due lati vna parte, cioè mezza per banda, che saranno in tutto parti xix. ma ritirato nella parte interiore vna parte, e mezza per banda, sia menata vna linea detta cateto, laqual sarà parti ix. e mezza che vien a esser la metà della latitudine d'esso capitello, partita in esse parti ix. e mezza dellequali vna e mezza sarà per l'abaco fatto nel modo, che all' Architetto parerà, o nella destra, o nella sinistra banda, che ambedue sono antiche, le otto parti, sotto l'abaco saranno per la voluta detta Viticcio da gli thoscani, & altri la dicono Cartozzo. E perche in questa così picciola figura, e massimamente nell' occhio, saria difficile a metterci i numeri, e'l modo di farla, nella seguente carta piu chiaramente dimostrerò in scritto, & in dissegno, & anco dimostrero il modo di far le strie d'essa colonna cioè le canellature, e si vederà dissegnato il fianco d'esso capitello. Ma la colonna, s'ella sarà da piedi xv. in giù, sia minuita la sesta parte nella parte superiore, con quella regola, che nel Thoscano s'è data per tutte le colonne, e s'ella sarà da piedi xv in su fin a piedi xl. leggi Vitruuio nel terzo libro al ij. capitolo, che diligentemente lo dimostra.

At in Ionico capitulo deinde formando effingendoque hac ratione vtique procedemus. Ad tertiam crassitudinis columnæ partem capitulum efferemus, Abacique frontem imo columnæ ipsius scapo latitudine parem constituemus: Eoque in partes xviij diuiso, ad ambas laterum extremitates pars vna insuper adijcietur, ita ut lateri vnicuique pars dimidia seorsum obueniat atque contingat, partesq; omnes simul acceptæ xix numero existant. At spatio hoc parte vna dimidiaque insuper vtrinque ad interiora contracto, linea partium nouem ac semis, quanta videlicet est Abaci ipsius latitudo, ad perpediculum demittetur, quam quidem Vitruuius catheton appellare consueuit, nouenisque partibus mediaque insuper ibi signatis, pars vna cum dimidia Abaco tribuetur: quem quidem Architecto, prout ipsi magis libuerit, tam ad læuam quàm ad dexteram (ambo enim Abaci hic designati latera ex antiquorum operibus certè deprompta fuerunt) formandum atque perficiendum relinquimus. Partes octonæ, quæ sub Abaco collocantur, Volutæ, quàm nonnulli appellant, deinceps inseruient. Quoniam autem hic propter volutæ, oculique præsertim exiguitatem numerorum appositio, eiusque constituendæ modus ratio que perquàm obscura atque intellectu difficilis esset: idcircò & vberiorem eius explicationem, & clariorem eiusdem latioremque designationem in sequentem paginam mox differemus, necnon quopacto sulci seu canaliculi, quos strias Architecti frequenter appellant, in columnarum truncis perducendi videantur, ibidem ostendemus: quinetiam lateris ipsius capituli typum legentium oculis subijciemus. Columna autem, si eius altitudo infrà quindenos pedes extiterit, sexta quidem parte in summo contrahetur atque diminuetur, ea præceptione, quàm de Tuscano ordine agentes superiùs tradidimus, ad columnarum omnium conformationes adhibita. Quòd si eæ pedes quindenos excesserint, & ad pedum quadragenum altitudinem usque excreuerint, quid tunc erit agendum, inquies? Vitruuium libro tertio capite secundo de hac re vberrimè pertractantem consule.

Abacus




Summus Scapus columnæ Cathetus Imus Scapus Columnæ.


Formata che ſarà parte del capitel Ionico come ho dimoſtrato, ci reſta la voluta, laquale ſi farà coſi. La linea detta cateto ſotto l'abaco ſia diuiſa in otto parti dall'abaco in giù: delle quali vna ſarà per l'occhio, e quattro parti rimarranne ſopra l'occhio, e tre parti di ſotto dall'occhio, che in tutto vengono a eßer otto. L'occhio ſia diuiſo in parti ſei, e poſto li numeri come ſi vede nella figura: ſi mette vna punta del compaſſo ſopra il numero 1. e l'altra punta ſotto l'abaco, circuendo in giù fin al cateto, e li fermãdo la punta del compaſſo, e l'altra mettendo ſopra il numero 2. e circuendo in ſu fin al cateto, e lì fermar vna punta del compaſſo, e l'altra mettere ſopra il numero 3. e circuendo in giù fin al cateto, e li fermare vna punta del compaſſo, e l'altra mettere ſopra il numero 4. e circuendo in sù fin al cateto, e lì fermare vna punta del compaßo, e l'altra punta mettere ſopra il numero 5. e circuendo in giù fin al cateto, e lì fermare vna punta del compaſſo, e l'altra punta ponendo ſopra il numero 6. e circuendo in sù, verrà a congiungerſi con la linea circolare dell'occhio, nel qual occhio formata la voluta, dalla deſtra, e dalla ſiniſtra banda ſe gli farà vna roſetta di baſſo rilieuo per ornamento. Ma nota quì Lettore che molte coſe ſon quelle che theoricamente mal ſi poſſon dimoſtrare, ſe'l prudente Architetto non ſi aiutarà con la prattica, hauendo però il principio dalla theorica: e però hauendoti dimoſtrato theoricamente il modo di fare la voluta; ci rimane hora da fare la ſua cinta ſegnata B e farla diminuire proportionalmente come la voluta. Il modo di fare queſta cinta è queſto che la detta cinta ſia larga per la terza parte dell'occhio ciò la parte B ſotto l'abaco, e nell'occhio frà'l numero 1. al numero 3. ſia poſta vna punta del compaſſo, e l'altra punta ſotto la cinta, circuendo in giù fin al cateto, e lì fermare la punta del compaſſo, e metter l'altra punta frà'l numero 2. al numero 4. e circuendo sù fin al cateto, e lì fermata la punta del compaſſo, e l'altra punta ſia poſta ſopra il numero 1. e circuendo in giù al cateto, e lì fermare la punta del compaſſo, e l'altra mettere ſopra il numero 4. e circuendo in sù fin al cateto, e lì fermare la punta del compaſſo, e l'altra mettere ſopra il numero 5. e circuendo in giù fin al cateto, e lì fermare la punta del compaſſo, e l'altra metter ſopra il numero 6. circuendo in sù ſi congiungeranno le linee alla ſommità dell'occhio: e queſta coſa (come hò detto) conſiſte più nella prattica, che nell'arte, perche il farla diminuire e più e meno ſta nella diſcretion dell'Architetto in mettere la punta del compaßo vn poco più alto, ò vn poco più baſſo. La miſura ò larghezza di queſta cinta non ſi ſara ſempre a vn modo: ma ſe'l capitello ſarà di buona grandezza, la cinta ſtarà bene della quarta parte dell'occhio, ſe ſarà di mediocre grandezza, la cinta ſtarà bene della terza parte dell'occhio, ſi ſarà di picciola forma, la cinta ſi potrà fare per la metà dell'occhio, e queſta ſarà ſempre alla volunt del giudicioſo Architetto, perche nelle antichità quante volute io hò vedute, tutte ſon variate, e di miſure, e di opere; le altre particolar miſure, ſi poſſon comprender chiaramente, e col compaßo in mano miſurar il tutto. Le ſtrie della colonna, dette cancellature, ſaranno xxiiij. & vna d'eſſe parti ſia partita in parti cinque, quattro ſi daranno al canale, & vna ſarà il ſuo piano: e coſi dall'vno all'altro piano ſi menarà vna linea retta, il mezzo della quale ſarà il centro d'eſſa canelatura, ma ſe tal volta per la ſottigliezza vna colonna ſi vorra far parer più großa, le ſtrie ſaranno xxviij. percioche la linea viſiua dilatandoſi per più numer di canali ſi viene ad allungare e far parer quella coſa maggior, che non è con l'artificio. L'abaco di queſto capitello come hò detto, è tanto nel fianco, quanto nella fonte, ma il fianco è queſto quì a canto ſegnato A, il qual è compagno di miſura, e di proportione a quel della paſſata carta. Diſcreto Lettore io hò condotta queſta voluta a quel termine, che il mio debile ingegno ha potuto per eſſer il teſto di Vitruuio difficile da capire, e maſſimamente che la figura di queſta inſieme con altre coſe belle eſſo autore le promette nell'vltimo libro, il quale non ſi ritroua, e ſopra di ciò ſono diuerſe opinioni. Molti dicono che al tempo di Vitruuio erano alcuni Architetti ignoranti, più fortunati, che intendenti, come ancora ne ſono a tempi noſtri, perche la proſontione ſorella della ignorantia ha tanta forza fra la moltitudine di quei che non intendono, che i ſapienti rimangono ſuppedditati a quei tali, & in poca ſtima tenuti, e che per tal cauſa Vitruuio non voleſſe dare al publico queſta tal coſa per non inſegnare à gli emuli ſuoi. Altri dicono che queſte coſe erano tanto belle, e di tanta ſodisfattione, che furono ritenute appreſſo di i coloro che furono poſſeßori de i ſuoi ſcritti. Alcuni altri hanno voluto dire che le figure erano tanto difficili, e da ſcriuere, e da mettere in dißegno, che l'autore ſi rimaſe di non le fare, ne i ſcritti ſuoi, ma queſta ragione vltima io non affermo, perche Vitruuio fù tanto intendente, ſi come ne fanno fede li ſcritti ſuoi, che ei non haueria ſcritto coſa che non haueſſe inteſa, e per ſe, e per inſegnarla ad altri.

Capituli Ionici parte, quemadmodum ſupra iam demonſtrauimus, perfecta & expedita, ad volutæ circinationes conuolutioneſque formandos effingendaſque nunc accedamus. Eam autem hac vtiq; ratione conſtruemus. Catethos linea infra abacum mox conſtituta in partes octo diuidatur, & quaternis partibus ſupra, ternis autem infra Oculum remanentibus, par quinta volutæ ipſius ciclo oculo ne continget, itaq. octonarius partium iam exceptatum numerus tandē explebitur. Poſtmodū oculi diametro in ſex partes deſtincto, numeriſq. prout in ſubiecto ſchemate aparet, diſpoſitis & collocatis: crus circini immobile vnitati applicetur, & alterū ſub abaco mox ſtatutū vſque ad catheti partem inferiorem circunducatur, ibique conſiſtat: Deinde altero circini pede ad binarium traducto, ad catheti partem ſuperiorem alter reflectatur, ibique quieſcat: mox priori circini cuſpide ad ternarium tranſeunte, cuſpis altera ad catheti inferiora circircunferatur, ibique firmetur: poſtmodum circini latere ad quaternarium deducto, alterum ad catheti vſque circumagatur, nec vlterius procedat: deinceps priori circini veſtigio ad quinarium tranſlato, ad catheti inferiora in gyrum alterum delabatur, ibique ipſum comprimito: demum ſuperiori circini vertice ad ſenarium progrediente, vertex inferior ad ſuperiora circumuolutus cum oculi peripheria coniungetur: intraque oculi ipſius ambitum, voluta ad exitū iam perducta, ornatus gratia tam ad dexteram quam ad leuam roſarum exiguæ nonnullæ ſimilitudines ſimo ſcalpturæ genere poſtremò effingentur. Verum enimuero ei inprimis vt mentem adhibeas volo, quod niſi præter principia è diſciplinarum ſcientiarumq; fontibus petita diuturnior quoque vſus ſolerti ſuffragabitur Architecto, complura certè reperiuntur, quæ ſolis conſcriptionibus doceri oſtendique ægerrimè poſſunt. Qua propter cùm volutæ conficiendæ rationem iam expoſuerimus, balthei, quem B litera hic annotauimus, conſtructio, eiuſque pro decreſcente voluta diminuendi modis ratioque nunc ſupereſſe videtur. Baltheum igitur aggredientes ſuperiorem eius latitudinem, quæ ſub abaco mox collocatur, tertia oculi parte primùm definiemus. Deinde altero circini crure inter vnitatē ac ternarium quieſcente, reliquum ad extremam nuper acceptæ latitudinis oram diductum vſque ad catheti inferiora circunducatur, nec vltra pertranſeat: Mox altro circini veſtigio in binarium & quaternarium conſiſtente, reliquum ad catheti ſuperiora reflectatur, ibique permaneat: Alteraque deinceps circini cuſpide ad vnitatem traducta, reliqua ad catheti inferiora circuncurrat, ibique conſiſtat: Poſtea altero circini latere quaternarium comprimente, ad catheti ſuperiora reliquum circumactum ibi quieſcat: Mox ſtabili circini pede quinario initente, ad catheti inferiora alter circumuolatur, ibique cum obfirmato: Demum altero circini vertice ad ſenarium trãſlato, & reliquo ad ſuperiora circumuoluto, ambæ videlicet tum volutæ tum balthei ipſius peripheriæ cum ſummo oculo coniungentur. Totaque operis huiuſce, quemadmodum ſuprà etiam admonuimus, conſtructio vſum potius & artificis manus aſſiduo operandi labore conſumptas defatigataſque, quàm præceptiones monumenta ve vlla ſcriptorum efflagitare videtur. Balthei namque magis minus'ue diminuendi ratio Architetti acumen atque iudicium circini cuſpidem ad altiora modò, modò autem ad humiliora traducentis profectò requirit. Commenſuum quoque haud vna perpetuaque ratio ſemper exiſtit: Capitulo namque ampliorem magnitudinem obtinente, diametri oculi ipſius quadrantem baltheo tribuemus: Sin capitulū mediocri magnitudine fuerit baltheo tertia diametri pars perbellè conueniet: Quòd ſi capitulum denique puſilla exiguaq; forma extiterit, dimidia tunc oculi diameter baltheo concedetur. Hocq; ad perſpicacis Architecti nutum ac libitum reſeruandum exiſtimamus: quotquot enim in antiquitatibus volutæ à nobis conſpectæ fuerunt, cunctas tum operibus tum ſymmetrijs quoque differre profectò animaduertimus. Cæteri deinceps commenſus facillimè perſpici adinueniriq; poſſunt: omneſq; circino adhibito, à viro natura paulò diligentiori celerrimè expedientur. Columnarum ſtriæ in canaliculorum morem à ſummo ad imum xxiiij. numero perducentur: & earum qualibet in partes quinque per trãſuerſum diuiſa, ſtrigis ipſius cauo quaternæ, & quinta einſdem planiciei perbellè diſtribuentur. Moxque à plano ad planum recta linea perducta, medium eius ſignū ſtrigis ipſius centrum nobis quam primùm determinabit. Quòd ſi columna tenuior fortaſſe extiterit, noſq; eius ſpeciem craſſiorem atque prominentiorem effingere voluerimus; ſtriarum multitudinem ad xxviij. vſque amplificantes, probè id vtique conſequemur: Opticus namque radius cùm per ſtriges numeroſiores peruolauerit atq; diſcurrerit, ab ijs quodammodo expanſus ac dilatatus rei maiorem quam reuera ſit, formam intuentibus referet. Capituli autē abacus, quemadmodum alias dictum fuit, & laterum & frontis perfectam ſortietur æqualitatem. Latuſque en tibi, A litera appoſita, nunc deſignauimus atque ſubiecimus, quod cum ſuperiori capitulo à nobis proximà pagina iam deſcripto & modulis & ſymmetrijs conuenire omnino comperies. Et de voluta tot quidem dixiſſe ſufficiat, quam, prout imbecilliorem ingenij noſtri vires pertulerunt, ad exitum perducere certè conati ſumus: Idque inprimis laborē noſtrum ingeminauit & auxit, quòd Vitruuius in volutæ explicatione breuior nimirum ac ſubobſcurior exiſtit: præſertim cùm & volutæ deſcriptionē, & alia complura elegantiora præterea in extremum librū reiecerit atque diſtulerit: quæ cùm nullibi profectò reperiantur, in diuerſas ſententias homines induxerunt. Nonnulli indoctos complures, & fortunatos potius quam peritos Architectos Vitruuij quoque non ſecus ac præſenti tempeſtate extitiſſe arbitrantur: Arrogantia namq; cum ignorationi tanquam comes & germana perpetuò aſſiſtat, tan-

tam


tam in imperitorum vulgus commendationem ſibi & authoritatem acquirit,vt ſapientes ijs longè inferiores,& præ illis nullius ferè pretij habeantur. Quapropter Vitruuium,ne faſtuoſum hoc hominum genus aliena inuenta quandoque ſibi arrogaret, admiranda hæc nequaquam in lucem edidiſſe,nec adeò præclara cum ijs communicare vllo pacto voluiſſe affirmant. Alij Vitruuianarũ conſcriptionum hæredes deſignationum harum elegantia atque formoſitate delinitos,eas apud ſeſe domi priuatim occluſas continuiſſe tradiderunt.Alij demum figurarum tam explicationes quam deſignationes difficiles adeò inuolutaſque fuiſſe ſuſpicãtur, vt Vitruuius quaſi perterritus eas conſultò prætermiſiſſe videatur.Ad nouiſſimam horum ſententiam minime accipiẽdam admittendam'ue eſſe arbitramur: Vitruuium enim, quemadmodum eius ſcripta paſſim teſtantur,doctum adeò ac eruditum extitiſſe cõſtat; vt nihil prorſus,niſi ipſe tum per ſeſe, tum ad alios inſtituendos erudiendoſque illud optime antea tenuiſſet, in medium cæteris exponere deinde auſus vnquam fuiſſet.







Hò dimoſtrato qui a dietro di fare il capitel Ionico per il teſto di Vitruuio per quanto io lo intendo: hora dimoſtrerò come ſtanno alcuni fatti da gli antichi Romani. Del capitello M, qual è ancora in opera al theatro di Marcello, ne darà alcune miſure generali. La fronte dell'abaco è quanto la colonna da baſſo, le volute ſportano in fuori la ſeſta parte d'eſſo abaco, e pendeno in giù la metà dell'abaco, l'altezza ddl capitello è per la terza parte della colonna da baſſo, e perche cotai capitelli paruero ad alcuni Architetti poueri di ornamento, gli aggiunſero queſto fregio, che nel capitello P, ſi dimoſtra, facendo l'altezza del capitello per due terzi della colonna da baſſo, ilqual capitello ſi vede al preſente in Roma, oltra molt'altri di tal ſpetie.

Ionici capituli è Vitruuij ſententia conſtituendi rationem ſatis, ni fallor, in ſuperioribus explicuimus: nunc capitulorum quorundam à Romanis olim extructorum formas ſpecieſque declarandas aggrediemur. Capitulique inprimis M litera inſcripti, quod in Marcelli ipſius theatro adhuc extare conſpicitur, communiores modulos perſequemur. Abaci frons imam columnæ craſſitudinem explet, volutæq; ſexta ipſius abaci parte ad exteriora procurrunt, & pro dimidio abaco ad inferiora dependent: Capitulum ad tertiam craſſitudinis imæ columnæ partem aſcendit. Quoniam autem capitula hæc priſcis illis Architectis ad ornatum & elegantiam parum forſitan conducere viſa fuerunt, idcircò præſentem zophorum, quem in capitulo P depictumque expreſſumque intueris, addendum illi exiſtimarunt, capitulo ad duas craſſitudinis imæ columnæ tertias in altum aſſurgente. Huiuſce autem capituli ſpeciem, præter capitula alia complura eadem ratione conſtructa, Romæ nunc quoque attendere & conſpicere licet.









E perche tal volta potrebbe accadere all'Architetto di fare vn chioſtro quadrato con colonne Ioniche, ouero vn cortile di vn palazzo, che s'egli non ſarà auuertito alle colonne angolari, parte d'eſſe colonne haueranno la fronte delle volute verſo il cortile, e parte d'eſſe haueranno i fianchi delle volute pur verſo il cortile, e queſto è interuenuto ad alcuno Architetto moderno: ma per non caſcare in tal errore gli ſarà neceſſario di far li capitelli angolari, come è qui ſotto nella pianta A, e di tai capitelli ne fù trouato vn. in Roma, ilqual daua da penſare a molti, ne ſi poteua comprehendere a che fine fuſſe fatto, di maniera che lo diceuano il capitel dalla confuſione, pur dipoi molte diſpute fù concluſo eßer ſtata in opera ad vn angolo interiore di vn colonnato come ho detto. E ſe ſi haueranno da fare colonne piane ſù gli angoli di fuori, accioche le fronti delle volute ſi veggano per ogni lato de l'edificio ſi potrà far come qui ſotto ſi dimoſtra nella pianta B.

At quoniam illud nonnunquam occurrere poſſet, vt quadratum clauſtrum, vel magnæ ædis alicuius ſinum, Ionicis columnis adhibitis, Architectus extruendum aggrederetur, qui niſi angularium colũnarum diligentem rationem habuerit, in illud erratum imprudens fortaſſe incurret, vt columnarum aliæ quidem volutarum frontes ad ſinum conuerſas, aliæ verò volutarum latera ad ſinum eundem ſpectantia obtineant, quod à recentioribus Architectis nonnullis admiſſum cognouimus. Ne in fœda hæc igitur turniaque ſerrata quandoq. ædificator impingat, in angularibus capitulis extruendis ſubiectæ A Ichnographiæ exemplum imitabitur ac perſequetur. Quinimò capituli id genus Romæ compertum olim meminimus cuius finis ac vſ, acutioribus ingenijs quanuis id acriter meditantibus, nulla certè ratione explicari poſſe videbatur: adeò ut homines inſolubile quoddã ænigma eſse rati, confuſionis capitulum illud paſſim appellarent. Poſt multas tamen diſceptationes cõcertationeſque, capitulum hoc interiori, quemadmodum ſuprà iam habitum fuit, columnationis angulo quondam inſeruiſse, ſtatutum determinatumque fuit. Quòd ſi in exterioribus angulis quadratæ columnæ nobis collocandæ proponentur, vt volutarum frontes vndequaque conſpici poſſint, ex ſubiecta Ichnographia B modum atque rationem petemus.







Lo epistilio detto architraue cosi si hà da fare, se la colonna sarà da piedi dodeci a piedi quindeci in altezza, l'architraue sia per la metà della colonna da basso, e se da piedi quindeci a piedi venti sarà la colonna in altezza, sia misurata in parti tredici, & vna sarà l'altitudine dell'architraue; ancora se da piedi uenti a piedi venticinque, sia diuisa la sua altezza in parti dodeci, e mezza, & vna si darà all'architraue, anchora se da piedi venticinque a piedi trenta, sarà la sua altezza: l'architraue si farà la duodecima parte di tal altezza, e cosi come le colonne saranno di maggior altezza: l'architraue si farà la duodecima parte di tal altezza: e cosi come le colonne saranno di maggior altezza: l'architraue si farà maggiore per la ratta parte, perche quelle cose che si allontanano dalla vista, tanto più perdono della sua magnitudine circondate dall'aere spacioso. Fatto adunque l'architraue della sua debita altezza, quella sia diuisa in parti sette, & vna d'esse sarà il Cimatio detto gola rouersa, e sia la sua proiettura altrettanto: il rimanente si diuiderà in parti dodici, tre si daranno alla prima fascia, quattro saran per la seconda, e cinque si daranno alla terza: la grossezza d'esso architraue nella parte di sotto sarà come la colonna nel sommoscapo, ma la grossezza dell'architraue nella parte di sopra sarà come la colonna nell'Imoscapo: il zeforo detto fregio se si hauerà da scolpire in esso alcuna cosa, si farà più alto dell'architraue la quarta parte, ma se senza sculture e schietto si farà: dee esser la quarta parte minor dell'architraue: sopra il fregio sia sopra il suo Cimatio, l'altitudine del quale sia d'esso la settima parte, e sia la sua proiettura quanto l'altezza sopra il Cimatio, sia posto il denticolo detto dentello, e sia la sua altezza quanto la fascia di mezzo la proiettura d'esso sia quanto è la sua altezza, la sua fronte sia due volte in altezza alla sua larghezza, & il cauo frà l'vno, e l'altro sia la terza parte manco della sua latitudine: il Cimatio di questo habbia d'esso la sesta parte: la corona col suo Cimatio, eccetto la scima, sia quanto è alta la fascia di mezzo: la proiettura della corona col denticolo sia quanto l'altitudine del fregio col suo Cimatio la scima detta gola dritta sia quanto la corona, e l'ottaua parte di più: il suo quadretto sarà d'essa la sesta parte: & la sua proiettura sia quanto l'altezza: e cosi ogni membro di cornice, eccetto le corone, sempre tornerà bene, che quanto è la sua altezza, tanto sia la proiettura.

Epistylij deinde, quod Architrabem vulgus appellat, constituendi ratio ac symmetria talis existet. Columna à duodenis pedibus ad pedes quindenos in altitudinem excitata, epistylium ad dimidiam ime columnæ crassitudinem efferetur: Sin à quindenis ad vicenos pedes columna in altum assurget, eius altitudine in partes tredecim distributa, vna epistylij ipsius altitudini assignabitur ac tribuetur: Quòd si à vicenis ad vigintiquinque pedes columna extolletur, eius altitudine in partes duodecim semisque diuisa, vna epistylio reseruabitur & concedetur: Si à vigintiquinque demum ad triginta pedes columna eadem ascenderit, epistylium ex columnæ ipsius altitudine duodecimam sibi partem vendicabit. Pariter etiam quò columnæ ardua magis atque sublimia petent, eò epistylia pro rata portione maiora amplioraque semper constituentur: quo enim res ab oculorum aspectu longiùs longiusque recedunt, propter aeris intermedij spatium vera propriaque earum magnitudo eò magis magisque imminui gradatim videtur. Epistylio igitur conuenientem altitudinem quam primùm nacto & assecuto, in partes septem mox ea diuidetur: quarum una Cymatio, quod inuersam gulam Itali appellant, condonabitur; necnon tantundem Cymatij proiecturæ pariter tribuetur. Reliquoque deinceps in duodecim partes distincto, tres primæ, quatuor secundæ, & quinque tertiæ postremæque fasciæ transmittentur. Ima epistylij crassitudo summo columnæ ipsius scapo æqualis statuetur: at summum deinde epistylium imo scapo columnæ æqualem altitudinem sortietur. Zophorus, quem Freggium vulgus appellat, si scalpturis exornandus atque cohonestandus censebitur, epistylio quarta parte altior efferetur: Sin absque vllis scalpturarum illecebris simplex ac purus relinquetur, quarta parte ab epistylio ipso deficiet. Zophoro Cymatium deinceps superstat, quod in septimam tantummodò zophori ipsius portionem assurgat, proiecturamque altitudini prorsus æqualem obtineat. Cymatio mox denticulos superponito, quorum altitudo medianæ fasciæ æqualis esto, proiecturaque altitudini par omninò constituatur. Denticulorum frontes altitudinem latitudinis duplam assequantur. Caua autem denticulis interiecta, tertia parte ab eorum deficiant latitudine. Cymatium denticulis superinductum, sexta eorum parte definiatur. Corona, vnaque ipsius Cymatium (Simam tantùm excipio) medianæ fasciæ æqualem sibi vendicet altitudinem. Coronæ Denticulique simul proiectura, zophori vnà cum eius Cymatio altitudinem æquet. Sima, quam rectam gulà passim nuncupari iam diximus, ad coronæ, octaua parte ampliùs superaddita, æqualitatem dirigatur. Eius autem regulæ sextam simæ ipsius partem tribuemus, simæque eiusdem proiecturam altitudini æqualem prorsus constituemus. Id verò inprimis memoriæ ut mandes velim, quòd singula coronicum membra, coronis duntaxat exceptis, proiecturas altitudinibus æquales habere quàmaximè decet.


Sima
Cymatium.
Corona
Denticuli.
Cymatium.
Zophorus vulgò Fregium.





E perche le cose di Roma son molto diuerse da i scritti di Vitruuio: io formarò vn'altra colonna, sopra laquale si farà l'architraue, il fregio, e la cornice: e l'altezza del tutto sia per la quarta parte dell' altezza della colonna, e partita in parti x. tre saran per l'architraue partito nel modo che si è detto, tre si daranno al fregio Puluinato cioè colmo, e quattro alla cornice: laqual sarà diuisa in sei parti, vna si darà al denticolo, vna al Cimatio che sostiene i modiglioni, due si daranno a i modiglioni, & vna alla corona, e l'altra alla scima, e sia la proiettura del tutto almeno quanto è alta, & vna simile cornice fù trouata a santa sabina in Roma ad vn ordine Ionico.

E se tal volta farà dibisogno di essaltare le colonne, e non essendo astretto da necessità di alcuno accompagnamento: la proportion del Piedestalo sarà; che la sua fronte sia al perpendicolo del Plintho, e l'altezza del netto sia vn quadro, e mezzo: laqual diuisa in sei parti vna si darà alla sua base, & vn' altea alla cornice disopra, che sarãno in tutto parti otto; e così questo piedestalo sarà di otto parti proportionato alla colonna, che è anchor essa di otto parti, & il tutto s'intende sempre per regola generale, lassando sempre molte cose nell'arbitrio del prudente Architetto.




At quoniam antiqua Romanorum operum monumenta à Vitruuianis conscriptionibus quamplurimùm differre conspiciuntur, idcircò aliud columnæ genus in medium nũc proponere libet; cui epistylium, zophorus coronixque superstãt, triaque hæc simul accepta ad quartam altitudinis columnæ portionẽ conscendunt. Vniuersoq. spatio in decem segmenta distributo, tria epistylio, in eo diuidendo rationem superiùs traditam persequentes, tria item zophoro puluinato, & quatuor coronici demùm impertiemus. Coroniceque rursus in sex partes distincta, vna Denticulo condonabitur, & Cymatio altera mutulos sustinenti ascribetur, mox duæ mutulis, vnaque coronæ, simæque vna pariter tribuentur. Totius autem coronicis proiectura, eiusdem altitudini æqualis statuetur. Huiusce generis coronicem ad Sabinam Romæ in Ionico quodam ordine compertam olim fuisse accepimus.

Quòd si columnarum amplificationibus exaggerationibusque magis consultum esse voluerimus, nisi perpetua connexionis series impedimento nobis extiterit, hac vtique ratione procedemus. Stylobatæ proportio ac symmetria talis excogitabitur, vt frõs quidem ad Plinthi columnaris perpendiculum statuatur, & tetragonus insuper stylobatę ipsius ambitus quadrati ac semis altitudinem assequatur: Qua rursus in sex partes distincta, infimæ basi una, summæque coronici altera applicetur, adeò vt segmenta omnia in vnum composita coaceruataque octonarium numerum procreabunt. Vnde hac ratione totius stylobatæ, eius appendicibus simul adiunctis, altitudo ex partibus octo constabit: ipsique columnæ, quæ ex octo partibus item componitur, perbellè nimirum quadrabit atque consentiet. Pręceptionem autem hanc nostram tanquam communiorem in medium nunc proposuisse sufficiat, Prudentis Architecti iudicio arbitrioque compluribus deinde relictis.

Per la gran differentia ch'io trouo dalle cose di Roma, a quelle che descriue Vitruuio, hò voluto dimostrare alcuna delle più note: parte delle quali si veggono ancora in Roma poste in opera. La cornice, il fregio, e l'architraue segnato T, è al theatro di Marcello nell'opera Ionica sopra l'ordine Dorico: il pilastrello con la base sopra segnato T, è al medesimo ordine sotto le colonne Ionice: la cornice con li modiglioni segnata A, fù trouata frà santo Adriano, e san Lorenzo in Roma: l'architraue segnato F, fù trouato a Vderzo nel Friuli: ilquale architraue per hauer le tre fascie senza li astragali, io lo giudicai Ionico. Le misure di queste cose io non le pongo altramente, percioche io le ho trasportate da grandi in questa forma con grandissima diligentia: lequai misure si potran col compasso sempre ritrouare.

Cùm Romanas antiquitates à Vitruuianis constitutionibus longiùs secedere obseruauerimus, idcircò ex ipsis nonnullas, & eas quidem illustriores, hic duximus seligendas apponendasque: quarum pars Romanis operibus adhuc insertæ conspiciuntur. Coronix, zophorus, epistyliumque, T litera hæc tria communiter indicante, ad Theatrum Marcelli Ionico operi intertexta, & supra Doricum ordinem extructa collocataque extant, Exigua pila vnà cum superaddita basi, T litera designante, in eodem ordine Ionicis columnis subdita repetitur. Coronicem A, mutulis simul adiectis, Romæ inter Adriani Diuique Laurentij ædes compertam olim accepimus. Epistylium F, Opitergio ad Forum Iulium inuentum fuisse autumant: quod quidem epistylij genus cũ tres fascias absque vllo astragalorum habeat comitatu, Ionicum esse existimauimus. Singulos autem membrorum propositorum commensus in præsentia minimè recensemus: satis enim id esse arbitramur, quòd ex veris proprijsque formis ad typos hosce minores, maxima adhibita diligentia, ea traduximus. Quinetiam illud insuper addimus, quòd proprios modulos, circino adiuuante, quiuis facillimè expediet atque cognoscet.




Quantunque al parer mio la porta Ionica descritta da Vitruuio, non torni a quella corrispondente proportione che all'edificio si richiede, io non restarò di trattare quanto io ne intendo. Dico che'l testo di Vitruuio si riporta, quanto all'altezza del lume alla porta Dorica: cioè dal pauimento alli lacunari siano fatte tre parti e mezza, e doue è la croce s'intendono li lacunari, cioè il cielo, e due parti sian date all'altezza del lume: dellaqual cosa, la corona resta molto grande, si come quella della Dorica, ma ne segue vn'altro errore, che facendosi la porta nella parte da basso tre parti, e la sua altezza di parti cinque, come dice il testo, e minuita nella parte disopra, come la Dorica, io trouo che la latitudine di questa vien più larga, che lo intercolunnio di mezzo; facendo vn tempio con quelle misure che nel terzo libro lo descriue Vitruuio di quattro colonne, delquale qui sotto ne hò formata vna figura, acciò si vegga la corrispondentia di questa porta al suo tempio. Laqual per mio parere non corrisponde: percioche se l'ordine Dorico, le colonne del quale son più basse delle Ioniche, & hà la sua porta di altezza di due quadri & alquanto di più; dico che la porta Ionica, che le sue colonne son di maggior altezza, doueria hauere la sua luce in se di più altezza della Dorica: nondimeno ella ne hà manco quanto al testo, laquale è parti cinque in altezza, e parti tre in larghezza, ma il tutto però con gran riuerentia di vn tanto auttore. Nondimeno pigliando quelle parti che al proposito saranno nel testo di Vitruuio: ne formarò vna qui a canto, senza minuirla nella parte disopra: ma chi per satisfarsi la vorrà minuita tenga l'ordine della porta Dorica: ma il tutto però sia detto con gran riuerentia.

Etsi Vitruuiana Ionicæ portæ descriptio & constitutio proportionem eam, quæ reliquo ædificio congrueret, haud perfectè nobis assecuta uideatur, eius tamen explicationem, prout nostra fert sententia, in præsentia minimè reticendam existimamus. Vitruuianam itaque orationem, quod ad luminis altitudinem spectat, ad Doricæ portæ genus referendam esse pronuntiamus: adeò vt à pauimento ad lacunaria partes tres dimidiaque prætereà statuantur, crucis nota lacunaria seu cœlum ipsum nobis significante, binæque partes luminis altitudini concedantur: ex quo coronam, haud secus quàm in Dorico genere, peramplam fore certè continget. Huic illud quoque absurdum accedit, quòd cùm ima ostij latitudo tres, & altitudo quinque partes, prout ex Vitruuij oratione colligitur, sibi vendicet parsque superior, quemadmodum in Dorico genere, contrahatur: Ionicam ostij apertionem latiorem quàm medianum intercolumnium hac ratione fore consequitur, si moduli ij, quos à Vitruuio tertio libro præscriptos inuenimus, ad Tetrastylam ædem extruendam à nobis adhibiti obseruatique fuerint. Cuius quidem rei exemplum infrà subiecimus, vt portæ huiusce templique totius symmetriam intueri, faciliusque dijudicare possimus: quæ haud numeris quidem omnibus perfecta absolutave uidetur. Si nanque in Dorico ordine, cuius columnę Ionicis humiliores existunt, ostium ad duorum quadratorum altitudinem & paululum ampliùs effertur: Ionici ostij genus, cùm columnæ in sublime magis assurgant, altiorem profectò lucis ingressum quam genus Doricum nancisci oporteret: attamen Vitruuium lucis usuram & ubertatem ei quodammodo subduxisse reperimus, cùm tres latitudini, & quinque duntaxat altitudini partes ille tribuerit atque assignarit. Hæc omnia tamen tanti viri ueniam pacemque præfati dixisse voluimus, At nos partibus ijs, quæ ad rem magis conducunt, ex Vitruuio assumptis, aliam huic proximo loco designationem absque ulla superum partium contractura apponemus. Quòd si quis morem sibi gerere studens superas partes duxerit contrahendas, Doricæ ianuæ iam expositum ordinem imitabitur ac persequetur. Id autem, humanissime Lector, te præmonitum volumus, vt, quæcunque Vitruuianis dogmatibus aduersabuntur, maxima reuerentia à nobis enunciari atque proferri semper existimes.




Dico che la luce di questa porta sarà almeno di due quadri, la pilastrata sia dell'altezza del lume la duodecima parte, fatta nel modo che s'è detto dell'architraue Ionico, e li siano aggiunti li astragali alle fasciee, come si dimostra nella figura F, il fregio sopra essa se si vorrà sculpire d'alcuna cosa: sia la quarta parte piu alto d'essa pilastrata, ma se si farà schietto sia la quarta parte minore; L'altezza della corona, e di altri membri sia quanta la pilastrata, patita nel modo che si vede nella figura F. Li Anconi, ouero Prothiridi, li quali si dicono mensule, altri le dicono Cartelle, sia la sua fronte quanto la pilastrata: ma la parte da basso a liuello della luce sopra la porta sia minuita la quarta parte dalle quali pendono le foglie, come si vede nella figura. La parte del circolo sopra essa porta il qual si dice Remenato sarà l'altezza sua fatta cosi, siano poste le punte del compasso alli due lati della Scima nella sommità d'essa, & abbassato vna punta fin al punto Croce, e con l'altra punta sia circuito da vn lato all'altro della Scima, questo sarà la sua altezza: il qual Remenato da farlo a non farlo, sarà sempre nel parere dell'Architetto, e questo seruirà ancora per fenestre, & altri ornamenti.

Rem igitur aggredientes, luminosam præsentis ianuæ apertionem duorum saltem quadratorum spatium expleturam esse affirmamus: Antepagmenta duodecimam è luminis totius altitudine sibi partem acquirent, ea nempe ratione, quæ in Ionico epistylio tradita fuit, disposita & absoluta: facijsque, prout ex figura F perspicitur, astragali adijcientur: Zophorus ianuæ superstans, si aliquo scalpturarum genere exornandus censebitur, quarta parte altior antepagmentis insurget: sin nudus simplexque relinquetur, quarta parte antepagmentis ijsdem humilior constituetur: Corona, membraque cætera altitudinem antepagmentis æqualem sortientur; &, quemadmodum ex F habetur figura distribuentur. Ancones siue Prothyrides, quæ Mensulæ item vocantur, frontes antepagmentis æquales habebunt: imæque partes, quæ supra ianuam ad lucis libramentum collocantur, à partibus superioribus quarta parte contrahentur atque deficient: indeque mox folia, quemadmodum ex ipsa constat designatione, exoriuntur atque dependent. Arcus circumferentia, quæ ianuę verticem vndequaque complectitur, Remenatumque vulgo appellatur, eo nemque artificio iustam altitudinem assequetur: vt ambobus circini cruribus ad extrema simæ ipsius latera in superiori parte diductis, alterum quidem ad crucis signum deferatur, reliquum verò ab vno ad alterum simæ latus circuncurrat; & hac vtique ratione peripheriæ altitudinem statim expedies. Circulati autem seu, vt vulgus loquitur, Remenati fastigij huiusce confectionem omissionem'ue Architecto, prout ipsi libuerit, integram reseruamus. Nec ad portas solummodo, verum ad fenestras quoque aliaque ornamenta appingenda, hæc eadem ratio tibi optime inseruitura videtur.




La luce della porta ſeguente ſarà di doppia proportion, cioè di due quadri la fronte della pilaſtrata ſarà l'ottaua parte della latitudine del vano: e la colonna ſara groſſa due volte tanto nella parte da baſſo, e ſarà minuita nella parte diſopra la ſeſta parte: la ſua altezza ſara di parti 9. con la baſe e'l capitello, oſſeruate quelle miſure che da principio s'è detto. E benche le colonne ſiano vna parte di più che le date regole, non è però coſa vitioſa, per eſſer ſolamente li due terzi fuori del muro, e non portando altro peſo che'l frontespicio, anzi ſe per qualche accidente queſte colonne paſſaſſero parti 9. non ſariano da biaſimare per eſſer poſte per ornamento ſolo, & anco perche le ſono legate nel muro, l'altezza dell'architraue ſarà quanto la pilaſtrata il fregio, o intagliato, o ſchietto ſia fatto come s'è detto degli altri: la cornice ſia la ſua altezza, quanto l'architraue: de gli altri membri ſia fatto come da principio s'è detto, il frontespicio ſarà in arbitrio dell'Architetto di farlo piu alto, e piu baſſo con vna delle regole date nell'ordine Dorico: *e di queſta inuention ſi potrà l'Architetto prudente accommodare a piu coſe, & anco tal volta ſecondo la neceſſità, & altri accompagnamenti ſi potrà la luce di queſta far vn quadro, e mezzo, tal volta vn quadro, e due terzi: ma s'egli non ſara forzato da neceſſità alcuna, io lodarò p.u queſta proportione.*


Subſequentis ianuæ lumen ex dupla conſtat proportione, ad duorum uidelicet quadratorum ſummam pertingente. Antepagmentorum frontes ex apertionis latitudine octauam ſibi partem arripient: Imiq. columnarum ſcapi bis tantundem craſſitudinis obtinebunt, ſuperiores uerò ab inferioribus ſexta parte deficient: Scaporum autem, baſibus capituliſq ſimul adiectis, altitudines nouem ſibi partes acquirent: Commenſuſq. ij, quos a principio tradidimus, diligenter inprimis obſeruabuntur. Nec quamuis columnæ modulos iam a nobis ſtatutos partis unius additione exuperent, in ullum uitij aut reprehenſionis genus incurrunt; cùm binæ tantummodo extra muri ipſius craſſitudinem tertiæ earum partes emineant: nec præter faſtigium quicquam aliud oneris ſuſtineant perferantve. Quinetiam ſi propoſitarum columnarum altitudines modulos nouem forteſortuna exceſſerint; cùm tamen ornatus ſolius gratia, nec ulla neceſſitatis ratione adhibitæ, & cum interiori pariete connexę inſuper colligatæq; appareant, haud improbandę quidem calumniandæue erūt. Epiſtylium ad antepagmentorum æqualitatem educetur: zophorus ſiue ſcalpendum eum exiſtimes, ſeu purum ſimplicemue malueris, aliorum, quos iam explicuimus, zophororum rationes ac modulos perſequatur: Coronix ad epiſtylij æqualitatē deinde efferetur; cæterorum membrorum commenſus ex ſuperius a nobis traditis præceptionibus deducentur: Faſtigium uel in ſublime attollendum uel depreſſius conſtituendum, prout ipſi uiſum fuerit Architecto, relinquimus; ad proprias, quas in Dorico ordine rei huiuſce tradidimus, præceptiones eum utique dimittentes. Hoc autem commenti genus ad complura nimirum aptare atque transferre Architecto licebit: quinetiam, prout neceſſitatis ratio membrorumq. ceterorum ſeries atque connexio efflagitabit, Ionici oſtij lumē quadrati nonnumquam ac ſemis, & quadrati duarumq. tertiarū quandoque conſtituetur. Attamen, niſi uis aliqua diraq. neceſſitas aliò nos compulerit, duplam hanc ſymmetriam atque proportionem alijs ſemper anteponendam exiſtimamus.



Hauendo io posto questo Rustico con l'opera Thoscana, non pur nell'ordine Thoscano in molti luoghi, & applicato questo Rustico al Thoscano: ma mescolato ancora con l'opera Dorica in vna porta; ho deliberato metterlo ancora nella Ionica: e questo non è però da mettere così in ogni edificio Ionico, se non con buon proposito, come saria alla villa, vn tal ordine non è da biasimare ancora nella citta ad vn edificio di vn letterato, o mercante di vita robusta, si potria comportare: ma in qualunque luogo ch'ella si vorrà fare, e volendogli far sopra quell'altro ordine a vso di poggiuolo: bisognarà vscir fuori del muro tanto che la grossezza del muro faccia il piano del poggiuolo, come se dimostra nella pianta quì sotto. La proportion di quell'opera sarà, che la luce sia di due quadri fin sotto l'arco, e la pilastrata dalle bande della colonna sia della larghezza del lume l'ottaua parte, e la colonna sia la quarta parte d'essa luce: ma l'altezza sua sarà di 9. parti con la base e'l capitello: l'arco di mezzo circolo sia diuiso in parti 13. & vn quarto: il cuneo di mezo sarà vna parte, & vn quarto, e gli altri 12. saranno eguali, per li cunei, l'architraue, fregio, e cornice, sia dell'altezza della colonna la quinta parte, dellaqual si farà parti 11. quattro saran per l'architraue, tre per il fregio, e quattro per la cornice: l'altezza del parapetto del poggiuolo sia per la metà della latitudine della porta, de i membri suoi particolari si potrà trarre la misura dal piedestalo di quest'ordine, de i particolar membri delle basi, capitelli, architraue, fregio, e cornice si farà come è detto nel principio. Ma de i cunei che vanno al centro, e di quei che cingon le colonne, si farà come si dimostra nel dissegno seguente.


Cùm in superioribus Rusticum genus haud Tuscano tantummodo, cum quo mirificè conuenit, ordini applicuerimus atque adiunxerimus; verùm Dorico insuper operi in portæ cuiusdam constitutione illud idem permiscuerimus: cum Ionico ordine Rusticum genus quoque consociare nunc libet. Nec tamen Ionicis ædificijs quibusque rusticitatem hanc aptandam siue adhibendam censemus, verùm delectum quendam hac in re habendum magis existimamus. Si enim ruri, verbi causa, ædes aliqua nobis conficienda proponetur; vel vrbanum ædificium uitę austeritate insigni alicui uiro, qui vel literarum studia profitetur, vel mercaturæ quæstum exercet, extruendum aggrediemur: duorum huiuscemodi ordinum, Ionici videlicet Rusticique permixtio nequaquam auersanda respuendave, quinimo concedenda admittendaq. potius tunc esse videbitur. Verùm vbicumque subiectæ portæ huiusce speciem Architecto excitare libuerit, si ordinem alterum in Podij seu Meniani formam redactum compositumque superaddendum existimauerit, extra muri ipsius solidū tantum utique erit ei prodeundum, ut Meniani planicies, quemadmodum ex subiecta perspicitur Ichnographia, in murali crassitudine contineatur. Propositi autem operis symmetria talis existet, vt lucis ingressus ad imam usq. arcus circunductionem, in duorum quadratorum altitudinem efferatur: Parastatæ, quæ in ambobus columnarum lateribus statuuntur, octauam è luminis totius latitudine sibi portionem acquirent: Columnarumque deinde latitudines quartā, earumque altitudines, basibus capitulisque simul adiectis, nouem luminosi hiatus partes explebunt: Hemicycli ipsius ambitus seu circunductio in partes tredecim & quartam insuper diuidatur; Medianoque cuneo partem vnam & quartam illam amplius occupante, partes duodecim reliquæ senis senisq. cuneis utrinq. interiectis summa nimirum æqualitate distribuentur. Epistylium, zophorus, coronixq. ad quintam columnaris altitudinis partem conscendant: quo quidem interuallo in partes vndenas distincto, quaternæ epistylio, ternæ zophoro, & coronici demum quaternæ condonabuntur. Plutei Meniani, seu Podij ipsius altitudo, dimidiam ostij latitudinem assequetur. At membrorum singulorum deinde commensus ex ordinis huiusce stylobate capientur. Propria autem basium, capitulorum, epistylij, zophori, coronicisque membra, quemadmodum ab initio traditum fuit, expedientur. Cuneorum denique tum eorum, qui ad centrum contendunt, tum aliorum, qui columnas circumambiunt, conficiendorum modus ratioq; ex sequenti satis, ni fallor, constat designatione.






Benche l'altezza di questi archi non sia di doppia proportione, come la maggior parte de gli altri, che hò dimostrato: non è però tal cosa mendosa, anzi è fatta con arte: percioche tal volta potrebbe accadere che nella compartition di una necessaria altezza, & anco per far li archi di numero disparo, che cosi voglian sempre esser, per collocar la porta principal nel mezzo, che in tal caso non potrebbono venire à quella altezza: ma se non saremo forzati da necessità alcuna; io lodarò sempre più la duplicata latitudine in altezza che altra proportione. La latitudine adunque fra l'un pilastro, e l'altro sarà parti tre, e l'altitudine parti cinque: ma fatto della latitudine poi parti cinque, la fronte de i pilastri sarà parti due, e la grossezza della colonna sarà per una parte, e cosi da i lati della colonna saranno le parastate dette pilastrate, di mezza grossezza di colonna, e cosi sarà l'arco: ma l'imposta che'l sostiene sia della medesima altezza fatta nel modo, che è quella del theatro di Marcello segnata T, le colonne saranno in altezza parti ix. con le basi & i capitelli, fatte con la regola data in principio di questo capitolo, la porta di mezzo sarà per la metà del vano de i pilastri, e l'altezza sua sarà, che fatta la sua pilastrata della sesta parte del lume, e la cornice sopra la porta a liuello dell'imposta de gli archi, & aggiuntogli la scima di sopra, facendo poi il fregio la quarta parte minore d'essa pilastrata, tanto sia la sua altezza, la qual verrà poco men di due quadri: il frontespicio sia fatto con una delle regole date nel Dorico: l'architraue, fregio, e cornice sian dell'altezza della colonna la quarta parte fatta con le sopradette regole. L'ordine di sopra, che è il secondo, sia più basso del primo la 4. parte, e cosi l'architraue, il fregio, e la cornice sia di tutta l'altezza la quinta parte, che verrà ad essere la quarta parte dell'altezza della colonna: ma del partir i particolar membri si trouerà più a pieno nell'ordine composito; le finestre fatte con li archi saranno di larghezza quanto la porta, e cosi le sue pilastrate, e l'arco ancora, ma la sua altezza sarà due quadri e mezzo: e quest'è per dar maggior luce a le stanze. Le colonne Corinthie saran piane, minuite (come hò detto) la quarta parte a quelle da basso. La latitudine de i nicchi fra le colonne, e le finestre sian per una colonna e mezza, e sia la sua altezza per quattro grossezze di una colonna, e se altri membri ci restano, sempre si può ricorrere alla regola prima del suo ordine: perche di questa colonna Corinthia si trouerano le misure nell'ordine Corinthio. Sopra quest'ordine si potria far chi volesse sopra la faccia una ambitione ma ben assicurata dalle acque con lastre ben appoggiarsi, la qual cosa faria grande ornamento alla faccia, & anco prestaria gran commodità per li habitanti.


Etsi infra designati arcus, quemadmodum aliorum, quos hactenus recensuimus, plerique duplæ proportionis altitudinem nacti minime videantur: haud mendum tamen aliquod ibi adesse, quin consultò potius & cogitatò ita à factum fuisse existimato. Id enim nonnunquam occurrere posset, quòd in frontibus ædium distribuendis statæ forsitan alicui determinatæque altitudini necessariò esset acquiescendum: Nec non illud insuper adde quòd cùm arcus, vt primarium ostium in medio resìdat & collocetur, impari numero semper sint extruendi; ad tantam vtique altitudinem propter impedimenti id genus educi minime possent. Nisi tamen consimili quadam necessitate adducti astrictique fuerimus, duplicatam latitudini altitudinem, in Ionicis apertionibus fornicibusque dirigendis, cuiuscunque alteri us proportionis speciei semper vtique præferemus. Intercurrens igitur pilarum duarum latitudo tres, earumq; altitudo quinque partes explebit: Verùm latitudine postmodum in quinque partes distributa, pilarum frontes duas, columnarumque crassitudines partem vnam tantummodo sortientur. Ad columnarum autem singularũ latera parastatæ, quas pilastratas vulgus appellat, dimidiarũ columnarũ crassitudinem assecutæ statuentur: parq. itẽ ratio arcuatæ circundictionis existet. At incumbę arcum sustinẽtes fulcientesq. ad semicolumnarum eorundem modulorum altitudinem erigentur: eademque prorsus ratione, qua incumba in Theatro Marcelli quinta ab hinc designatione figurata, atque T litera inscripta, extruentur. Columnæ, basibus capitulisque simul adiunctis, ad partium nouenarum altitudinem excitabuntur: earumque formandarum modus ratioque ex superiori præceptione capituli huiusce exordio à nobis iam tradita deducetur. Mediani ostij intercapedo dimidiam intercurrentem pilarum æquabit apertionem, & in id altitudinis insurget: vt antepagmentis sexta luminis parte difinitis, & coronice ad incumbarum, quibus arcus ipsi innituntur, libellam extensa, simaque præterea superadita, & zophoro, qui ab antepagmentis quarta parte imminuetur, demum adiecto; ibi altitudinis terminus finisque constituatur, quæ ad duorum propemodum quadratorum summam pertinget. Fastigiatam frontem deinde, præceptiones in Dorico ordine iam traditas explicitasque repetentes perficiemus. Epistylium, zophorus, coronixque in quartam altitudinis columnæ partem assurgant; &, quemadmodum in superioribus præ ceptum iam fuit, ad exitum perducantur. Superior ordo deinceps in secunda sede mox collocatus, primo iam exposito quarta parte humilior depressiorque constituetur: pariterque epistylium, zophorus, coronixque quinta totius altitudinis parte, quæ cum columnæ ipsius altitudine collatæ quadrantis rationem subibit, definientur. Verùm de membrorum singulorum exquisita accurataque distributione, de Composito ordine peragentes vberius in posterim disseremus. Curuatæ deinde & in arcus formam sinuatæ circumductæque fenestrę, præexpositam ostij latitudinem adæquabunt: Nec dissimilis antepagmentorum, arcuatarumque conuersionum ratio prorsus existet: At fenestrarum earundem apertiones, vt interiora cubicula lucis quam plurimum accipiant atque combibant, ad duorum quadratorum semisque altitudinem efferentur: Corinthiæ columnæ planæ nimirum existent, quæ, prout dictum iam fuit, ab interioribus columnis quarta parte deficient: Scapharum, quæ columnis fenestrisque mediæ interiacent, latitudines vnius dimidiæque columnæ crassitudinẽ expleant; earumque altitudines ad quatuor columnarum crassitudines educantur. Quòd si membra nonnulla superesse adhuc videbuntur, ad propositi ordinis canones mox erit confugiendum: Quin etiam proprij Corinthiarum columnarum moduli atque commensus, in Corinthio ordine à nobis appositi explicitique statim comperientur. Ordini huic nuper exposito ambulatio, vt ab imbrium pluuiarumque stillicidijs ædificium tutum incolumeque reddatur, tesseris inter sese quamarctissime copulatis atque coniunctis instrata complanataque superstrui posset: Podiumque ad eam nimirum, cui commode inniti valeamus, altitudinem excitabitur. Nouissima autem hæc ambulationis podijque superadditio tum ædificij ipsius fronti ornatus ac venustatis non parum adijceret, tum habitantibus iucunda & per commoda vtique foret.






Taluolta (come hò detto più a dietro) l'Architetto hauerà buō numero di colonne: ma di tal bassezza, che al suo bisogno non supplirãno, se non si saperà accommodare, & applicare tai membri al bisogno dell'edificio che vorrà fare; il perche se l'altezza del portico sarà maggior delle colonne, si potrà fare nel mezzo di vna faccia vn'arco sostenuto dall'architraue, che sarà sopra le colonne: ilqual architraue sia per l'imposta di vna volta a botte, ma doue sarà l'arco sia fatta vna crociera, e per fortezza d'essa botte sia posto sopra ogni colonna una chiaue di ferro, o di bronzo, nel modo che ho detto nell'ordine Dorico in vn simil suggetto. Ma la partitione di questa faccia cosi sarà, che l'intercolunnio di mezzo fra l'vna, e l'altra colonna sia per sei grossezze di colonna, e la colonna sia otto parti la sua altezza con la base e'l capitello: l'architraue sia quanto è grossa la colonna di sopra, e cosi l'arco, sopra'l quale si farà vna cornice, l'altezza dellaquale sia per la quarta parte maggior dell'architraue senza il suo tondino, & il quadretto: laqual cornice farà capitello a i pilastrelli, che saranno della grossezza delle colonne nella parte di sopra: li spatij da i lati fra l'vna colonna, e l'altra sian per tre grossezze di colonne: l'altezza della porta sarà, che l'architraue, che sostiene la botte, sia per cornice a detta porta mutando parte de i membri, come si vede nel dissegno, sotto la cornice sia posto vn fregio, ilqual sia dell'architraue la quarta parte minore, e fatta la pilastrata d'altrettanta altezza, quanto sarà da essa pilastrata al grado della porta: sia fatta la sua latitudine per la meta, e cosi la luce di questa porta sarà di due quadri: le finestre sian fatte a liuello della porta, e la sua larghezza sia per due colonne, l'altezza farà di diagonea proportione. L'ordine secondo sia la quarta parte minor del primo, & il parapetto sia fatto alla commoda altezza: il rimanente sia diuiso in parti cinque, quattro saranno per l'altezza delle colonne, e l'altra parte sarà per l'architraue, fregio, e cornice, osseruando le date misure di tal ordine: la latitudine della finestra di mezzo sia con le pilastrate quanto è largo il vano della porta, l'altezza sua sara duplicata alla larghezza, circa il suo ornamento sopra sia osseruata la regola data in simili porte, le finestre dalle bande saran di larghezza come quelle da basso, e la sua altezza sia a liuello di quella di mezzo, la eleuation di mezzo sopra quest'ordine sia minor della seconda la quarta parte, minuita per la sua rata di membro in membro, e delle luci di questa, sia tenuto l'ordine ch'è nella parte prima di sotto: il quale è vno istesso suggetto. Ma di fare, o non fare questo terzo ordine è in libertà dell'Architetto.


At Architecto, quemadmodum suprà iam diximus, id nonnunquā occurrere posset, quòd etsi iustum columnarum numerum nactus forsitan erit, humiles tamen illæ depressæque adeò existent: ut, nisi qua ratione membra hæc ad ædificij propositi, vsum aptari accommodarive queant, cognouerit, inutilia prorsus ei fore videbuntur. Quapropter si maior porticus ipsius quàm columnarum erit altitudo, in media fronte arcus epistylio columnis desuper innitente suffultus statuetur, quod quidem epistylium incumbæ testudinatam conuersionem sustinentis ui & munere potiatur: quò autem arcus residebit, camera quædam extruetur: & propter testudinis ipsius robur ac munimentum, à singularum columnarum capitibus fereæ æneæve subscudes, prout de eadem re pertractantes in Dorico ordine iam admonuimus: perducentur. Frontis autem propositæ distributio ea vtique existet, vt medianum intercolumnium colūnæ vnius sexies repetitam crassitudinem expleat: Columneque singule, basibus capitulisque simul adiunctis, partium octo altitudinibus terminentur: Epistylium, necnon arcus pariter ad summæ columnæ crassitudinem excitabuntur; Arcui deinde coronix superimposita, absque astragali regulæque adiectione, quarta parte epistylio altior constituetur; ipsaque coronix minoribus pilis, quæ summas columnarum crassitudines adæquabunt, capituli cuiusdam usum atque opportunitatem præstabit; Lateralia intercolumnia, triplicata columnarum crassitudine constent: Ostij altitudo ita definietur, vt epistylium testudini fulciendæ suppositum coronicis vice locoque ostio eidem inseruiat: membris nonnullis tamen, quemadmodum ex ipsa habetur designatione, innouatis permutatisque: Sub coronice zophorus quarta parte epistylio ipso depressior collocetur: antepagmentisq; ad altitudinis tantundem, quantum ab ijsdem ad ianuæ gradationem interest, excitatis, pars dimidia ianuæ ipsius latitudini deinde assignabitur; & sic ianuæ totius lumen ex duobus quadratis tandem constituetur: Fenestrarum apertiones ad ostij libellam dirigantur, earumque latitudines duplicatas columnarum crassitudines expleāt altitudines autem ex diagonea constent proportione. Secundus ordo deinceps primo ordine nuper exposito quarta parte depressior conficiatur, pluteusque ad commodam altitudinem excitetur. Mox eo, quod superest, in quinque partes distributo, columnarum altitudinibus quaternæ ascribentur; quintaque demùm epistylio, zophoro, coronicique reseruabitur: proprios tamen ordinis huiusce, quos suprà iam præscripsimus, modulos in singulis membris adhibeto. Fenestræ medianæ vnà cum antepagmentis utrinque asistentibus latitudo, portæ inferioris hiatum adæquabit; altitudoque latitudinis dupla perficietur. Quod autem ad superam partem exornandam illustrandamque spectat, præceptionem in hisce portarum generibus a nobis iam traditam & constitutam obseruato. Quæ uerò in lateribus vtrinque extant fenestræ, fenestris inferioribus pares latitudines habeant: earumque altitudines ad medianæ apertionis libramentum æqualitatemque dirigantur. Mediana deinceps, quæ in vertice statuitur, eductio a secunda, quam iamiam exposuimus, classe quarta parte imminuatur atque deficiat: membraque omnia pro rata portione minora humilioraque sensim reddentur. Lumina autem eodem ordine eademque prorsus ratione hic, sicut in prima classe cæterarum infima, disponentur: par etenim vtrobique argumentum uersatur. Attamen an tertius hic atque nouissimus ordo cęteris superaddi debeat necne: id Architecto integrum reseruamus.





Essendo (come hò detto nel principio di questo libro) l'opera Ionica tolta dalla forma matronale;è ancora conueniente cosa hauendosi a fare alcun camino di cotal ordine, d'imitar più che si puote questa spetie, per stare ne i termini dell'ordine seruando il decoro. Le proportioni del seguente camino saranno queste, che constituità la conueniente altezza dell'apertura del camino, dal suolo a l'architraue sia diuiso in parti otto, che saranno ad imitation della colonna Ionica, dallaqual si trarrà questa forma monstruosa, o mescolata che vogliamo dire, conforme a tal maniera, laqual seruirà per modiglione. L'architraue, fregio, e cornice sia dell'altezza del modiglione la quarta parte, partito nel modo che da principio s'è detto : bonche questi tai membri rappresentino maggior altezza, questo auiene (come altre volte s'è detto) dalla veduta bassa, laqual abbraccia de i membri due parti cioè la fronte, e parte del sporto. Quella tauola sopra li capitelli, che occupa l' architraue & il fregio, alcuni antichi l'hanno vsata, credo per hauer maggior spatio da scriuer lettere, & anco perche si dilettarono molto di nouità, laqual tauola sarà sempre in arbitrio dell'Architetto di farla o dilasciarla. Il secondo ordine doue son li Delfini è fatto per due rispetti, l'vno è per far la bocca che riceue il fumo più aperta, l' altra si è per leuar via quella forma piramidale, che fa la gola del camino in vna stanza di bona altezza: lequai cose saranno sempre in libertà dell'Architetto di farle e maggiori e minori, e tal volta di non le fare.

Cùm Ionicum opus è matronali figura originem suam deduxisse, mox libri huiusce exordio ostensum iam fuerit : si focus forsitan aliquis ex Ionica officina erit nobis depromendus, ut ordinis huiusce modus propriaque natura seruetur, Ionicos ritus moresque in eo construendo ad vnguem certè imitabimur ac persequemur. Subsequens igitur designatio focum ea ratione extructum proponit, vt conuenienti primùm spiramenti ipsius altitudine definita, à pauimento ad epistylium vsque octo partes constituantur, exemplo uidelicet à Ionicis columnis accepto : unde muliebris portenti etiam, quod descriptum intueris, mixta quodammodo species, & à Ionicis institutis nequaquam aliena consurgit : quæ mutulorum uicem munusque satis aptè, ni fallor, expletura uidetur. Epistylium, zophorus, coronixque ad altitudinis mutuli quartam partem efferantur; ea nēpè distributione, quam a principio explicuimus, adhibita atque seruata. Etsi autem membra hæc altiora, quam reuera sint, spectantibus videantur; id tamen, prout alias dictum fuit, ab aspectu infernè sint collocatoque proficiscitur; qui duas membrorum partes potissimum, frontem uidelicet, & quandam proiecturæ ipsius portionem complectitur ac comprehendit. Abacum capitulis superpositum, qui epistylio zophoroque obtenditur, antiquiores nonnullos, vt literarum conscriptionibus peragendis exarandisque ampliùs forsitan spatium suggererent (nisi nouis quibusdam & inusitatis eos studuisse potiùs existimamus) addere solitos esse conspicimus. At nos Abaci huiusce constitutionem Architecto, prout ipsi libuerit, uel adiungendam vel prętermittendam certè relinquimus. Alterum ordinem deinceps, Delphinorum imaginibus scilicet distinctum atque insignitum, duabus rationibus ita extruxisse uidemur : tum ut os fumum excipiens latius apertiusque reddatur: tum etiam ut pyramidata illa figura, quæ foci ipsius gulæ in altioribus ædium contignationibus passim tribuitur ac assignatur, hac ratione euitetur. Huiusce generis autem cuncta uel maiora uel minora pro Architecti arbitratu conficientur: quinimò ab eodem, si ita placuerit, nonnunquam etiam audacter prætermittentur.



Questa sorte di camini torna molto commoda per luoghi piccioli, e si vsa più bassa della faccia dell'huomo, acciochе il fuoco che è molto nociuo a gli occhi per la vista, senza offender quella, possa scaldare tutto'l resto della persona, e massimamente stando in piedi: l'apertura di questo camino sia di quadrato perfetto: la pilastrata sarà d'essa apertura la sesta parte: il cimatio si farà la settima parte di quella: del rimanente si faran parti 12. tre si daranno alla fascia prima, quattro saran per la seconda, e le cinque che auanzaranno si daranno alla terza fascia, & anco per più ornamento se

Subiecti foci species angustioribus atque humilioribus locis mirifice conuenit; infraq; hominis os faciemque deprimitur, ut ignis, nobis præsertim assurgentibus vniuersi corporis partes absque vllo aspectus, cui valde infensus existimatur, detrimento incommodove calefacere possit. Foci autem apertura perfecto absolutoque concludetur quadrato; Antepagmenta, quas vulgus pilastratas appellat, aperturæ sexta parte definientur: Cymatium septimam antepagmentorum partem obtinebit: Reliquo deinde in partes duodecim distributo, tres primæ, quatuor secundæ, & quinque nouissimæ partes demum tertiæ postremæq. fasciæ concedentur: Quinetiam, ornatus

natus

gli potran far li aſtragali come ſi vede lì a canto: l'altezza della voluta ſia quanto le tre faſcie ſenza il cimatio, e d'eſſa fatto tre parti; vna ſarà per il fregio doue è la canellatura, l'altra ſarà per il l'uouolo co'l ſuo tondino, e'l pianetto, la terza ſi darà alla voluta, laqual voluta penderà dalle bande a liuello del cimatio: ma le foglie penderanno fin ſotto l'architraue al ſuo liuello: l'altezza della corona con li due cimatij, e la ſcima ſia quanto la ſeconda, e terza faſcia col cimatio: ma il ſporto della coronna ſia quanto è tutta l'altezza, & il ſporto della ſcima, e de i cimatij ſia ſempre quanto la ſua altezza, e queſta cotal forma ho fatto porre in opera, la qual torna molto grata a tutti, & è di grande aſpetto. Ma perche queſta proportion ſi dilata molto per ogni verſo, doue occupa gran ſpatio, ſi potrà fare la pilaſtrata dell'ottaua parte dell'apertura, e con quelle iſteſſe proportioni far tutti li membri minori, e coſi tutta l'opera verrà proportionata, e di più gracilità in ſe: la parte diſopra fattaui per ornamento, potrà l'Architetto far come gli piacerà, perche queſto camino s'intende tutto nella groſſezza del muro, e queſt'ornamento ſaria commodo per vna porta, o fineſtra di tal ordine.

natus maioris gratia, aſtragalos, prout ex ſubiecta patet deſignatione, ad latera collocare licebit. Volutæ poſtmodum altitudinem ad trium faſciarum, abſque Cymatio tamen, æqualitatem educemus: Qua in tres partes rurſus diuiſa, vna ſtriato zophoro, echino altera eiuſque aſtragalo regulæque pariter aſſignabuntur; tertiaque volutę ad cymatij libramentum utrinq; dependenti deniq; tribuetur. At folia ex epiſtylio vſq. ad libramentum eius pendentia ſtatuentur. Coronæ cum ambobus cymatijs ſimaq. pariter altitudo, ad ſecundę tertiæq. faſciæ vna cum cymatio æqualitatem dirigatur; coronæ proiectura deinde uniuerſam, quam modò diximus, altitudinem expleat: Simæque præterea atque cymatiorum proiecturæ, corundem altitudinibus æquales exiſtant. Et nos quidem huiuſce formæ atq. diſpoſitionis ſpiracula in operibus nonnunquam adhibentes, ea & venuſtā & magnificam admodum ſpeciem præſeferre cognouimus. Verùm quia operis nuper expoſita ſymmetria, propterea quòd immodicè quoquouerſus expanditur ac dilatatur, latius forſitan patet; idcirco antepagmenta ad octauam apertionis tantummodo partem contrahere ſatius erit; eademq; obſeruata proportione, membra omnia gradatim diminuenda videbuntur. Vnde mox opus uniuerſum & partium cunctarum exactam retinebit ſymmetriam, & membrorum venuſtiorem gracilitatem utique nanciſcetur. Summam deniq. partem, quam ornatus cuiuſdam gratia à nobis ſuperadditam cernis, Architectus, prout ipſi magis libuerit, formare atque effingere poterit: totus namque ſpiraculi propoſiti ſinus intra parietis ipſius craſſitudinem reſidet. Quinetiam & Ionicis oſtijs, & Ionicis quoque feneſtris idem ornamenti genus haud parum certe conducet. At nos, Ionico ordine iam expedito, ad corinthij declarationem modò accedemus.



Qui finiſce il Ionico, ſeguita il Corinthio.

DELL'ORDINE CORINTHIO, E DE GLI Ornamenti ſuoi. Cap. viij.

Ne l'opera Corinthia Vitruuio tratta ſolamente del capitello nel quarto libro al primo capitolo, quaſi ch'ei voglia dire, che poſto quello ſopra la colonna Ionica: ella ſia opera Corinthia benche nel ſecondo capitolo dinota la deriuation de i modiglioni ſotto le corone, ne per queſto dà regola ne miſura alcuna de gli altri membri. Ma gli antichi Romani dilettandoſi molto di queſta ſpetie Corinthia: come dell'altre ancora: fecero le baſi di queſta colonna molto ornate, e copioſe di membri: delle quali baſi per darne qualche regola, ne ſcieglierò vna del più bello edificio di Roma, che è il Pantheon, detto la Rotonda: ponendo in regola tutte le ſue miſure.


La Colonna Corinthia per regola generale ſi farà d'altezza di parti ix. con la baſe e'l capitello, il qual capitello ſarà di altezza quanto è groſſa la colonna nella parte da baſſo, ma la ſua baſe ſia per la metà d'eſſa colonna, e fatta di quella quattro parti, vna ſi darà al plintho detto zocco, e delle due parti reſtanti ſian fatte parte v. & vna ſarà per il toro ſuperiore, e'l toro inferiore ſarà la quarta parte maggiore. Il rimanente ſia diuiſo in due parti eguali, vna delle quali ſi darà alla ſcotia di ſotto co'l ſuo aſtragalo, e con li due quadretti, ma l'aſtragalo ſarà la ſeſta parte d'eſſa ſcotia, e ciaſcun quadretto ſia per la metà dell'aſtragalo, e'l quadretto ſopra'l toro inferiore ſia per li due terzi dell'aſtragalo: e coſi l'altra parte ſia diuiſa che l'aſtragalo ſia la 6. parte del tutto, e il ſuo quadretto par la metà d'eſſo aſtragalo, e il quadretto ſotto il toro ſuperiore ſia la terza parte maggior dell'altro, la proiettura detta ſporto, s'ella ſarà ſopra ad altro ordine di colonne ſi farà come quella della Ionica: ma ſe il ſuo poſamento ſarà ſopra il pian da baſſo, ſia la ſua proiettura per la metà d'eſſa baſe, come la Dorica: ma ſecondo i luoghi, doue le baſi ſaran poſte, fa di biſogno che l'Architetto ſia molto accorto, percioche quando le baſi ſaranno ſuperate dall'occhio de i riguardanti, queſte miſure torneranno bene, ma ſe elle ſaranno poſte più alte che la viſta de gli huomini: tutti quei membri, che per la diſtantia ſaranno occupati da altri membri, ſarà neceſſario che ſi facciano maggiori delle miſure date, e quando le baſi ſaranno poſte in maggior altezza, ſi faranno di minor numero di membri, e più formoſe: & in queſto fù accorto l'Architetto della Rotonda, che alle colonne piane ſopra il primo ordine dentro, fece le baſi con due ſcotie sì, ma con vn aſtragalo ſolo in luogo di queſti due.

DE CORINTHIO ORDINE, PROPRIISQVE eius Ornamentis. Cap. viij.


Vitruuius Corinthij operis explicationem aggrediens, de capitulis tantummodo Corinthio more formandis extruendiſque quarto volumine capite primo verba feciſſe videtur; quaſi id generis huiuſce capitula Ionicis imponantur columnis, mox Corinthium opus totum euadet: etſi capite ſecundo mutulorum ſub coronis originem deductionemque poſtea ſubiunxit; cæterorum membrorum tamen nullas præceptiones nulloſve commenſus ab hoc præſtantiſſimo habemus authore. Verùm antiquiores Romani cùm Corinthij ordinis, vt aliorum quoque, ſtudioſi inprimis extiterint, Corinthiarum columnarum baſes & ornamentorum elegantia & membrorum multitudine inſignes quam maximè conſpicuaſque reddiderunt: quarum vt firmas aliquas præceptiones afferre poſſimus, baſis vnius ſpeciem ex Pantheo, quod Rotundam noſtrates appellant, Romanorum ædificiorum quippe pulcherrimo formoſiſque depromptam acceptamque nunc ſeligemus, cunctoſque eius modulos quam diligentiſſimè perſequemur.

Illud igitur tamquam Corinthiæ columnæ quam maximè proprium perpetuumque conſtituamus, vt ſcapi totius, baſi capituloque ſuperadditus, altitudo ad partes nouem primùm excitetur, capitulo altitudinem imo columnæ ipſius ſcapo æqualem ſortiente. At baſis ad dimidiam columnæ eiuſdem craſſitudinem efferatur: eaque in partes quaternas deſtincta, Plintho, quem Soccum vocari frequenter audimus, vna aſcribetur. Duabuſque partibus, quæ deinceps ſequuntur, in quinque ſegmenta diuiſis, ſuperiori toro vnum concedetur ſegmentum, & totus inferior quarta parte ſuperiori amplior cōſtituetur. At reliquo in duas æquas portiones diſtributo, inferiori ſcotiæ eiuſque aſtragalo ſimul cum duabus regulis pars vna aſſignabitur, aſtragalo quidem ſextam ſcotiæ totius ſibi portionem vendicante, & regulis ſingulis dimidium aſtragalum adæquantibus: regula autem ſupra torum inferiorem conſtituta ad duas aſtragali ipſius tertius educatur. Quæ verò pars reliqua ſupereſt, ea rationem diuidatur, vt aſtragalus ſextam quidem partem obtineat, regulaq; ipſius dimidium aſtragalum conſequatur; regula autem ſub toro ſuperiori collocata, altera ſub toro inferiori reſidente quarta parte amplior exiſtat. Baſis proiectura, quæ ἐκφορὰ Græce nuncupatur, ſiquidem ea altero columnarum ordine ſuperiori fuerit, Ionicæ baſis proiecturā ad vnguem imitabitur: at ſi ſtereobatæ in ima planicie conſtituto innitetur, proiectura tunc non ſecus ac Dorica ad dimidiæ baſis æqualitatem ſtatuetur. Verùm pro baſium poſitionibus atque collocationibus ſapientem Architectum opera quoque ſua perpendere moderarique decet. Si etenim baſes contemplantium oculis inferiores extiterint, commenſus à nobis hactenus aſſignati optime nimirum conuenient: A ſi viſu obtutuque noſtro ſuperiores eædem conſtituentur, cuncta profectò eiuſmodi membra, quæ propter longinquitatem à membris alijs propinquioribus obſcurabuntur atq; præpedientur, modulos a nobis iam traditos excedere debebunt. Quò autem baſes ad altiora loca traducentur, eò ex paucioribus membris, iiſque formoſioribus componendæ videbuntur. Quo quidem nomine Architecti, qui pantheum conſtruxit, acumen atque ſolertiam quam maxime commendamus: in interiori namque æde planis columnis, quæ primo ordini ſuperiores impendent, baſes ſcotijs quidem duabus, at vno duntaxat aſtragalo duorum aſtragalorū, quos hic annotauimus, loco diſtinctas ſubiecit.

Regula, Limbum alij, alij Teniam appellant.
Torus Superior.
Regula.
Scotia ſuperior.
Aſtragali.
Scotia inferior.
Regula.
Torus inferior.



La derivation del capitel Corinthio fù da vna vergine Corinthia, ne altrimenti mi affaticherò di narrare la sua origine: perche Vitruuio lo descriue nel quarto libro al primo capitolo. Dirò ben, che hauendosi da far vn tempio sacro di questo ordine: ei si debbia dedicar alla vergine Maria madre di Giesù Christo redentor nostro, laqual non pur fù vergine innanzi, ma fù vergine nel parto, e dopò'l parto ancora; e così a tutti quei santi & a quelle sante, che hanno tenuto vita verginale, questo tal ordine si conuiene anco i monasteri, & i chiostri, che rinchiudon le vergini date al culto diuino, si farà di questa maniera. Ma se case publiche o priuate, o sepulchri si faranno o persone di vita honesta, e casta: si potrà vsare questo modo di ornamenti per seruar il decoro del capitel Corinthio, l'altezza sarà quanto è grossa la colonna da basso, e l'abaco sia la settima parte di tutta l'altezza del rimanente sian fatte tre parti, vna per le foglie da basso, l'altra si darà alle foglie di mezzo, la terza sia cõstituita per li Caulicoli, o volute che dir le vogliamo: ma fra esse volute, e le foglie di mezzo sia lasciata vn spatio per le foglie minori, dallequali nascono li Caulicoli, Formato il capitel nudo segnato B, ilqual sarà nella parte disotto quanto è grossa la colonna nella parte disopra sotto l'abaco sia fatta vna cinta ouero vna correggia, l'altezza dellaqual sia per la metà dell'abaco: del qual abaco poi fatte tre parti, vna sarà il cimatio col suo quadretto, l'altre due siano per l'abaco, sotto le quattro corna dell'abaco sian fatti li Caulicoli maggiori, e nel mezzo dell'abaco sia vn fiore di tanta grandezza, quanta è l'altezza de l'abaco, sotto ilquale si faranno li Caulicoli minori, sotto li Caulicoli maggiori & sotto i minori si faran le foglie di mezzo, frà lequali nasceranno le foglie minori, e da quelle nascono li Caulicoli, le foglie di mezzo saran viij. & altrettante saran quelle disotto, posto nel modo che si dimostra nella figura C, La latitudine de l'abaco da angolo ad angolo per linea diagonale sarà per due diametri della colonna da basso, laqual posta in vn quadrato, e fuori di quello tirato vn circolo maggiore, che tocchi li quattro angoli, e fuori del maggiore circolo fatto vn'altro quadro, diuiso per linee diagonali dimostrerà dette linee esser in longhezza per due grossezze di colonne, come dice il testo di Vitruuio. Ma della linea B, C, si farà vn triangolo perfetto, & all'angolo X, sarà il punto da sinuar l'abaco, cioè da scauarlo: e di quella parte, che è fra'l circolo maggiore & il circolo minore: sian fatte quattro parti, vna restarà sopra l'A, e tre ne van leuate via in questo modo, che posto vna punta del compasso al punto X, e l'altra punta sopra l'A, e circuendo da B, a C, doue intersecarà la linea curua ne i due lati del triangolo, lì sarà il termine delle corna del capitello, l'essempio di questo è nella figura D, & a questo modo l'abaco verrà a perpendicolo del Plintho della base, di maniera che non ci farà linea alcuna fatta a caso, anzi tutte saran portate dalla ragione Geometrica, e probabile.




D. Diametro della colonna da basso o vero grossezza.
D. Imæ Columnæ Diameter seu Crassitudo.

G. Fiore
G. Flos.
Cimatio
a Cymatium.
Abaco
Cauliculo
b Abacus.
Foglie minori
c Caulis seu Cauliculus.
Foglie di mezzo
d Folia Minora & Summa.

e Folia Media.
Foglie di sotto.
f Folia Ima.
C. Grossezza della colonna di sopra.
C. Summæ Columnæ Crassitudo.

Capitulo Corinthio inueniendo Corinthiã olim virginem occasionem præstitisse cõstat. Nec in eius origine recensenda laborare nos quicquam oportet: id enim à Vitruuio libro quarto capite primo abundè explicatum reperimus. Illud tamen in præsentia prætermittendum minimè existimamus, quòd si sacra ædes aliqua ex Corinthij profluxerit institutis, illa Mariæ nimirum Iesu Christi Redemptoris Seruatorisque nostri genitrici quam accommodatissimè consecrabitur ac sancietur; quæ tum antequam pareret, tum pariendi temporibus iam exactis, virginitatem suam integram perpetuò incorruptamque seruauit. Quinetiam viris illis ac fœminis sanctioribus, quibus virginalis vita, dum in humanis agerent, cordi quammaximè fuit, sacræ huiuscemodi ædes quamaptissimè deuouebuntur: Nec cœnobia septave illa, quibus Vestales virgines diuinis mysterijs & sacris addictæ includuntur, dissimili ratione componenda videntur. At si publicas deinde priuatasve domos, sepulchraliaque item monumenta viris syncerum innoxiumque viuendi genus sectantibus exædificauerimus, vt capituli Corinthij symmetriam & conuenientiam retineamus, hæc vtique adhibebimus ornamenta. Capituli quidem altitudo imam columnæ crassitudinem adæquabit, parsque vniuersæ altitudinis huiusce septima Abaco tribuetur. Eo quòd superest deinde in tres partes distincto; pars vna imis folijs, folijsque medijs altera, & cauliculis demùm uolutisve, quocunque membrum id nomine appellare malueris, tertia ascribetur At uolutas inter medianaque folia spatium quoddam ad minora summaque folia spatium quoddam ad minora summaque folia scalpenda intercurret, unde mox cauliculi exorientur. Verumenimuero capitulo B simplicem nudamque suam conformationem iam assecuto, cuius pars ima summam columnæ crassitudinem adæquabit: corri-

gia seu cingulum volutæ mox statuetur, cuius altitudo dimidio Abaco æqualis existet: Abacoque deinceps in tres partes distributo, Cymatio & eius regulæ simul vna. Abaci autem ipsius corpori reliquæ duæ applicabuntur; Mox sub quaternis abaci eiusdem extremitatibus maiores uolutæ circinentur, in eoque medio flos tantæ magnitudinis statuatur, ad quantam abacus altitudinem pertingit: Sub flore minores uolutæ deinde apponentur: At infra tum maiores tum etiam minores helices mediana folia scalpentur, è quibus minora summaque folia pullulabunt atque consurget,& ex his demùm cauliculi exorientur. Mediana folia octo numero constituantur,totque ima folia etiam existent:quæ quidem,prout ex figura C perspicere licet, inter sese complicabuntur ac disponentur. Diagonalis abaci ab angulo ad oppositum angulum latitudo, imæ columnæ duplicatum diametrum adæquabit. Eius nanque peripheria intra quadratum composita, & extra quadratum deinde alio maiori circulo descripto, qui quaternos tetragoni angulí circunquaque contingat: postmodū extra circuli maioris peripheriam quadrato alio adhuc designato singulas diagonales lineas quadratum hoc nouissimum secantes ac diuidentes columnæ ipsius crassitudini bis repetitæ, quemadmodum ex Vitruuiana habetur oratione,æquales fore mox certè constabit. Ex B C autem linea triangulum æquilaterum procreabitur atque consurget,& in angulo X Abaci quidem sinuandi excauandique signum constituetur.Spatium verò,quod medium inter maiorem ac minorem circulum intercedit, in partes quaternas dissoluetur: quarum vna supra A remanente, tres reliquæ simul ab ea ita abscindentur, ut stabili circini pede signo X innitente,& pede mobili à B ad C circumacto;quò curua linea duo triāguli latera intersecabit,ibi capituli ipsius cornua proprios terminos nancíscentur. Rei huiusce exemplum ex figura D satis superque perspicitur.Et hac vtique ratione Abacus ad Plinthi basis ipsius perpendiculum statuetur:adeò vt tot linearum nulla quidem temerè aut inconsultò perducta,quinimò cunctæ Geometrico artificio,probabilique ratione à nobis in præsentia excogitatæ adhibitæ fuisse videantur.





Quanto a l'architraue, fregio, e cornice Corinthia (come hò detto nel principio di questo capitolo) Vitruuio non da misura alcuna, benche nomini la deriuation de i modiglioni, liquali si posson fare in ogni maniera di cornice, come si vede l'antichità. Ma per proceder modestamente, non deuiando molto dal testo di Vitruuio porrò sopra il capitel Corinthio gli ornamenti Ionici aggiungendo gli astragali a l'architraue, & l'Vuouolo sotto la corona, come fecero alcuni modesti Architetti Romani. Dico che fatto che sarà l'architraue, come è detto nell'ordine Ionico: sotto la fascia di mezzo, sia fatto vn tondino dell'ottaua parte della fascia di mezzo, e sotto la fascia di sopra si farà vn'altro tondino dell'ottaua parte della fascia di sopra, lauorati come qui sotto è dimostrato: poi fatto il fregio col suo cimatio & il denticolo con il cimatio suo, sopra quello si metterà il Vuouolo di tanta altezza, quanto è la prima fascia: il qual per il suo sporto, & anco per la sua scultura si dimostrerà maggiore della fascia di mezzo. Sopra il Vuouolo sia posta la corona, e la scima col cimatio, come nel Ionico s'è detto.

Corinthij quidem epistvlij,zophori,& coronicis Vitruuius, quemadmodum capitis huiusce exordio iam admonuimus,nullos omninò modulos nullosve commensus tradidisse reperitur, etsi mutulorum originem atque deriuationem attingat: qui quibusquam tamen coronicum generibus,quemadmodum antiquitatum constat obseruatione,consociari adiungique possunt. Verùm ne modestiæ fines trāsire,neve à Vitruuianis conscriptionibus longiùs secedere videamur: Corinthio capitulo Ionica superinducemus ornamenta, astragalos epistylio adijcientes,Echinumque ipsi coronæ supponentes,à Romanis nonnullis & modestioribus Architectis exemplo nimirum accepto.Epistylio igitur,quemadmodum in Ionico ordine traditum fuit, quamprimùm perfecto & absoluto,medianæ fasciæ astragalum octaua fasciæ eiusdem portione definitum subijciemus, itemque fasciæ superiori astragalum alterum ad octauæ partis fasciæ illius æqualitatem substituemus; astragalis quidem vtrisque,prout ex apposita liquet designatione,sculptis elaboratisque;Mox zophoro cum eius cymatio,denticuloque cum cymatio pariter extructo,ouiculatus Echinus altitudine primæ fasciæ pari omninò superaddetur: qui quidem Echinus,tum proiectura tum scalptura quoque opitulante, speciem mediana fascia ampliorem certe exhibebit. Echino demùm corona & sima vnà cum cymatio,quemadmodum in Ionico ordine traditum fuit,superiores constituentur.


Alcuni Architetti Romani procedendo vn poco più licentiosamente, non pur fecero lo Vuouolo sopra il denticolo; ma fecero ancora i modiglioni, & il denticolo in vna istessa cornice : laqual cosa è molto dannata da Vitruuio, nel quarto libro al secondo capitolo: percioche i denticoli rappresentano le teste d'alcuni trauicelli, detti aßeri da Vitruuio, & anco li modiglioni son fatti ad imitation d'altre teste di legni nominati Canterij da esso autore, le quali due sorti di trauicelli non poßon stare l'vn sopra l'altro in vn medesimo luogo, & io per me non comporterò mai in vna cornice, modiglioni e denticoli, quantunque Roma ne sia copiosissima, & anco in diuersi luoghi d'Italia. Ma procedendo modestamente in tal ordine io trouo vna regola generale, che l'altezza della colonna con la base, & il capitello si diuide in quattro parti, & vna d'eße si dà all'architraue, fregio, e cornice, e tale altezza corrisponde, e questo si accorda con l'opera Dorica, che detti membri son la quarta parte dell'altezza della colonna. Questa quarta parte adunque si diuiderà in parti dieci, tre saran per l'architraue compartito nel modo detto di sopra, tre si daranno al fregio, e delle quattro restanti si farà la cornice in questo modo: delle quattro parti sian fatte parti 9. vna parte sarà per il cimatio sopra il fregio, due parti si daranno al Vuouolo col suo quadretto, due altre parti sian per il modiglione col suo cimatio, l'altre due parti saran per la corona, le due parti restanti saranno per la scima col suo cimatio, il qual sarà per la quarta parte della scima: la proiettura di tutti i membri sia come è detto di sopra, e si potrà ancora far quest'architraue, fregio, e cornice la quinta parte dell'altezza della colonna, come dice Vitruuio del theatro nel libro quarto al vij. capitolo.

At Romæ alij deinde paulò licentiores Architecti haud Echinum denticulo superiorem tantummodo posuisse, verùm mutulos prætere a denticulosq. in eadem coronice consociasse atque permiscuisse comperiuntur : quod a Vitruuio quarto volumine capite secundo quammaximè certè reprehenditur ac improbatur. Denticuli namque tigillorum quorundam, quos asseres Vitruuius appellat, capita referunt : mutuli verò tignorum aliorum capita (Canterij ab eodem hi nuncupantur authore) imitantur. Quapropter cùm asseres canterijq. vna coniungi copularique nequeant nec mutulos denticulosque pariter in eadem coronice ferendos admittendosve esse existimamus; etsi antiquitatum monumenta tum Romæ tum alijs Italiæ locis nobis aduersari passim conspiciuntur. Verùm si in proposito ordine modum seruare, intraque modestiæ fines nos continere voluerimus, a communioribus hisce præceptionibus numquam utique discedemus. Columnæ ipsius, basi capituloq. superadditis, altitudo in quatuor partes primùm diuidetur; earumque una epistylio, zophoro, coronicique simul assignabitur; hæcque trium commemoratorum altitudo tum egregiè quidem responsura, tum cum Dorico opere, in quo membra eadem ad columnæ quadrantalem altitudinẽ efferuntur, mirificè consensura uidetur. Quadrans hoc igitur in partes denas postmodum seiungatur: Tres epistylio ratione superius à nobis tradita formato atque distincto concedentur, tresq. item zophoro condonabuntur, at quatuor reliquæ demum in coronicis ipsius confectionem hoc pacto insumentur. Quaternis partibus hisce in nouem segmenta distributis, pars una cymatio supra zophorum collocato continget. Echino & eius regulæ simul partes binæ, bineq; partes item mutulis eorumque Cymatio ascribentur: Coronæ postmodum partes duæ, duæque reliquæ partes simæ, cymatio eius adiuncto, nouissimè tribuentur; quod quidem cymatium ad quadrantis simæ ipsius æqualitatem constituetur. In membrorum autem projecturis definiendi terminandisque, ad superiores præceptiones confugito. Verùm id te admonitum uolumus, quòd terna hæc membra simul, epistylium videlicet, zophorum, & coronicem ad quintam columnaris altitudinis partem educere tibi fas erit : quemadmodum Vitruuius libro quarto capite septimo de Theatro sermonem instituens, nobis testatum reliquit.





La diminuition della colonna Corinthia sarà fatta come s'è detto dell'altre secondo la sua altezza ma, da piedi xvi. in giù sia minuita la sesta parte, con la regola data nel principio dell'ordine Thoscano: e se ella sarà striata cioe canellata, si farà come la Ionica, ma le canellature saranno piene dalla terza parte in giù, come si dimostra quì a canto. L'architraue, fregio, e cornice di questa, senza modiglioni, per dimostrar la diuersità delle misure, il suo architraue è per mezza grossezza della colonna il fregio perche va scolpito, è la quarta parte maggior dell'architraue, e la cornice, senza il cimatio del fregio, è alta come l'architraue. L'altezza del tutto è manco della quinta parte dell'altezza della colonna: nondimeno se la proiettura della corona sarà gagliarda, dimostrarà di maggior altezza, che ella non sarà in effetto, e sarà di manco peso à l'edificio. Onde il prudente Architetto puo sempre far elettion di quelle parti, che più al suo commodo tornano, pur ch'egli non si allontani molto da i scritti di Vitruuio, e dalla buona antichità, la quale si conosce per i scritti d'esso auttore. E se per alcun accidente la colonna Corinthia hauerà bisogno del suo proportionato piedestalo, non hauendo ad vbidire a cosa alcuna, la sua proportion sarà, che la sua latitudine sia quanto il Plintho del la base, la qual latitudine sia diuisa in tre parti, e due parti saranno aggiunte alle tre, e queste saranno per la sua altezza, cioè il netto senza le sue cornici: lequali così si faranno, che l'altezza del netto del piedestalo sia diuiso in parti vij. & vna d'esse si darà al la sua base, e l'altra si darà alla sua cima, che verranne ad essere parti ix. e così questo piedestalo sarà proportionato alla colonna, la quale è ancor lei di parti ix. ma de i particolar membri si della base, come della cornice, dimostrerò quì auanti diuerse antichità, delle quali il giudicioso Architetto si potrà seruire, ma più abondantemente nel terzo libro delle antichità, doue saranno molti, e diuersi piedestali tutti misurati da gli Antichi.





Corinthiæ columnæ haud aliter, quam de cæteris colūnarum speciebus habitum fuit, prout videlicet earum altitudines exigunt, imminuendæ contrahendæque videntur: At si infra pedes sexdecim earum continebitur altitudo, sexta vtique parte diminuentur; præceptione illa nimirum, quæ Tuscani ordinis initio à nobis tradita fuit, adhibita atq; seruata. Quòd si Corinthia columna canaliculis quibusdam medijs distincta striataque extiterit, columnam Ionicā sibi æmulandam imitandamque proponet: eo tātùm discrimine intercedente quòd pars tertia ad inferiora decurrens strias pleniores atq; cōpactiores habebit: quemadmodū ex altera ad latus appositarum designationum hic satis superque perspicitur. Epistylium, zophorus, coronixque, absque mutulorum comitatu, commensuū ratione ita inter sese distinguuntur; quòd epistylium dimidiam columnæ crassitudinē explet: zophorus, propter scalpturarum adiectiones, quarta parte epistylio altior constituitur; coronixque demum, zophori cymatio secluso, epistylium altitudine æquat. Trium autē horum mēbrorum, si simul accepta fuerit, altitudo columnæ tutius altitudine quinta parte minor esse perspicitur. Attamen si corona vehementius procurret, tum intuentibus maioris certè, quam reipsa fuerit, altitudinis speciem exhibebit, tum reliquo ædificio leuior vtiq; superincumbet. Quapropter quæcumque ex vsu magis esse videbuntur, ab Architecto audacter mox eligentur; dummodo nec à Vitruuianis cōstitutionibus, nec à probatis antiquorum operibus, quæ ad authoris eiusdem placita tanquā ad certissimam regulam diriguntur, longius ille secedat.


Quòd si forte fortuna ad Corinthiam columnam sustinendam stylobata generis eiusdem efflagitabitur, nisi aliud quid piam forte nos impedierit, talem adhibebimus proportionem; vt stylobatæ propositi latitudo plinthi, qui basi substernitur, fines minime excedat: qua quidem latitudine tripartita, partibusque duabus ei superadditis, ad tantam nimirum altitudinem stylobatæ solius area, demptis eius appendicibus, educentur. Appendices autem hosce modulos assequentur, vt puri simplicisque stylobatæ altitudine in partes septem diuisa, pars vna basi deinde, coronicique altera tribuatur: quapropter altitudo ad partes nouem tota conscendet. Et hac ratione inter stylobatam columnamque perbella certè proportio ac symmetria intercedet, siquidem ipsa quoque columna ex partibus nouem constituitur atque coagmentatur. Verùm quod ad propria tum basis tum coronicis stylobatæ membra spectat, complurium antiquitatum exempla mox designabimus & apponemus, quæ perspicaci Architecto vsui quam plurimum fore videbuntur. At tertio antiquitatum libro hæc vberius à nobis explicata fuisse constat: ibi namque complurium diuersorumque stylobatarum imagines ex antiquioribus exemplaribus deductæ, iustissimaque ratione commensæ profectò reperiuntur.


Fra l'altre antichità di opera Corinthia, che ſi veggono in Italia a me pare che'l Pantheon di Roma, e l'arco trionfale, che è ſul porto d'Ancona, ſian delle più belle, e delle meglio inteſe: del qual arco, il capitello quì ſotto A, è proportionato al proprio traſportato da grande a picciolo con gran diligentia, l'altezza del quale ſi allontana da i ſcritti di Vitruuio, nondimeno ha però boniſſima corriſpondentia, o forſe che Vitruuio inteſe che l'altezza del capitel Corinthio foſſe per la groſſezza della colonna ſenza l'abaco, ma che il teſto in queſta parte ſia fallato, perche non ſol queſto preſente capitello trouo di queſta proportione: ma molti altri ne ho trouati, che l'altezza ſua è per vna großezza della colonna ſenza l'abaco: le colonne di queſto arco ſon canellate nel modo qui dimoſtrato, e vengono alquanto più di mezze fuor del viuo, il piedeſtalo, e la baſe ſopra eſſo è membro del medeſimo arco, fatto con la ſua proportione minutamente. Le cornici qui a canto furono trouate al foro tranſitorio in Roma, quella ſegnata A, è molto modeſta per cornice Corinthia ſenza modiglioni, quella ſegnata B, è alquanto più licentioſa, per eſſere i due membri d'vna iſteßa natura: ma quella ſegnata C, è licentioſiſſima, e per li membri duplicati, che dalla corona in giù hanno diſgratia grande, & anco perche la corona a tanta cornice ha pochiſſimo ſporto. La baſe d'vn piedeſtalo ſegnata D, è belliſſima per mio auiſo, & anco il baſamento ſegnato E, benche fuſſe vn baſamento, che continuaua lungo vno edificio; nondimeno puote ſeruire per la baſe d'vn piedeſtalo, le quai tutte coſe ſi poßono applicare a l'opera Corinthia, & anco alla Ionica ne ho vedute di ſimili: l'architraue ſegnato V, è in Verona ad vn'arco trionfale, le cui faſcie fan contrario effetto di quel che deſcriue Vitruuio, nondimeno io l'ho voluto porre quì per dimoſtrar tal differentia: e ben ch'io non dica quì tutte le particolar miſure di queſte antichità; elle ſon però proportionate alle proprie antiche, & in queſta picciola forma ridotte.

Ex Corinthijs antiquitatibus, quæ in Italia paſſim conſpiciuntur, duo inprimis ædificia, Pantheum videlicet Romæ, & triumphalem Anconitani portus fornicem, tum elegantiæ tum artificij ratione quammaxime commendanda cenſemus. Noſque arcus huiuſce capitulum A litera infrà notatum ad veri ſimilitudinem penitus expreſſimus, & ex amplioribus ad minores modulos, ſumma adhibita diligentia, huc certè traduximus: cuius quidem altitudo etſi Vitruuianis dogmatibus aduerſatur, egregie tamen reſpondet, optimamq. retinet ſymmetriam; Niſi Vitruuianum codicem hoc loco deprauatè corrupteque potius legi velimus, eamque authoris mentem fuiſſe dicamus; ut ille Corinthium capitulum, ſine Abaco, ad altitudinem columnæ ipſius craſſitudini æqualem educendum eſſe intellexerit. Nec enim præſens capitulum hac ratione extructum tantummodo reperimus: uerùm cætera capitula inſuper complura, quorum omnium, demptis Abacis, altitudines columnarum craſſitudinibus æquales ſtatuuntur, nos paſſim conſpexiſſe meminimus. Arcus huiuſce columnæ hac nimirum, qua intueris, ratione ſtriatæ apparent, & extra ſolidum paulò plus quàm mediæ procurrunt. Stylobata, baſiſq. ei ſuperſtans inter fornicis eiuſdem membra reponuntur, amborumque ſtructuræ exactas propriaſq. retinent ſymmetrias. Coronices, quæ deinde ſequuntur, in foro Romæ tranſitorio inuentæ olim fuerunt. Coronicem A, ſi Corinthiæ coronicis mutulis deſtitutæ genus & conditionem perpendas, modeſtiorem eſſe fateberis. Coronix B, cùm duo naturæ eiuſdem eiuſdemque proprietatis membra ſortiatur, licentior aliquantulum eſſe videtur. At coronix C, tum propter geminata duplicataque membra, quorum infra coronam aſpectus inuenuſtior exiſtimatur, tum quia tam amplæ coronicis corona modicam admodum obtinet proiecturam; in maximam vtique libertatem, & immenſam propemodum licentiam præceps effunditur. Stylobatæ baſim D ſigno notatam, elegãtiſſimam quidem eſſe reor. Quinetiam ſtereobata E, quod Baſſamentum vulgus appellat, etſi ſecundum ædificij alicuius longitudinem perpetuus extendebatur; attamen baſis quoque ſtylobatam fulcientis uſum haud ineptè forſitan præſtitiſſet, Membra autem hæc omnia Corinthijs operibus eleganter quidem adiungi accommodariq. poſſunt: Quinetiam in Ionicis ædificijs membra conſimilia appoſita quandoq. conſpeximus. Epiſtylium V, Veronæ in triumphali fornice extat, in quo faſciarum diſpoſitiones à Vitruuiana explicatione perquàm diuerſæ comperiuntur. Noſque, vt differentiam oſtenderemus, tale epiſtylium conſultò hic appoſuimus. Quoniam autem deſignationes noſtræ proprijs exemplaribus ad amuſſim reſpondent, & ex maioribus formis ad typos hoſce minores ſumma cura animaduerſioneq. traductæ à nobis fuerunt: nihil eſt quòd in antiquitatum propoſitarum modulis recenſendis laboris aut temporis quicquam nunc inſumamus.












A




V




B




D



C




E


P
P


La porta quì sotto dimostrata è a Palestina, che hor si chiama Pelestina, & è opera Corinthia: l'apertura della quale è di due quadri: la sua pilastrata è per la sesta parte d'essa latitudine, partita nel modo che s'è aetto: il fregio è la quarta parte maggior d'essa pilastrata; la corona, e gli altri membri sia quanto la pilastrata, partiti nel modo, che quì si vede; le mesole pendono così a basso, come si dimostra: il frontespicio sia fatto come s'è detto nell'ordine Dorico nella faccia seconda.

Subscriptum ostium Palestinæ, quæ Pelestina corrupto vocabulo iam nuncupatur, existit; Corinthioque opere constat, parsque interuacua ad bina pertingit quadrata. Antepagmenta sextam latitudinis partem obtinent, quæ quidem ratione superius iam assignata distribuentur: zophorus antepagmentis quarta parte amplior constituetur: Corona, membraq. cætera ad antepagmentorum æqualitatem dirigantur; eaq; præsentem, quam cernis, distributionem nacta fuerunt; Mensulæ, prout vides, ad inferiora dependent: Fastigium denique rationem à nobis in Dorico ordine, dum de porta grauioris aspectus extruenda sermonem habuimus, iam traditam persequetur.




Questa porta, laqual è differente da tutte le altre, che nell' antichità io habbia mai uedute: è nondimeno molto grata al'occhio, e rappresenta grandezza: laqual e fuori di Spoleto, circa mezzo miglio fuor di strada, a vn tempio antico d'opera Corinthia, delle sue proportioni, e de i membri particolari non mi stenderò più oltra, percioche col compasso si potrà trouare il tutto da chi diligentemente lo cercarà.


Præsentis ostij species etsi a cunctis antiquorum, quotquot conspeximus, ostiorum generibus differt; aspectui tamen & iucunda, & magnificum quid præseferre uidetur: & Spoletio quatuor stadijs propemodum, si iter aliquantulum deflexeris, abest: vetustæque ædi Corinthio opere elaboratæ adiuncta conspicitur. Symmetrijs autem proprijsque commensibus recensendis, cùm hæc omnia studiosus quilibet, circino adiuuante, per sese consequi posit, haud immorandum profectò arbitramur.



Di quest'opera Corinthia, la qual diletta molto vniuersalmente a tutti, ancora ch'ella sia di più membri, dandone alcune regole generali, per satisfar più a chi di questa mia fatica si diletterà: io formarò più sorti d'edifici. E perche quelli Architetti antichi, che volsero che le fabriche loro andassero a perpetuita, fecero li pilastri che sostengono gli archi di bonissima grossezza. La seguente faccia la qual potrà seruir'a diuerse cose, si come il giudicioso Architetto si saperà seruire, alli pilastri di tanta latitudine in fronte, quanta è l'apertura de gli archi: ma la sua grossezza è la quarta parte d'essa apertura. La grossezza delle colonne sarà la sesta parte della fronte del pilastro: i nichi fra l'vna e l'altra colonna sian fatti per due grossezza di colonna, la sua altezza sarà poco più di due quadri, l'altezza del piedestalo sia per tre grossezza di colonna, l'altezza dell'arco si farà di due quadri, l'altezza delle colonne con le basi, & i capitelli saran di parti ix. e mezza. Le pilastrate de gli archi si faranno per mezza colonna, e così l'arco, l'imposta che sostien l'arco sia della medesima altezza, fatta nel modo ch'è quella del theatro di Marcello, nell'ordine Ionico. La qual imposta seruirà per cornice alla porta, l'altezza della qual porta così è da fare che sotto detta cornice sia fatto l'architraue d'altrettanta altezza, e da quello in giù siano fatte due parti fin a i gradi, vna delle quali sarà la sua larghezza, e così la cornice della porta sarà a liuello di quella delle finestre, e la cimatia del piedestalo sarà per piana delle dette finestre: la luce delle quali sia di proportion diagonea, e la pilastrata la sesta parte del lume: i piedestali, basi e capitelli, cioè i membri particolari, siano fatti come nel principio di quest'ordine s'è detto. Sopra le colonne sia posto l'architraue, il fregio, e la cornice, partite nel modo che da principio s'è dimostrato. L'altezza del secondo ordine si farà per la quarta parte minor del primo; minuiti tutti gli membri per la sua rata parte, sì come nella figura si potrà vedere, & anco misurare. La eleuation di mezzo, la quale non hò per vn ordine integro, ma assai più bassa, per l'altezza sua sarà quanto è l'apertura de gli archi da basso, e la sua cornice, la quale fà vfficio di architraue, e fregio, e sarà la quinta parte di tutta l'altezza, le misure delle quali si potranno trar dal capitello Dorico, & anco per ornamento maggiore se gli potrà fare il fastigio, ò frontespicio che dir lo vogliamo, il quale facendosi nel mezzo, li due sopra li nicchi sariano vitiosi, ma se gli potran fare due remenati, perche così l'opera sarà variata, e più diletteuole all'occhio.


Cùm Corinthio opere mirifice omnes homines delectentur, etsi ex membris id constat compluribus, ne studiosorum vtilitati defuisse tamen iudicemur, tum communiores præceptiones nonnullas modò afferemus, tum Corinthiorum ædificiorum genera deformabimus ac proponemus. At quoniam antiquiores Architecti operum firmati & immortalitati pariter consulentes pilas, quibus arcuum desuper incumbentium moles ac pondus committitur, crassiores effecisse reperiuntur; ideo nos præsentem excogitauimus designationem: quæ vsum pro Architecti acumine solertiaque multiplicē præstans, pilarum frontes tantæ latitudinis, quanta arcuum ipsorum existit apertio, at earum crassitudo apertionis quadrantem tantummodo assequitur: Columnarum crassitudines è pilarum frontibus sextā sibi partem acquirunt: Scaphæ seu Conchæ, quæ binis columnis mediæ intercurrunt, duarum columnarum crassitudines explent: eædemque ad paulò maiorem quam duorum quadratorum altitudinem educuntur: Stylobatæ ad triplicatas columnarum crassitudines efferuntur: Arcus deinde ad duorum quadratorum erigitur altitudinē: Columnæ, basibus capitulisque simul adiunctis, ad parte nouem sublimes excitantur: Arcuum antepagmenta dimidijs columnis paria æqualiaque constituuntur: necnon & arcuatæ circunductioni tantundem, & incumbis quoque arcum ipsum sustinentibus eadem prorsus assignabitur altitudo. Incumbæque ad eius nimirum, quam de Ionico ordine superius pertractantes Theatro Marcelli adesse iam diximus, similitudinem extruentur: eædemque ostio coronicis vsum speciemque exhibebunt. Ostij autem altitudo ita expedienda videtur, vt sub prædicta coronice epistylium pari altitudine statuatur; infraque epistylium binæ partes ad gradationes vsque sumantur, quarum altera epistylij ipsius latitudinem terminabit. Quapropter coronix ostio superincumbens fenestrarum, quæ à lateribus astant, coronicibus, summaque stylobatarum cymatia imis fenestrarum earundem planiciebus ad libellam quam optime respondebunt. Fenestrarum autem apertiones diagonea constabunt proportione, earumque antepagmenta sexta luminis parte definientur. In stylobatis, basibus, capitulisque, & minutioribus huiuscemodi membris expediendis, præceptiones ordinis huiusce initio à nobis iam traditas persequemur. Epistylium denique, zophorus, coronixque, accommodata earum, prout à principio tradidimus, distributione confecta, superis columnarum partibus adiungentur. Subsequentis ordinis altitudo primo, quem hactenus exposuimus, ordine quarta parte minor constituetur: membris singulis, quemadmodum ex ipsamet designatione cuiuis perspicere, propriosque modulos, circino adhibito, explorare insuper licet, pro rata item decrescentibus portione. Mediana demum eductio, quæ cùm humilior existat, integri ordinis nequaquam appellationem meretur, altitudinem arcuum inferiorum apertionibus æqualem obtinet: eiusque coronix, quæ epistylij insuper zophorique munere fungitur, quinta totius altitudinis parte circunscribetur: proprijque moduli ex capitulo Dorico à nobis deducentur. Quinimo ornatus ac venustatis maioris gratia fastigium, quod frontis aspectum seu frontispicium nostrates appellant, superaddetur: cui si mediam sedem tribuemus, triangula deinde fastigia, quæ in lateribus scaphis supereminent, vitiosa mehercle improbandaque videbuntur. Quapropter eorum loco circulata potius, quæ Remenata vulgo nuncupatur, fastigia erunt substituēda: ita namque magis varium, aspectuique iucundius ædificium profectò reddetur.






Ogn'hora che l'Architetto vorà edificar vn tempio sacro, quanto il suo piano sarà più leuato da terra, tanto lo edificio hauerà più maestà, che così han fatto i buoni antichi, benche d'altre forme di tempij vsarono gli antichi molto differenti da i nostri, percioche essi faceuano vn corpo solo, ma noi Christiani facciamo la maggior parte de i nostri tempij in tre parti: vna parte di mezzo, e due parti per banda, & anco tal volta le capelle s'intendon nelle due parti, & alcuna volta le capelle si fanno fuori de i due lati, si come si dimostra nella pianta qui sotto. La latitudine di questa faccia sarà di parti xxxij. vna dellequali sarà la grossezza d'vna colonna, a l'intercolunni di mezzo si daran sette parti, a l'intercolunni maggiori dalle bande si daran quattro parti, e mezza, fra l'vna colonna, e l'altra doue sono i nicchi saranno due parti, e così le parti xxxij. saran distribuite, le pilastrate, che sostengon l'arco saran per la metà della colonna: l'apertura della porta sarà in latitudine tre parti e mezza, e la sua altitudine sarà parti vij. l'imposta, che sostien l'arco, sarà d'altezza quanto è la pilastrata, e sarà per cornice non solo alla porta, ma alle finestre ancora: l'altezza del piedestalo sarà per tre parti; l'altezza della colonna sia di parti ix. e mezza con la base, e'l capitello: l'architraue, fregio, e cornice sian fatti per la quarta parte dell'altezza della colonna, e così de i particolar membri che ci restano sia osseruata la regola prima: delle finestre, e dei nicchi, e de gli altri ornamenti si può nella figura comprendere, & anco misurare. L'ordine secondo sarà in altezza la quarta parte minor del primo, e sian minuiti tutti i membri per la sua rata parte: ma l'architraue, fregio, e cornice sarà diuiso in tre parti eguali, vna sara per l'architraue, l'altra per il fregio doue van gli modiglioni: la terza sia data alla corona, & alla Scima, il fastigio sarà fatto nel modo, che nel Dorico per Vitruuio s'è dimostrato, le due ale dalle bande, lequali sono per ornamento della facciata, & anco per sostegno, saranno la quarta parte d'vn circolo, e'l centro d'esse sarà il punto A, & B, delle qual cose poi sopra ogni arco che diuide le capelle se ne potrà metter vna, che sarà gran sostegno alla parte di mezzo, & anco da quelle potranno scender le acque dal tetto disopra nelle parti più basse.


Si quando Architectus ad sacram ædem aliquam construendam accedet, id pro comperto inprimis vt habeat velim, quò templi solum ac pauimentum in sublime è terra magis excitabitur, ædificium cò maiorem dignitatem & amplitudinem vtique retenturum: quod probatis antiquorum operibus confirmati dilucidè potest, etsi aliæ quippe templorum formæ atque dispositiones nostris quamdissimillimæ apud veteres extiterunt. Illi nanque corpus vnum tantummodo, idque perpetuum fabricari consueuerunt. At nos, qui Christi fidem & pietatem sectamur, templorum nostrorum pleraque in tres partes, medianam videlicet, binasque lateribus insistentes distinguere distribuereque solemus: sacellaque intra latera resident non nunquam, aliàs autem extra latera ipsa protruduntur, quemadmodum ex sequenti perspicitur Ichnographia. Frontis hic designatæ latitudo in partes xxxij extenditur, quarum vna columnarum singularum crassitudinibus assignabitur, intercolumnijs autem medianis partes septenæ contingent: Laxioribus intercolumnijs, quæ in lateribus statuuntur, partes quaternæ dimidiaque insuper ascribentur; Intercolumnia angustiora, quibus scaphæ mediæ intercurrunt, binas partes demùm explebunt. Et hac vtique ratione partes xxxij perbellè, ni fallor, consumptæ fuisse videbuntur. Antepagmenta, quæ arcum sublimem extollunt, dimidias columnarum crassitudines æquant: Ostij apertura partes tres ac semis in latitudinem extenditur, septenasque partes in altitudinem peruagatur: Incumbarum, quibus proximè arcus innititur, altitudo antepagmentorum latitudini æqualis esto: incumbæque hæ nimirum haud ianuæ tantummodo verùm fenestris quoque coronicis vice locoque inseruient; Stylobatæ ad partium trium altitudinem efferentur: Columnæ, basibus capitulisque vna acceptis, ad partim nouem ac semis altitudinem erigentur: Epistylium, Zophorus, coronixque è columnarum ipsarum altitudinibus sibi quadrantem assument: Itemque ad membra reliqua sigillatim expedienda superiorem præceptionem adhibeto. Quod autem ad fenestrarum, scapharum, cæterorumque ornamentorum dispositiones spectat modulosque, ex præsenti designatione cuncta tibi clara apertaque reddentur. Ordo proximè huic succedēs primo ordine iam exposito quarta parte humilior depressiorque constituetur: membraque singula pro rata parte item diminuentur. At epistylij deinde, zophori, coronicisque æqua ac tripartita diuisione confecta: epistylio vna, zophoro mutulisque simul altera, & coronæ demum ac simæ reliqua tribuetur. Fastigium, prout in Dorico ordine ex Vitruuij sententia docuimus, a nobis postremò loco tandem superaddetur. Alæ ornatus ac munimenti gratia vtrinque assistentes circuli quadrantem tantummodo complectuntur, earũque centra in A & B signis resident ac collocantur. Singulisque arcubus, qui sacella inter sese dirimunt atque distinguunt, singulæ huiusce generis alæ, quasi validum quoddam medianæ partis fulcimentum, superaddi commodè possent: per quas imbres a culmine ad inferiora sensim delaberentur atque descenderent.





La diuision della seguente opera sarà, che del vano fra l'vn pilastro, e l'altro, sian fatte tre parti, vna d'esse sia per la latitudine del pilastro, e la sua grossezza sia per la metà d'esso: la grossezza della colonna sarà per la metà della fronte del pilastro, l'altezza sua si farà de parti 10. e mezza, con la base, e'l capitello, e così le pilastrate, che leuan sù l'arco saran per mezza colonna, l'imposta dell'arco sia altrettanto, le misure della quale si posson cauar dal capitel Dorico, mutando i membri, e questa seruirà per cornice alla porta, & anco per sostegno delle finestre sopra le botteghe, l'altezza dell'arco, perche tal volta alcuni accompagnamenti lo comportaranno così basso come è dimostrato, sarà di tre parti in larghezza, e di cinque in altezza, e così la porta hauerà la medesima proportione: la pilastrata della qual sarà d'essa latitudine la sesta parte, e se l'Architetto vorrà far l'altezza de gli archi di duplicata altitudine alla sua larghezza: la porta verrà ancor essa di tal proportione: ma le colonne haueran bisogno d'vn zocco quadrato sotto le basi, che di tal cose gli antichi si sono accommodati. L'altezza dell'architraue, fregio, e cornice sia per due grossezze di colonna, partite come è detto nella regola prima, o nel modo, che son alcune delle antiche nelle passate carte. E perche il suolo del secondo ordine al piano della cornice del primo, da sotto l'arco, fin sotto'l suolo saria gran spatio per far crociere: io intendo in tal caso al dritto d'ogni colonna far vn'arco, & ogni spatio voltare a catino, o a cuppola che dir la vogliamo. L'altezza del secondo ordine si farà per la quarta parte minor del primo, diuisa in questo modo: il Podio detto Parapetto sia di altezza per due grossezze d'vna colonna da basso, e da lì in sù sian fatto parti 5. vna si darà all'architraue, fregio, e cornice, e le quattro saranno per la colonna, e le pilastrate, che tengon su gli archi sian per mezza colonna, e così gli archi. Del rimanente de i membri sia osseruata la regola generale: e se questa faccia si farà sopra ad alcuna piazza, come per le botteghe si dimostra, tornerà molto commodo, e sarà d'ornamento vn podio sopra l'vltima cornice: ma per assicurarsi da pioggie, e da ghiacci: sarà da far vn suolo oltra molte altre diligentie, di lastre, con i suoi incastri ben sigillati con bonissimi stucchi, e sopra tutto che sia di buona pendentia, acciòche le acque non si ritengano: ma più sicura sarà, se di bone lame di piombo saran coperti tai suoli. E bench[e] tutti i buoni Architetti dannano, e fuggono il porre vna colon[na o] pilastro sopra vn vano, il che non lodo anco io, nondimeno [per ha]uer io veduto vn simile suggetto al portico di Pompeio in [Ro]ma d'opera Dorica però: io ho preso tal ardire se alcuno [vorrà di] tal cosa seruirsi.

Sequens opus ea nempe ratione distribuetur, vt vacuitas duabus pilis interiecta in tres partes diuidatur, earumque vna pilatum latitudins metiatur, parsque dimidia pilarum earundem crassitudines æquet: Columnarum crassitudines dimidias pilarum frontes absoluant: eædemque, basibus capitulisque superadditis, ad partium denum ac semis altitudinem educantur: Parastatæque sublimem arcum extollentes, dimidias columnarum crassitudines expleant. Nec non incumbis, quibus arcus innititur, tantundem quoque tribuetur: quarum certi proprijque commensus è capitulo Dorico, membris tantummodo permutatis, deduci quamoptimè poterunt; Incumbarumque earundem ratio & ianuæ coronicis vsum exhibebit, & fenestris tabernas inferiores despectantibus tanquam fulctura quædam inseruiet. Arcus, quoniam vt aliàs ostendimus, partium symmetriæ atque connexiones eum humiliorem quandoque requirunt, in partium trium expanditur latitudinem, & in partium quinum altitudinem crescit: eademque proportionis species ostio quoque tribuetur: ostijque eiusdem antepagmenta sextam latitudinis partem occupabunt. Quòd si fortè Architectus arcus duplo altiores quàm latos effinxerit, ad duplam quoque proportionis rationem ostij apertionem moderabitur: at columnarum basibus ut veterum exempla imitemur, quadrati plinthi tunc subijciendi videbuntur. Epistylij, zophori, coronicisque altitudo, duarum columnarum crassitudines simul explebit: ternaque hæc membra, vel vt supra iam præcepimus, vel ut nonnulla antiquorum exempla in retro habitis iam designata descriptaque proponunt, distribuentur. Quoniam autem secundi ordinis pauimentum ad coronicis primi ordinis libellam statuitur, adeò ut ab imo arcu usque ad pauimentum superius satis spatij pro concamerationibus extruendis habeatur: id circò nos loci commoditatem nacti ad columnarum singularum perpendicula singulos fornices perduceremus, intermediaque spatia sphæricis & orbiculatis conuersionibus vtique extolleremus. Secundi ordinis altitudo à primo, quem hactenus exposuimus, ordine quarta parte deficiet, eumque ita distribuendum esse iudicamus. Podium, quod Pluteum quoque nuncupare solemus, ad imarum columnarum duplicatas crassitudines excitetur. Quod reliqui spatij deinde ad superiora contendit, in partes quinque diuidatur: supremaque parte epistylio, zophoro, coronicique reddita, quatuor reliquę deinceps columnis descendentibus tribuentur; Parastatæque arcum sustinentes, itemque arcuum circunductiones dimidijs columnarum crassitudinibus æquales conficientur. Cæterorum membrorum conformationes ex suprà iam traditis præceptionibus deducantur. Quòd si frons ædificij forum uel plateam aliquam despexerit, quemadmodū [...] significant innuuntque tabernæ; podium summæ coro[nicis ...] tunc superstructum, & ad commoditatem & ad [...]mè certè conducet. Quod quidem vt ab imbri[b]us atq[ue ...]tum incolumeque seruetur lapideis, latastris quarum c[...]albarij operibus quàm firmissimis, quæ Stuccha uulgò nun[cupant ...] obfirmabuntur, solum isternemus, idque, ne aquarum defluuia impudiantur, decliue constituemus. Verùm si plumbe[is ...] huiusce generis sola cooperta contectaque fuerint, operis robori atque securitati magis adhuc consuluisse videbimur. [...] autem peritiores Architecti à columnis pilisve supra inanes aliquas apertiones collocandis quammaximè caueant abstine[ant...], quinimò nec nos huic rei assentimur: cùm tamē Romæ in Pompeiana porticu consimilem structuræ rationem, Dorico tamen opere conflatam coagmentatamque, aspexerimus tale exemplum alijs quoque, si quem eius imitandi fortè cupido ceperit, audacter hic proposuimus.






Perche i Venetiani si dilettano molto nelle sue fabriche d'opera Corinthia, e copiosi di finestre, e di poggiuoli assai, io ne hò formata vna copiosissima di lumi, e di poggiuoli : & hò voluto far loggia sopra loggia, le qual cose prestaranno più commodità che i poggiuoli, e la fabrica hauerà maggior presentia : perciochè tutte quelle cose dentro alle quali la vista si puo dilatare, sono sempre di più satisfattione.

La compartition della seguente facciata sarà, che la sua latitudine sia diuisa in parti XXX. vna delle quali sarà la grossezza d'vna colonna, l'intercolunnio di mezzo sarà per quattro colonne, ma tutti gli altri saran di tre, e così saran distribuite le trenta parti : l'altezze delle due colonne saran di parti dieci e mezza, con le basi e con i capitelli, l'architraue, il fregio, e la cornice sia dell'altezza della colonna la quinta parte. Partiti li membri, come s'è detto più a dietro : la luce delle finestre sia in latitudine per vna colonna e mezza, tutte a perpendicolo da alto a basso: ma l'altezza delle prime da basso sia di tre parti in latitudine, e di quattro in altitudine, quelle di sopra , che seruiranno alle stanze mezade, si faranno di proportion diagonea. La latitudine della porta sarà per due grossezze di colonna, e per l'altezza di quattro: la pilastrata, il fregio, la cornice sia come è detto dell'altre, e così la cornice d'essa porta sarà a liuello di quella delle finestre da basso. L'ordine secondo sia più basso del primo la quarta parte, ma fatto il podio con li balaustri di tanta altezza quanto è larga la luce d'vna finestra: il rimanente dell'altezza sia diuiso in parti v. vna si darà a l'architraue, al fregio, & alla cornice le quattro saran per la colonna con la base, e il capitello: l'altezza delle finestre sia di due quadri, del rimanente de gli ornamenti sia fatto come le cose passate di simil suggetto: e così la porta della loggia sia come quella da basso , e similmente le finestre. L'ordine terzo sia minuito dal secondo la quarta parte, a membro per membro la sua rata parte, eccetto l'altezza delle finestre, le qual si faranno di due quadri, e più presto di più , che di meno, per la sua altezza che da se minuisce assai : la eleuation di mezzo sia di altezza minuita il quarto, come dell'altre è detto, l'architraue, il fregio, e la cornice sia d'essa altezza la 4 parte, e il fastigio si farà nel modo che s'è detto a quel del tempio Dorico : e s'altre misure ci restano, sempre si dee ricorrere alla regola prima. E questa fabrica non pur seruiria per vna al costume di Venetia, ma alla villa saria molto al proposito, e di grande aspetto, e se per la villa s'hauerà da fare, quanto ella sarà più eleuata da terra, hauerà maggior presentia , e le stanze sotterranee saran più sane. Quì sotto non dimostrarò pianta alcuna di questa seguente faccia, perche la prospettiua delle loggie dimostra il tutto chiaramente.


Quoniam Veneti in suis ædificijs Corinthijs operibus fenestrarum Menianorumque multitudine exuberantibus quam maximè delectantur, idcirco nos ædem luminibus ac Menianis refertam in præsentia tibi conspiciendam, iucundissime Lector, exhibemus : in qua ambulationes ambulationibus idcirco superposuimus ac superstruximus, tum quòd ad usum longè quàm Meniana aptiores illæ commodioresque censentur, tum quòd operi maiorem authoritatem & grauitatem vtique adiungunt : ad quorum enim interiora aspectus pertingens latius vagari expatiarique potest, contemplantibus gratiora iucundioraque ea proculdubio existunt.

Frons, quam hic designatam intueris, ea nempe ratione distribuetur, vt tota latitudine in triginta partes distributa, singulis partibus columnarum singularum crassitudines absoluantur : Medianum intercolumnium quaternas columnas explebit, intercolumniaque minora ternis sigillatim columnis definientur; itaque partes triginta consumptæ exinanitæque videbuntur. Columnæ, si bases capitulaq; adiunxeris, in partes denas semi que attollentur : Epistylium, zophorus, coronixque è columnæ totius altitudine quintam sibi portionē assument. At membrorum conuenienti, prout suprà habitum fuit, distributione confecta, fenestrarum lumina deinde in columnæ vnius semisque latitudinem pateant , cunctæque ad perpendiculum dirigantur, eo tantùm discrimine intercedente, quòd inferiores fenestræ cùm in tres partes dilatentur, in quatuor partes deinde excitabuntur: at superiores fenestellæ, quæ angustioribus cellulis separatim inseruiunt, ex diagonea constabunt proportione. Ostij mediani latitudo duarum , altitudoque quatuor columnarum crassitudines adæquabit: Epistylium, zophorus, coronixque, prout superius dictum iã fuit, expedientur: Ianuæque coronix ad coronicum aliarum fenestris inferioribus desuper incumbentium libellam statuetur. Secundus ordo deinceps primo ordine iam declarato quarta parte humilior conficietur. Et Podio depressioribus quibusdam latioribusque columellis, quas Balustrias vocant, ad altitudinem fenestrarum singularum latitudinibus æqualem educto, cætera postmodum altitudo in partes quinq. diuidetur: quarũ vnã epistylio, zophoro, & coronice obtinentibus; columnarum scapis deinde, basibus capitulisque item adiunctis, quatuor reliquæ tribuentur. Fenestrarum singularum altitudines ad duo quadrata vtique insurgent: Cætera demum ornamẽta ad consimilium structurarum species iam declaratas dirigentur, pariter quoque tum medianæ ambulationis ostium , tum fenestrarum apertiones ex primo ordine iam exposito deducentur. Subsequens ordo, cui tertia sedes ascribitur, ab ordine secundo nuper exposito quarta parte deficiet, membraque singula pro rata diminuẽtur portione; fenestras tantùm excipio , quarum altitudines ex duobus quadratis , & ex ampliori potius quàm ex humiliori interuallo constituentur: cùm enim ardua summaque loca ipsæ occupauerint, propter longinquitatem minores vtique à suspicientibus iudicantur atque censentur. Mediana demum eductio in tectorum residens summitate, altitudinem tertio ordine iam declarato quadrante minorem obtineat , prout de medianis huiuscemodi eleuationibus diminuendis aliàs quoque determinauimus. Epistylium, zophorus, coronixque quartam sibi prædictæ altitudinis partem vendicabit; Fastigiumque , prout in Dorici templi explicatione descriptum fuit, nouissimo loco tandem imponetur. Quòd si qui moduli deinceps reliqui fuerint, vt certam exactamque eorum assequaris cognitionem, ad superiores præceptiones mox reuerteris. Præsensque ædificij genus haud vrbanis tantummodo ædificijs Veneto more disponendis collocandisque inseruiet, verùm ad rusticana quoque ædificia translatum summam profectò authoritatem atque magnificentiam eis induceret ac afferret. Quòd si ruri talis species contemplanda proponetur , id in primis te admonitum volumus; quo è terra in sublime magis illa excitabitur, eò ædificium conspicuum & in aperto magis futurum, locaque subterranea salubriora insuper fore. Sequentis autem Orthographiæ nullam Icnographiam antea subiecimus; porticuum namque seu ambulationum prospectus cuncta dilucidè admodum, ni fallor, nobis aperit ac patefacit.



Possibil cosa sarà, come hò detto altre volte, che vn'Architetto hauerà gran copia di colonne di tal sottigliezza, che volendo egli fare vna compositione d vn'edificio per commodo e per bisogno di chi vorrà spendere, & ornare detto edifitio: queste tai colonne non saranno al proposito di cotal fabrica, se l'industria, e l'arte dell'Architetto non sarà tale, che di tal cose ei si sappia seruire. La compositione di questa faccia sarà, che il vano d'vn'arco sia di doppia altezza alla sua larghezza: e il pilastro, che sostien gli archi sia in fronte per la metà di tal larghezza, ma fatte d'essa tre parti e mezza, vna sarà per la grossezza d'vna colonna: il spatio fra le due colonne sarà per mezza colonna, & altrettante le pilastrate: l'altezza del piedestalo senza ii plintho da basso detto zocco, sarà quanto la fronte del pilastro, partiti li suoi membri, come è detto de piedestalo Corinthio. L'altezza delle colonne con le basi, e con i capitelli sarà di parti xi. ne sarà tal altezza vitiosa per essere due colonne geminate, e quasi congiunte in vna, e poste in tal luogo più per ornamento, che per sostegno d'alcun peso. L'altezza dell'architraue, fregio, e cornice si farà dell'altezza delle colonne la quarta parte, & al perpendicolo delle colonne sian risaltati tutti li membri, eccetto la corona, e la scima, che voglion correre senza esser interrotte, che così hanno vsato i buoni Antichi, & anco Bramante luce della buona Architettura di questo secolo, hà fatto vna simil cosa à Beluedere in Roma. La latitudine della porta sarà per quattro grossezze di colonna, e due volte tanto in altezza: la pilastrata, & il fregio sian tali, che la cornice, che sostien l'arco, supplisca per quella della porta, e similmente per le finestre, la larghezza delle quali si farà per tre grossezze di colonna, e l'altezza per cinque L'ordine secondo sia minuito dal primo la quarta parte, ma tutta l'altezza diuisa in parti vi. vna si darà al podio detto parapetto quattro saranno per lo spatio delle finestre, l'altra sarà per l'architraue, fregio, e cornice, partita nel modo, che nell'ordine composito si trouerà. La latitudine delle finestre sia a perpendicolo di quelle di sotto, e la sua altezza due volte tanto. Del rimanente de gli ornamenti così delle finestre, come de i nicchi, sia fatto come è dimostrato nella porta Ionica, simile a queste. le quali lauorate poi con più dilicatezza, e con più ornamenti sara opera Corinthia. La latitudine del nicchio con le pilastrate sarà perpendicolo delle colonne nella parte superiore, ma fatto d'essa parti vij. cinque saranno per lo nicchio, e le due restanti per le pilastrate: l'altezza sua sarà di tre larghezze per esser in grande altezza, il qual per la distantia si viene a far più corto: li pilastrelli sopra la cornice son fatti per ornamento, & anco per vtilità, percioche doue andaranno camini: questi potranno seruire, al bisogno.


Architecto illud nonnunquam, prout alias diximus, occurrere posset, quòd etsi complures afforent columnæ, tenues tamen & graciles adeò omnes existerent, vt si aptum aliquod commodumque pro dominorum nutu ac voluntate ædificium ei extruendum proponeretur; præsentes columnæ, nisi Architecti industria ac perspicacia suppleuerit, vsui nequaquam ipsi vtique forent. Frontis igitur hic designatæ coagmentatio constitutioque ita distribuetur, vt arcus apertura altitudinem latitudinis duplam obtineat, pilarumque ad arcus fulciendos appositarum frontes dimidiam aperturæ ipsius latitudinem sortiantur; Quo quidem spatio in partes tres semique diuiso, partium earum vna columnarum singularum crassitudines metietur, mediumque duarum columnarum interuallum semicolumnæ crassitudinem adæquabit, necnon parastatis antepagmentisque tantundem pariter assignabitur: Stylobatarum, absque plinthis tamen, quos Soccos vulgus appellat, altitudines pilarum frontibus æquales constituentur; eorumque membra, quemadmodum in Corinthij stylobatæ pertractatione habitum fuit, distribuentur. Columnæ, basibus capitulisque vna assumptis, partium vndenum altitudinem petent; nec tamen cùm binæ columnæ geminatæ, & in vnum congredi propemodum videantur, ibique ornatus potius quam oneris alicuius perferendi sustinendique gratia positæ fuerint, altitudinis id genus reprehendendum aut improbandum censemus. Epistylium, zophorus, coronixque ad quadrantalem columnarum altitudinem excitabuntur; ad columnarumque ipsarum perpendicula membra cuncta resilientia constituentur, corona simaq; tantùm exceptis, quæ absq; vlla interpellatione perpetuæ extendi continuarique debent: sic enim antiquorum præstantiores magisque probatos fecisse constat: Quinimo Bramantem, qui ædificatoriam artem tempestate nostra primus instaurauit atque restituit, consimile veterum exemplum Romæ in Vaticano, quod Beluedere Itali passim appellant, imitatum & persecutum videmus. Ostij mediani latitudo quaternas columnarum crassitudines expleat, bisque tantumdem in altitudinem excitetur: Antepagmenta zophorusque eam dispositionem atque collocationem assequantur, vt coronix, cui arcus innititur, & ianuæ & fenestris item inseruiat; quarum quidem fenestrarum latitudo trium, & altitudo quinque columnarum crassitudines absoluet. Mox alter ordo à primo ordine iam exposito quarta parte decrescat. Vniuersaque eius altitudine in sex partes diuisa, podio, quod plutei nomine quoque significatur, pars vna tribuetur: fenestrarum apertionibus quatuor deinde partes assignabuntur; epistylio, zophoro coronicique, congrua eorum, prout in composito ordine postea dicetur, distributione confecta, pars nouissima demum continget. Fenestrarum latitudines fenestris inferioribus ad perpendiculum respondebunt, quæ quidem bis tantum mox in altitudinem educentur. Ad fenestrarum autem scapharumque ornatum ac elegantiam quod reliquum esse videtur, membrorum consimilium rationem in Ionicæ portæ constitutione à nobis superius iam traditam perseque ris: indeque principijs, & vt ita dicam, rudimentis acceptis, scalpturisque præterea summo artificio elaboratis atque perfectis, necnon ornamentorũ copia & multitudine superaddita, Corinthium quamprimùm opus reddetur. Scapharum siue Concharum latitudines, antepagmentaque simul, summis columnarum inferiorum partibus ad perpendiculum vtique insistent: quo quidem interuallo in partes septem distincto, partes quinque scapharum apertionibus, antepagmentisque duæ reliquæ ascribentur. Altitudo autem, cùm membra hæc supernè collocata propter longinquitatem breuiora suspicientibus videantur, latitudinis tripla constituetur. Acroteria demum, ornamenti cuiusdam gratia, coronici superposita superstructaque à nobis fuerunt: quamuis in eo vtilitas ipsorum deprehenditur, quòd ignium spiraculis naribusque huiuscemodi acroteria ex vsu esse comperientur.






Quelle cose, che si fanno secondo il commune vso, ancora che con tutte le proportioni, e misure stan fatte, sono lodate sì, ma admirate non giamai: ma quelle cose, che sono inusitate, se saran fatte con qualche ragione, e ben proportionate: saranno non solamente lodate dalla maggior parte; ma admirate ancora. Il perche lo edificio presente, che rappresenta vn tempio sacro, si farà prima d'vn sodo rustico nel modo dimostrato, di quella altezza, che al luogo, & al sito si ricerchera: ma non sia di minor altezza che di due huomini, sopra'l quale piano si salirà cominciando dal grado A, che sarà nella entrata, e salendo fin'al B, li sar à il piano, doue il tempio hauerà vna larga ambulation intorno, con i suoi podi, detti parapetti: il qual tempio sarà leuato dal detto piano sopra l'altezza del podio tre gradi, e per salire a quello s'incominciarà al grado C, e salendo fin al piano D, che sara l'altezza del podio, con vn'altro podio, il qual sara superior a quel di sotto: e da questo piano a quel del tempio saran tre gradi. La latitudine di questa faccia sara diuisa in parti 24. vna d'esse sia per la grossezza d'vna colonna: all'intercolunnio di mezo si daran quattro parti; a quei dalle bande, doue van le finestre, si daran tre per vno: a quelli doue vanno li nicchi sia dato vno, e mezzo per vno: e cosi le parti 24. saran distribuite. Li medesimi piedestali, che sono al podio di fuori, si faranno ancor sotto le colonne della faccia: l'altezza de i quali senza il zocco della sua base sara di tre parti; l'altezza delle colonne, con le basi, e con i capitelli sarà di parti dieci, e mezza: l'architraue, il fregio, e la cornice sarà per la quarta parte, come è detto nel primo ordine, e sian compartiti tutti i membri in quel modo. La latitudine della porta sarà di tre parti: l'altezza sua sarà di 7. parti e mezza, che è di due quadri, e mezzo: e quest'è, che per la sua altezza si viene a far più corta alla vista di chi è da basso. La latitudine delle finestre sarà vna parte, e mezza: ma l'altezza sua sara più di due quadri, per la sopradetta perdita: la larghezza de i nicchi sia per vna parte, e l'altezza sua sara triplicata per le dette ragioni. L'ordine, che sostiene il fastigio, sia di altezza quanto il piedestalo da basso: e la cornice la quarta parte d'essa altezza, e quella al nascimento della cuppola sia altrettanta altezza, la cuppola sara tanto più del mezzo tondo, quanto ne rubaranno le proietture delle cornici A, i quattro angoli del tempio per suo grande ornamento si potran fare quattro Obelischi: l'altezza de i quali senza la cima, sia a liuello del nascimento del fastigio, e la sua cima a liuello di quella del fastigio: il qual fastigio si farà con quella regola, che s'è detto nel tempio Dorico. Le parti inferiori sotto'l tempio saran per alcuni luoghi di orationi detti confessionali, de i quali assai ne ho veduti in molti luoghi d'Italia sotto gli altari maggiori,

Quæcunque ex ueteri instituto vulgataque aliorum consuetudin deducuntur, quanuis emendatis symmetrijs atque proportionibu elaborata perfectaque appareant, homines quidem ad seipsa lau danda probandaque alliciunt, at in admirationem eos nequaquam pertrahunt rapiuntve. At quę nouam formam insolitamque speciem intuentibus exhibent, si exactam rationem laudabilesq; symmetrias retinuerint, non solùm plerisque hominibus probabuntur, uerùm stuporem insuper admirationemque in animos eorum inducent. Præsentis igitur structuræ species sacram tibi ædem proponens, ex solida primùm rusticaque, prout ostensum iam fuit, constituitur substructione; ad eam nimirum, quam loci situsque conditio efflagitabit, altitudinem pertingente: nec minori tamen quàm humani corporis duplicata altitudine, eam finiendam terminandamque censemus. Vt autem propositam planiciem attingamus, ab A gradatione, quæ prima in vestibulo adituque statuitur, exordiemur, & ad B usq; ascendentes, ibi planiciem, quæ latiori ambitu ambulationis cuiusdam more templum circundat atque complectitur, podijs undique assurgentibus, offendemus; templumque ab hac planicie sublatum, trium graduum adiectione podij ipsius altitudinē exuperabit. Quòd quidem ut assequamur, a C gradatione rursus incipientes ad planiciem D iterum conscendemus: quæ in podij formam redacta ad parem inferioris podij altitudinem excitabitur atque educetur: indeq. ad templi ipsius stratum ac pauimentum tres intercedent gradationes. Frontis autem latitudine in partes xxiiij distributa, partium illarum una singularum columnarum crassitudines metietur: Mediano intercolumnio partes quatuor assignabuntur: Intercolumnijs utrinque asistentibus, quæ fenestrarum apertiones excipiunt, tres partes sigillatim ascribentur; At intercolumnia demùm scaphis seu conchis suscipiendis designata, partem vnam dimidiamque præterea explebunt: Itaque partes xxiiij distributæ consemptæque omninò uidebuntur. Stylobatæ in exteriori podio residentes columnis, quæ in fronte collocantur, fulciendis item inseruient: Stylobatæque prædicti, basium plinthis detractis, ad partium trium altitudinem erigentur; Columnæ, basibus capitulisque superadditis, partium demum ac semis altitudinem petent; Epistylium, zophorus, coronixque, prout in primo ordine dictum fuit, quarta columnæ altitudinis parte definientur: membraque cuncta ad eandem distri butionem vtique redigentur: Ostij mediani latitudo ex tribus, altitudoque ex septem partibus ac semi, quasi ex duobus quadratis dimidioque insuper dixeris, constabunt: quod distantiæ nimirum atque longinquitatis ratione, quæ rei breuiorem, quàm sit speciem infernè eam contemplantibus exhibet, ita contingit: Fenestræ in partis vnius dimidiæque latitudinem extendentur: at propter diminutiouis, ut iam diximus, ex longinquitate prouenientis rationem, ad maiorem quàm duorum quadratorum altitudinem efferentur; Scaphæ partis unius tantummodo latitudinem absoluentes, triplicem deinde propter rationem eandem altitudinem obtinebunt. Alter deinceps, cui fastigium superstruitur, ordo ad inferiorum stylobatarum altitudinem extolletur, coronixque quartam altitudinis partem habebit: Indeq. ad orbiculatam testudinem tantūdem spatij intercedet, quæ tantò plus quàm hemisphæriū circumambiet & complectentur, quanta coronicū ipsarum erit proiectura. Ad quater nos demum sacræ ædis angulos, ornatus ac venustatis gratia, quaterni excitabuntur & erigentur Obelisci; quorum, si uertices detrahas, altitudines exorienti fastigio ad libellam utique respondebunt, ipsique uertices ad summi fastigij libramentum constituentur. In fastigio autem perficiendo, quam in Dorici templi extructione tradidimus, rationem modumque obseruato. Subterranea loca sub templi strato ac pauimento latitantia, sacrarijs quibusdam ad preces in Deum effundendas accommodatis, quæ Confessionalia uulgò nuncupantur, inseruiunt: cuiusmodi quidem sacraria sub primarijs aris per vniuersam Italiam in templis sita & collocata passim conspiciuntur.






Ancora che a nostri tempi non si facciano più archi trionfal di marmo, ò d'altre pietre; nondimeno, quando alcun gran personaggio fà l'entrata in vna Città, ò per passaggio, ò per tor il possesso di quella, se gli fanno ne i più bei luoghi d'essa Città alcuni archi trionfali di diuerse maniere ornati di pittura. Il perche se alcun'arco di ordine Corinthio si vorrà fare di qualche aspetto; la sua proportione, e forma sarà, che l'apettura sua sia di due quadri, e la sesta parte di più: la grossezza della colonna sia della latitudine del vano la quinta parte: l'altezza del piedestalo sia per tre grossezze di colonna: l'altezza della colonna sarà parti dieci, e mezza: l'architraue, il fregio, e la cornice sia per la quarta parte dell'altezza della colonna: e così da sotto l'arco fin sotto l'architraue sarà vna mensula d'altezza per due grossezze di colonna, e sian tirate le sue linee al centro dell'arco. De i particolar membri cioè del piedestalo, base, capitello, architraue, fregio, e cornice, si osseruarà la regola data da principio di quest'ordine: ma la pilastrata dell'arco sarà per mezza colonna, fra l'vna, e l'altra colonna sarà vna colonna, e mezza, il nicchio sia largo per vna colonna, e la sua altezza sarà per tre larghezze, e così sarà capace d'vna figura in piede. L'altezza del l'ordine seconda sarà, che partita la colonna senza il piedestalo in parti quattro fin alla sommità della cornice, vna parte sarà detta altezza, ma fatto di essa altezza poi quattro parti, vna sarà per la cornice di sopra: la partition della quale si potrà trarre dal capitel Dorico, variando i membri. L'altezza delle basi sia eleuata dalla cornice quanto è grossa la colonna da basso, percioche la proiettura della colonna rubba tutto quel, che resta sotto esse basi. Le cornici risaltaranno come si dimostra nel disegno: l'altezza del fastigio si fara con vna delle regole date nel Dorico. E questo presente arco è in parte simile a quel d'Ancona, ma con riuerentia di vn tanto Architetto hò ridotte le misure ad vna regola generale, acciochè ciascuno con facilità possa tali misure apprendere.

Etsi mos ille veterum Romanorum, marmoreos videlicet lapideosue fornices in triumphantium honorem & gratiam erigentium, obsoleuisse nunc penitus videatur: attamen institutum id hodiernis quoque temporibus retinetur, vt si magnæ authoritatis atque existimationis vir aut animi gratia, aut ad imperij ac dignitatis insignia accipienda, vrbem aliquam ingredi adireque velit; locis illustrioribus ciuitatis triumphales arcus ex inestino opere picturarum varietate conspicuo ei extruantur. Quapropter si Corinthij ordinis arcum aspectu elegantori effingere voluerimus, talem formam atque proportionem ei tribuemus. Apertura ex duobus quadratis & sexta parte amplius constituetur: Columnarum crassitudines ex apertionis totius latitudine quintam sibi partem vendicabunt: Stylobatarum altitudines, columnarum triplicatas crassitudines sigillatim: Columnæ ad partium denum ac semis altitudinem erigentur: Epistylium, zophorus, coronixque quartam altitudinis columnæ partem absoluent. Ab inferiori autem arcus circunductione ad epistylium vsque mensula, duabus columnarum crassitudinibus altitudine æqualis statuetur, cuius lineæ ad arcus ipsius centrum vtique deducentur. Quod ad membra singula demum, stylobatas videlicet, bases, capitulaque, & epistylium insuper, zophorum, coronicemque spectat; præceptionem ordinis huiusce initio iam traditam expositamque obseruato. Arca Antepagmenta semicolumnaria existent: Intercolumnia vtraque, quæ in lateribus resident & collocantur, columnæ vnius dimidiæque crassitudinem explebunt: Scaphæ columnæ vnius latitudine terminabuntur, altitudinemque latitudinis triplam habebunt; & hac nempe ratione stantibus simulacris commodas aptissimasque sedes præstabunt. Secundus ordo deinceps eam altitudinem assequetur, vt columna, absque stylobate tamen, in partes quatuor ad coronicis vsque summitatem diuisa, pars vna propositi ordinis altitudinem metiatur: Qua in partes quatuor rursus distributa, summæ coronici pars vna ascribetur; cuius distributio è Dorico capitulo, membrorum tantummodo facta permutatione, deducetur. Bases è substante coronice pro columnæ inferioris crassitudine in altum atque in apertum constituentur: quicquid enim infra bases relinquitur, à columnarum proiecturis nimirum obtenditur ac præpeditur. Coronices, quemadmodum ex ipsamet apparet designatione, nonnihil resilient. Fastigium, præceptionum, quas in Dorico ordine attulimus, aliqua adhibita, formam propriam & conuenientem altitudinem nanciscetur. Arcus autem præsentis constitutio ab Anconitani fornicis specie haud omnino diffidet atque dissentit. At nos, celeberrimi illius Architecti authoritate posthabita, vt symmetriæ facilius percipi queant, cunctos arcus propositi modulos ad certam & communiorem quandam præceptionem redigendos existimauimus.


Questa Pianta va posta in fondo della pagina 332. nell'ordine Corintio per error tralasciata.





thi Quanto mi è parso di bisogno ho trattato della maniera Corinthia, benche di molti ornamenti si potria trattare: ma degli ornamenti de i camini è molto necessario per il bisogno continuo, de i quali non si può fare senza: anzi in ogni picciola stanza si costuma fargli il fuoco, doue in tai luoghi angusti si vsano questi camini tutti nel muro, detti camini Franceschi, a i quali si potrian fare diuersi ornamenti di opera Corinthia. Ma se in questa forma si hauerà da fare, la sua apertura si farà di quella grandezza, che al loco doue sarà, questo sia capace. La pilastrata si farà la sesta parte della larghezza del vano, & ancora dell'ottaua parte sara tutta l'opera più gentile: la qual pilastrata sia diuisa nel modo che s'è detto dell'architraue Corinthio, il fregio sopra essa; perche và sculpito, si farà la quarta parte maggior d'essa pilastrata: tutta la cornice con la parte, che risalta sopra le mensule, si farà quanto la pilastrata, diuisa in tre parti, come s'è detto della cornice Corinthia, benche per la veduta sua di sotto in sù dimostra maggior altezza. La fronte delle mensule, o cartelle che dir le vogliamo, sarà nella parte superiore, quanto la pilastrata: ma la parte di sotto, che sarà a liuello dell'apertura di sotto, sia la quarta parte minore, dalle quali mensule pendono due foglie, come si dimostra nel dissegno: la sua proiettura sarà in arbitrio dell'Architetto: dell'ornamento sopra la cornice, da farlo a nol fare non importa molto. E questa inuentione non solamente seruirà per ornare vn camino, ma per vna porta, o per altro ornamento potrà esser adoperata, & ancora il frontespicio sopra, gli tornarà bene, quando per vna porta si adoperarà.

De Corinthio quidem genere, quantum rei ædificatoriæ vsus ratioque postulauit, satis locuti fuisse videmur; etsi complura quippe ornamentorum genera explicanda adhuc superessent. Verumtamen cùm flammarum anhelitus ac spiramenta, propter iugem assiduumque ipsorum usum, perquàm necessaria in ædibus habeantur; haud alienum forsican erit, si de eorum ornatu pauca quædam in præsentia subiungemus. In cubiculis enim, quamuis angustioribus ignem accendere nonnunquam solemus, ibique propter locorum angustias spiracula intra parietis crassitudinem tota conduntur, quod genus Itali Caminos Francisc anos passim appellant; iique Corinthijs operibus multipliciter nempe exornari illustrarique possent. At si consimili specie spiraculum aliquod extruere voluerimus, talem utique formam atque dispositionem ei tribuemus. Apertura pro loci captu & conditione uel maior uel minor primùm constituetur. Antepagmenta sexta inanis latitudinis parte definientur: Quòd si octauam partem tantummodo expleuerint, gracilius & venustius totum opus mehercle reddetur. Antepagmentorum autem, prout de Corinthio epistylio supra habitum fuit, diuisio distributioque conficietur. Zophorus antepagmentis superior, ut scalpturis spatium idoneum relinquatur, quarta parte antepagmentis ijsdem maior & amplior existet. Coronix uniuersa, eaque pars simul, quæ mensulis superior resilit, ad antepagmentorum æqualitatem dirigetur; tripartitoque, ad Corinthiæ coronicis superius a nobis traditæ exemplum, diuidetur, quamuis è loco inferiori eam suspicientibus altior aliquãtulum videatur. Mensularum frontes superiores antepagmentis æquales; at inferiores, quæ ad apertionis libellam statuuntur, antepagmentis ijsdem quarta parte minores perficientur. E mensulis autem, quemadmodum ex ipsa constat designatione, bina folia proficiscuntur atque dependent. Proiecturæ modum atque rationem Architecto, prout ille duxerit, integram reseruamus. Quæ autem coronici ornatus gratia superadduntur, & adiungi & omitti quoque commodè possunt. Commentique huiusce ratio haud spiraculis tantummodo, uerùm ostijs insuper, alijsque consimilibus exornandis aptissima fore censebitur: Summumque fastigium si ad ostij alicuius ornatum adhibebitur, egregiè utique respondebit.



Perche in vno salotto, o in vna gran camera si ricercà ancora vn camino proportionato ad essa stanza, alqual bisogna grande apertura, per ilche se si vorran fare li modiglioni sufficienti a tal sporto: occuparanno due luoghi dalle bande: ma in tal suggetto, io intendo vna colonna piana di basso rilieuo, e separata da quella, vna colonna tonda di maniera, che fra l'una colonna e l'altra ci rimanga un luogo, & a questo modo presterà commodità, & ornamento. E perche (come hò detto nel principio di questo capitolo) la maniera Corinthia hebbe origine da vna uergine Corinthia; hò uoluto imitar la, ponendola per colonna. Constituito che sarà l'altezza, e larghezza del camiuo, secondo il luogo doue si farà: sia misurata l'altezza in parti.ix. & vna d'esse sarà per la testa della giouane: e cosi formata tutta la figura, e fasciata, come si dimostra: la colonna piana si farà della medesima proportione, osseruando le date misure da principio. Sopra le colonne sia collocato l'architraue, il fregio, e la cornice. L'altezza del tutto sia la quarta parte della colonna, partito nel modo detto da principio: dalla cornice in sù secondo la stanza, e l'altezza sua si potrà ornare nel modo dimostrato qui auanti. Et chi dubita, che tal volta questa inuentione non fusse al proposito per ornare vna porta? appoggiando queste simili colonne al muro, e massimamente per la porta d'vn giardino, o per luoghi di trionfi, & ancora altri ornamenti il giudicioso Architetto se ne saprà sempre accommodare.

Quoniam cœnacula & spatiosiora cubicula spiracula quoque, vt eorum magnitudini amplitudiniq. consentiant, latiora efflagitant atque requirunt: idcircò si vehementioribus spiraculorum proiecturis idonei mutuli erunt substituendi, ambo latera illi nimirum explebunt occupabuntque. Quapropter nos duas columnas, planam quidem alteram & parùm eminentibus expressionibus, alteram autem rotundiorem, ad ambo latera seorsum atque diuisim tunc apponendas erigendasque censemus, adeò vt inter columnam utranq. media quædam vacuitas relinquatur: hacque ratione commoditati & venustati operis scitè admodum consuluisse videbimur. Quoniam uerò, ut capitis huiusce exordio admonuimus, Corinthium genus è Corinthiæ puellę forma effluxit atque emanauit: idcircò nos ad originem alludentes, pro rotundioribus columnis uirginum simulachra collocauimus atque posuimus. Foci autem tum altitudine tum latitudine definita, necnon utraque ad loci propositi magnitudinem accommodata, in partes nouem altitudo mox diuidetur; earumque vna ad uirginis faciem componendam effingendamque traducta, reliquum corpus ita, prout vides, figurabitur, & fascię cuiusdam more inuoluetur. Planæ quinetiam columnæ symmetrias easdem, eandemque proportionis rationem consequentur, proprijque moduli ex superioribus præceptionibus deducentur. Columnis epistylium, zophorus, coronixque desuper inducantur: ternaque membra hæc simul columnæ quadranti æqualia constituentur, apta inprimis conuenientiq. eorum, vt suprà habitum fuit, distributione confecta. Quę à coronice demum ad superiora conscendunt, pro data loci ipsius altitudine præsentis ornatus specie conuestiri atq. cohonestari quã optime poterunt. Quinimo inuenti eiusdem ratio, columnis parieti innitentibus, & ad ostium, horti alicuius præsertim, exornandum; & ad triumphantium fornices condecorandos; & ad complura alia, prout perspicaci uisum fuerit Architecto, illuminanda illustrandaq; haud inepta forsitan esse comperietur. Verùm nos Corinthio operi suprema manu imposita, ad Compositi modò explicationem descendemus.



DEL'OPERA COMPOSITA. Cap. IX


Quantunqne Vitruuio ci habbia insegnato esser quattro maniere di colonne, cioè Dorica, Ionica, Corinthia, e Thoscana, dandoci quasi de l Architettura i primi, e semplici elementi, nondimeno hò io voluto accompagnare a le predette vna quasi quinta maniera delle dette semplici mescolata, mosso da l'auttorità delle opere de Romani, che con l'occhio si veggono, & in vero la prudentia de l'artefice dee esser tale, che secondo il bisogno dee spesse volte ancora delle predette semplicità far vna mescolanza, riguardando alla natura del suggetto: & ancora in questa parte talhor l'Architetto, al giudicio delquale verranno diuersi suggetti, sarà abbandonato da i consigli di Vitruuio: ilquale non ha potuto abbracciar il tutto. Ilperche sarà astretto di metter mano al suo proprio parere: imperoche Vitruuio non ragiona in alcun luogo, per mio auiso, di quest opera Composita, detta da alcuni opera Latina, altri la dicono Italica: laquale i Romani antichi, forse non potendo andar sopra alla inuention de i Greci trouatori della colonna Dorica, ad imitatione de l'huomo, e della Ionica a l'essempio delle matrone, e dalla Corinthia, prendendo forma dalle Vergini, fecero del Ionico, e Corinthio vna compositione, mettendo la voluta Ionica col Vuouolo nel capitello Corinthio, e di questa si seruirno più a gliarchi trionfali che ad altra cosa. E questo fecero con benissimo consiglio, imperoche triõfando di tutti quei paesi, da iquali quest'opere haueano hauuto origine, poteuano a suo beneplacito, come patroni di quelli, mettergli insieme, come fecero alla granfabrica del Coliseo di Roma, che postogli tre ordini l'un sopra l'altro, cioè Dorico, Ionico, e Corinthio: posero sopra tutti quest'opera Composita, che cosi è detta da tutti, benche, per quanto si vede, i capitelli sono Corinthij. Ma bel giudicio al parer mio fù quello, che hauẽdo posto questo tal ordine nella suprema parte del Coliseo, ilqual molto si allontana da l'occhio de i riguardanti, sarebbe auuenuto, che se del Ionico, e Corinthio hauessero posto sopra la colonna, l'architraue, fregio, e cornice, saria tal opera tornata pouera per la lunga distantia. Ma ponendo i modiglioni nel fregio, ueniua a far l'opera ricca, & aiutaua la proiettura della corona, e faceua quest'altro effetto, che di architraue, fregio, e cornice, pareua vna cornice sola per i modiglioni, che s'interponeuano nel fregio talmente, che rappresentaua grandezza osseruando la sua proportione.

L'altezza di questa colonna Composita sarà con la base, e'l capitello parti dieci, la sua base sia per la metà della colonna, e si farà Corinthia, con le misure date nella Corinthia, e questa si vede ancora ne l'arco di Tito Vespesiano in Roma, la colonna si può far canellata come la Ionica, e tal volta come la Corinthia, a beneplacito de l'Architetto: il capitello si potrà fare con le regole date nel Corinthio, facendo le volute alquanto maggiori de i Caulicoli Corinthij, ilqual capitello si vede ne l'arco sopradetto, & è qui a canto dimostrato, l'architraue, fregio, e cornice, se sarà lontano dalla vista, l'architraue sarà in altezza quanto è grossa la colonna nella parte disopra, il fregio doue sono li modiglioni, sia di alttrettanta altezza: il cimatio de i modiglioni si farà d'essi la sesta parte: la proiettura de i modiglioni sia quanto la sua altezza L'altezza della corona col cimatio: sia quanto l'architraue, e diuisa in due parti, vna sarà la corona, e l'altra sia per il cimatio: la proiettura delqual sarà quanto la sua altezza, e questo è per vna regola generale: benche nella figura seguente segnata C, si veggono i mẽbri, e le misure di quella, che è al Coliseo sopradetto. E perche questa colonna è più sottil di tutte l'altre, se gli conuiene ancora il suo piedestalo, di più gracilità de glialtri per conseguente regola generale: l'altezza del quale sarà di doppia proportione alla suo larghezza, cioè il netto, e della sua altezza ne stan fatte parti otto, vna delle quali si darà alla sua base, & altrettanto alla sua cima. Ma dei membri particolari si potrà prender lo essempio qui a canto, liquali son proportionati, tolti da i piedestali del sopradetto arco, e cosi essendo la colonna parti dieci, il piedestalo sarà in se parti dieci proportionato alla colonna, & ancora che tutti li piedestali si facciano al perpendicolo, nondimeno in Athene città antichissima ne sono alcuni minuiti alquanto nella parte di sopra, laqualcosa io non la biasimo.

DE OPERE COMPOSITO. Cap.IX.


Etsi Vitruuius Architectonicæ facultatis prima simplicioraq; elementa complexus, quadripartitam columnarum distributionem, in Doricam videlicet, Ionicam, Corinthiam, atque Tuscanam attulerit: nos tamen Romanarum, quas ipsi conspeximus, antiquitatum exemplo atque authoritate compulsi, quintum genus ex simplicium societate permixtioneque constans superioribus annectendum adiungendumque meritò existimamus. Quinimò artificis ingenium in eo quammaximè eminet atque refulget, vt vsu quandoque id postulante, ex simplicioribus naturis mixtum quoddam corpus, quod ab incepti oneris argumento nequaquam dissentiat, perbellè componat atque deducat. Quinetiam Architectus, ad quem operum complures formæ diuersæque rationes ut ad Delphicum quoddam oraculum iudicandæ deferuntur, in huiuscemodi permixtionibus Vitruuij auxilium opemque frustrà nonnumquam implorabit; nec enim cuncta unus ille complecti seu perstringere valuit. Quapropter Architectus alienis viribus destitutus, totus ex semetipso tunc necessariò pendebit. Nullibi enim de Composito hoc genere, quod Latinum nonnulli, alij; Italicum vocant, Vitruuium sermonem habuisse reperimus. Ordinis autem huiusce Romani inuentores olim extitisse creduntur. Cùm enim ipsi græcos, qui Doricam columnam à virili forma acceptam, & Ionicam è matronali specie deductam, & Corinthiam è virginali gracilitate desumptam primi excogitarunt, antecellere minimè posse viderentur: Corinthio capitulo Ionicam volutam & Echinum pariter inserentes, Ionicum & Corinthium genus hac ratione inter sese conciliarunt atque permiscuerunt: eaque mixtura ad triumphantium fornices extruendos potissimum vsi fuerunt. Nec temerè quidem id factum ab ijs existimes velim. Cùm enim Romani græcos, vnde huiuscemodi opera profluxerunt, armis deuicissent ac profligassent, belli iure grecorum inuenta quoque pro arbitratu commiscere & confundere potuerunt: quemadmodum in præclaro illo Amphitheatro, quod Colosseum appellant, perspicitur. Ternis namque ordinibus, Dorico videlicet, Ionico, Corinthioque gradatim instructis, unoque alteri superstante ac insidente; Cõpositum hoc opus (ita namque omnes id nuncuparunt) summo atq. nouissimo loco cæteris tandem adiunxerunt, etsi capitula Corinthio more perfecta conspiciuntur. Verùm Architecti iudicium quis obsecrò non admiretur? Cùm enim Compositum hunc ordinem à contemplantium aspectu quam longissimè distantem in summa Amphitheatri parte collocasset; si epistylium, zophorum, & coronicem, Ionico Corinthioq. genere ad eorum conformationem in vnum congredientibus, super columnas imposuisset; propter distantiam atq; longinquitatem tenue ac imbecillum opus utique reddidisset. At cùm mutulos zophoro incluserit, tum operis amplitudini atque varietati prospexit, tum coronæ proiecturæ stabile quoddam fundamentum subiecit, tum denique id assecutus uidetur; ut propter mutulorum aptissimam in zophoro insitionem atque interpositionem epistylium, zophorus, coronixq. simul, coronicis unius tantummodo formam speciemque exhiberent: quod, membris singulis proportiones ac symmetrias suas obtinentibus, ad operis dignitatem atque magnificentiam quammaximè certè conducit.

Compositæ, quam hic designatam intueris, columnæ, basi capituloque superadditis, altitudo ad partes denas conscendit; subiectaq; basis dimidiæ columnæ crassitudinem æquat, cuius quidem forma moduliq; ex Corinthio genere accipientur, & basis consimilis speciem Romæ in Titi Vespasiani fornice conspicere adhuc licet. Columnæ ipsius striges modò ad Ionicæ, modò ad Corinthiæ columnæ similitudinem pro Architecti libito perducentur. Ad capituli conformationem præceptiones in Corinthio ordine iam traditas adhibeto, eo tantùm discrimine intercedente, quòd hic volutæ Corinthijs cauliculis ampliores aliquantulum perficientur. Capitulique forma consimilis in eodem Vespasiani fornice apparet, nosque eius typum hic separatim expressimus. Epistylium, zophorus, coronixq; si ab aspectu procul absuerint, ea instituentur ratione, ut epistylij altitudo superiorem columnæ crassitudinem expleat: & zophoro mutulos suscipienti tantundem quoque altitudinis tribuatur. Mutulorum autem cymatium, sextam sibi altitudinis eorum vendicabit portionem: ipsorumq. proiectura eorundem altitudini æqualis cõstituetur. Coronę & cymatij simul altitudo epistylio ęqualis existet; qua quidem bipartita, altera coronæ, cymatio reliqua tribuetur. Cymatij proiectura cum eiusdem altitudine omnino conueniet, idque tamquam communissimum quoddam præceptum tibi semper ante oculos obuersetur: quamuis in sequenti, quam C litera inscripsimus, designatione coronicis, quæ Romæ in præclaro extat Amphitheatro, membra modulosq. ad unguem expressisse videamur. Quoniã autem Composita columna cęteris columnarum speciebus gracilior existit, ne communissimam symmetriæ ratione unquam deseramus, stylobatam reliquis graciliorem quoq; ei supponemus; cuius altitudo (de area intermedia tantummodo loquimur) si cum latitudine conferatur, ex dupla nimirum constabit proportione. Altitudineque postmodum in octo partes seiuncta, basi vna, necnon tantundem vertici condonabitur. Membrorum autem singulorũ commensus ex binis, quas separatim hic apposuimus, designationibus cuiuis innotescent, quarum ex arcus in Titi Vespasiani gratiam extructi stylobatis deprompta deductaq. exempla fuerunt. Quapropter cum tota columna ex denis partibus componatur, stylobata subiectus ex denis item partibus constans, columnæ modum atq rationem perbellè sequetur. Verùm etsi stylobatæ cuncti ad perpendicularem normam ac regulam exiguntur; attamen Athenis, vetustissima nempe ciuitate, stylobatas nonnullos, quorum summæ partes contractæ aliquantulum imminutæque apparent, adhuc cernere licet: quod quidem stylobatarum genus nequaquam improbandum vtique existimamus.


C
Q


Perche gli antichi Romani han fatto diuerſe meſcolanze: io ne ſceglierò alcune delle più note, & ancora meglio inteſe, accioche l'Architetto poſſa col ſuo bel giudicio, ſecondo gli accidenti fare elettion di quello, che più al propoſito gli tornerà. Il capitel quì ſotto ſegnato T, è compoſto di Dorico, Ionico, e Corinthio: l'abaco, & il cimatio è Dorico, il Vuouolo, e le ſtrie ſono Ioniche, li aſtragali, e le foglie ſon Corinthie, e ſimilmente la ſua baſe, per li due tori è Dorica, ma per le due ſcotie è l'aſtragalo, & ancora i lauori delicati la dinotano Corinthia: le quai coſe ſono in Treſteuere in Roma. Il capitel ſegnato X, e ſimilmente la baſe, ſon di due ſpecie, Dorica, e Corinthia, l'abaco del capitello, & ancora la baſe è Dorica, ma la baſe per la dilicatezza de i lauori ſi puote dir Corinthia, e coſi le foglie del capitello ſon del Corinthio, e perche l'abaco e quadrato, ma tutti gli altri membri ſono in rotondità a li quattro angoli, ſotto l'abaco ſi ſculpiranno le roſette, come qui ſotto ſi dimoſtra. Il capitel ſegnato A, per il monſtro cauallo, in luogo del caulicolo ſi può dir Compoſito, & e alla Baſilica del Foro tranſitorio. Le ſtrie della colonna ſon diuerſe dalle altre, come ſi vede ſotto l'A, la baſe ſegnata X, è Compoſita, & è in Roma. Il capitel ſegnato B, è Corinthio puro, & è alle tre colonne, opera belliſſima a canto'l Coliſeo. Il capitel ſegnato C, è compoſto di Ionico, e Corinthio a vn'arco trionfale in Verona. Il capitel ſegnato D, e a l'arco medeſimo di baſſo rilieuo ad alcune colonne piane. La baſe ſegnata Y, è compoſita per l'aſtragalo, ch' ſopra'l toro ſuperiore, & è antica in Roma.

Cùm Romani diuerſa olim permixtionum genera excogitauerint vt Architectus graui iudicio & ingenij acumine præſtans, pro rerum ingruentium multiplici varietate, quod ſibi commodius duxerit, ſeligere queat; earum illuſtriores atque elegantiores nonnullas in medium nunc proponemus. Capitulum T infrà ſignatum, è tribus generibus, Dorico videlicet, Ionico, atque Corinthio cõſtituitur: Abacus nanque & Cymatium è Dorico, Echinus & Striæ è Ionico, Aſtragalus demum Foliaque è Corinthio genere deducuntur. Baſis etiam, ſi torum utrunque ſpectaueris, Dorica: ſin ambas ſcotias, & aſtragalum inſuper, necnon operum elegantiam ac venuſtatem perpenderis, Corinthia eſſe videtur. Et cuncta hæc Romæ trans Tyberim utique extant. Capitulum X & Baſis pariter duobus generibus, Dorico ſcilicet atque Corinthio conſtant: Capituli nanque abacus, & baſis item Doricum redolet opus: at baſis deinde, propter ſcalpturarum ibi exiſtẽtium præſtantiam atque ſubtilitatem, ad Corinthium genus accedit Folia quoque capitulo inſculpta, Corinthium quid præſeferunt. At cum Abacus quadratam obtineat figuram, membra autem reliqua in quaternis angulis rotundentur & in gyrum flectantur; idcircò roſarum exiguæ quædam ſimilitudines, prout ex ſubiecta conſtat deſignatione, ſub Abaco inſculptæ ſtatuentur. Capitulum A, propter alatum equum uolutæ ſeu cauliculi uice in ſculptum, Compoſitum appellari meritò poteſt, & in Fori tranſitorij baſilica extat. Columnæ ipſius ſtriæ, à reliquis ſtriarum ſpeciebus perquàm diuerſæ uidentur quemadmodum ſub A exemplum earum ſubiecimus, Baſis X, è Cõpoſito ordine profluit, & Romæ adhuc ſeruatur atque conſpicitur. Capitulum B, Corinthium genus ſimpliciter imitatur: & ad ternas columnas, pulcherrimum quippe ac formoſiſsimum opus, proxime Amphitheatrum, quod Coloſſeum uulgus appellat, oſtenditur. Capitulum C ex Ionico Corinthioque compoſitum, Veronæ in triumphali quodam fornice reperitur. Capitulum D, ibidem in fornice eodem planis quibuſdam columnis impoſitum, & ſima ſcalptura perfectum elaboratumque extat. Baſis Y, aſtragali ſuperiori toro imminentis ratione, Compoſita exiſtit, & Romæ tanquam opus antiquum ſane aſſeruatur.





T






X







A
X
B
Y
C
D


Di quest'opera Composita non se ne vede molti edificij, eccetto che archi trionfali, & ancora la maggior parte di quelli son fatti di spoglie d'altri edificij: nondimeno hauendone data vna regola generale: non farò altre inuentioni di edificij di tal spetie: imperoche il prudente Architetto, secondo gli accidenti si potrà seruire delle passate inuentioni, transmutandole ne l'opera Composita. Ma perche d'ogni ordine voglio dimostrare due sorti di camini, vna tutta nel muro, l'altra fuori del muro, questo presente camino, ilqual dee essere tutto nel muro se si farà in vn luogo picciolo, l'altezza sua sarà alla spalla de l'huomo: acciochè l viso, e gliocchi non siano offesi dal fuoco, e la latitudine sarà secondo il bisogno del luogo. L'altitudine sotto l'architraue sia diuisa in quattro parti, & vna sarà la fronte della pilastrata, lauorata nel modo che si vede dissegnato. E perche quest'opera Composita è più licentiosa dell'altre: hò fatto queste pilastrate molto diuerse dalle altre, più per vn capriccio che per ragione, a beneplacito di chi se vorrà seruire, togliendo però parte di questa inuentione da vna cathedra antica che è a san Giouanni Laterano in Roma. L'architraue sarà per la metà della pilastrata, il suo cimatio si farà la sesta parte: il rimanente si diuiderà in parte vij. tre si daranno alla prima faccia, e quattro saranno per la seconda l'astragalo si farà di mezza parte, participando de l'vna, e de l'altra parte: il fregio perche va sculpito, si farà la quarta parte maggior de l'architraue; la cornice sia quanto l'architraue, e si fara d'essa parti vij. due si daranno al cimatio sotto la coronna, due si daranno alla corona, vna sarà per il cimatio sopra eßa, le due restanti siano per la Scima, e la proiettura del tutto sarà quanto l'altezza sua. Ma se la pilastrata si farà de l'altezza sua la sesta parte, e li altri membri minori per la rata parte: l'opera tornerà più gratiosa, massimamente essendo l'opera di picciola forma, gli ornamenti sopra la cornice si potran fare, e non li fare a voglia del patron de l'opera.

Præter triumphantium arcus pauca admodum alterius generis ædificia Composito opere distincta perfectaque cernuntur; quinetiã triumphales fornices plerique ex aliorum ædificiorum manubijs extructi fuerunt. Nos tamen cùm communiora quædam ordinis huiusce præcepta tradiderimus, ijs contenti alias Compositarum extructionum formas atque rationes minimè persequemur; prudens nanque Architectus, formis superioribus, pro rerum occurrẽtium diuersitate, ad Compositum opus traslatis atque traductis, sibi optimè nimirum prospiciet, resque suas in tuto mox collocabit. Verùm quia in singulis ordinibus duo caminorum genera, alterum quidem intra, alterum autem extra parietis crassitudinem componere constituereque decreuimus: idcircò in Composito ordine, quem exponendum recepimus, idem quoque præstare nunc enitemur: ut quæcunque polliciti sumus, bona fide soluisse denique videamur. Præsentis igitur foci structura, quæ tota intra parietis crassitudinem residet, si in angustiori aliquo cubiculo apponetur, ad hominis iugulum duntaxat humerosque debet attolli: ne astantium ora, luminaque præsertim, ab ignis afflatu incommodi aut detrimenti quicquam patiantur: Latitudo autem, prout ipsi cubiculo magis expediet, à nobis determinabitur atque constituetur. Altitudine deinceps ad epistylium vsque in partes quatuor distributa, frontibus antepagmentorum ita; prout vides, scalptis elaboratisque pars vna assignabitur. At quoniã Compositum genus in maiorem, quam cæterorum ullum, licentiam ac libertatem effunditur: idcircò antepagmenta à cæteris perquàm diuersa, appetitu magis quàm ratione id nobis suadente, & quibuscunque uisum fuerit, libera eorum imitatione proposita, hic designauimus. Noui tamen inuenti huiusce argumentum è vetustissima sede, quæ Romæ in Lateranẽsi Diui Ioannis Basilica adhuc asseruatur, nos surripuisse fatemur. Verùm ad modulos iam reuertamur. Epistylium dimidias antepagmentorum frontes assequetur: Cymatium sextam sibi partem uendicabit: Reliquo deinde in partes septem diuiso, tres primæ, & quatuor secundæ fasciæ partes tribuentur; Astragalus ex dimidia parte constabit, & membrorum vtrorunque particeps erit: Zophorus, propter scalpturas ibi insitas appositasque, epistylio quarta parte altior existet. Coronix ad epistylij æqualitatem redigetur; Qua in partes septem distincta, duæ cymatio sua corona, ipsique coronæ duæ partes item tribuentur, cymatio supra coronam existenti pars vna continget, duæque nouissimæ partes demum simę condonabuntur. Totius autem coronicis proiectura eiusdem altitudinem adæquabit. At si antepagmentorum frontes sexta altitudinis parte finientur, membraque reliqua item pro rata parte minora constituentur, opus, si breui pusillaque forma præsertim extiterit, elegantius nimirum uenustiusque reddetur. Ornamenta coronici demum superaddita, pro domini ipsius iussu atque authoritate, & adiungi & prætermitti commodè poterunt.



Altr i ornamenti da camini ſi potrian fare di queſt'opera Compoſita, & in diuerſe forme per eßer queſta più licentioſa dell'altre maniere di edificare, e coſi per variar dall'altre forme ſi potrà fare la preſente con queſta regola, che eſſendo l'altezza dell' architraue quanto vn' huomo di giuſta ſtatura; l'altezza ſi diuiderà in parti 8. & vna d'eſſe ſarà per la fronte del modiglione, o cartella, che dir la vogliamo: l'altezza del piedeſtalo ſtà al commodo ſedere. L'ordine ſopra i modiglioni, il quale non oſſerua regola alcuna, ſarà due parti, e mezza della fronte del modiglione: per eßer (come ho detto) queſta coſa fuori di regola, le foglie, e li altri membri ſ ranno in arbitrio dell'Architetto. Si potra ben ancora ſopra queſti modiglioni collocare l'opera Dorica, e la Ionica, e talhora la Corinthia, con quelle regole date ne i principij ſuoi: & accioche la gola, che riceue il fumo, ſia più ſpatioſa, ſe gli potrà fare quel poco di ordine ſopra, ilqual viene a dargli più bella forma, che quella vſitata, che và piramidale.

Ex Compoſito hoc opere, tanquam cæteris ædificandi rationibus licentiori & minus aſtricto, alia inſuper ſpiraculorum ornamenta, formarumq; differentium inſtitui poſſent. Et nos, vt eorum, qui varietate delectantur, ſtudijs morem geramus, ſpeciem hanc perquàm diuerſam à cæteris nunc proponemus; eiuſq; moduli ita definientur. Epiſtylio ad mediocris hominis altitudinem pertingente, talis altitudo in partes octo poſtmodum diuidetur, quarum vna mutulorum frontibus aſſignabitur: Stylobatæ ad commodam ſubſellij alicuius altitudinem excitentur: Ordo mutulis ſuperſtructus, cùm nulla certa ſtabiliq; lege teneatur (extra regulam enim opus hoc conſtitui iam diximus) mutulorum frontes duplicatas dimidiamque inſuper aſſequetur: Folia membraq. cætera, pro vt Architecto libuerit, diſponentur. Quinetiam mutulis modò Doricum, modò Ionicum, & Corinthium opus nonnunquam, preceptionibus, quas in ſingulorum ordinum explicatione ſeparatim tradidimus, ritè obſeruatis, imponere nobis licebit. Id quoque reticendum minimè exiſtimamus, quod gula fumaria vt in maiorem latitudinem pateat, nouiſſimum ſupremumq; illum ordinem perquàm commodè admittet: ita namque formoſior atque elegantior, quam uulgata illa, quæ ad pyramidis formam contendit, ſpecies vtique euadet.




Gran giudicio veramente conuien al Architetto, per le diuersità delle compositioni, e de gliornamenti de gli edifici: perciochè sono alcuni luoghi ne l architettura, a iquali posson esser date quasi certe regole, perche non sono accidenti che interuengono fuori della nostra opinione, anzi tutto dì si veggono alcune colonne, che con le varie positioni loro dimostrano in se varie misure secondo i luoghi doue sono: Queste varietà si danno alli edifici in vn de quattro modi, ponendo quella quasi in isola, senza alcun compagno per sostegno da lato o di dietro, e queste veramente portano gran peso, e non eccedono l altezza delle regole date l essempio di questa è dimostrato nella prima colonna A, o appoggiandole al muro di tutto rilieuo: dalqual appoggiamento sostentate posson leuarsi sopra alle predette vna grossezza, e questo si dimostra nella seconda colonna B, ouero tirando quelle solamente due terzi fuori del muro, e queste po-

Graui nempe & maturo in tanta formarum & ornamentorum, quæ in re ædificatoria passim perspicitur, varietate Architecti iudicio opus esse videtur: nonnulla etenim in Architectonica facultate eam obtinuerunt naturam: vt de ijs certa firmaque præcepta à scriptoribus tradi afferrique possint: nec enim noua aliqua, & præter ædificantium opinionem ibi contingunt. Quinimò, ne ab instituto nostro recedamus, eæ frequenter uisuntur columnæ, quæ pro locorum, vbi collocantur, opportunitatibus varias dissimilesq; positiones fortitæ, differentes modulos atque commensus profectò sibi requirunt: Columnæ autem, quod ad earum situs positionesque attinet, quadrifariam ædificijs aptari accommodarique possunt. Primò quidem, vt ipsæ, absque adminiculis vllis vel à lateribus uel à tergo insidentibus per sese ac separatim tanquam insulæ quædam à continenti seiunctæ constituantur: Et hæc vtique columnarum genera cùm maxima onerum desuper incumbentium ui & grauitate premantur, altitudinis modum a nobis iam definitum nequaquam excedent. Rei huiusce

exem-


*trebbono andar più alte dell'altre vna großezza,& anco più:con-
cioſia coſa,che in qualche edificio ſi veggon di coſi fatte aſcender a
l'altezza d'intorno a ix.großezze e mezza,e maſſimamente nel
Coliſeo di Roma ne l'opera Dorica,ſi come ſi dimoſtra nella terza
colonna C,e tanto più ſono aiutate,quanto hanno da i lati le para-
ſtate ouero i pilaſtri:iquvli portando tutto il peſo : danno commo-
dità a l'Architetto di far le colonne più gracili,anzi di tanta gra-
cilità,che poſſon eſſer giudicate tener quel luogo più toſto per or-
namento,che per ſoſtegno. Si puote ancora tirar vna colonna fuori
del muro , due terzi, e metterui mezza colonna piana per banda :
lequai mezze colonne daranno tal aiuto a quella di mezzo ; che la
ſua altezza ſi potrà leuare vna groſſezza più dell'altre,& in que-
sto caſo l architraue,il fregio,e la cornice potrà riſaltare in fuori ſo
pra la colonna tonda , o piana che ſi fuſſe : percioche le mezze co-
lonne ſosterranno l'architraue,il fregio, la cornice dalle bande,ma
ſopra vna colonna ſola è coſa vitioſa far riſaltare tal opera in fuori,
perche l'altre parti dalle bande ſaranno abbandonate ſenza eſſer ſo.
ſtenute da coſa alcuna,l'eſſempio di queſta ſi dimoſtra nella quarta
colonna D, Ma quando le colonne haueranno a ſoſtenere alcun pe-
ſo ſenza l altrui aiuto,& haueranno gl'intercolunni conueneuoli :
non ſarà licito vſcir de i termini,anzi ſi haueranno a ſostenere or-
dine ſopra ordine,ragion ſarà di farle più robuſte,accioche l'edificio
vada a maggior perpetuità:& ancor che'l piedestalo ſia gran ſoſte
gno,& aiuto in ſolleuar le colonne : nondimeno s'elle da ſe ſaranno
di tale altezza,che al biſogno della fabrica ſuppliſcano , io lodarò
che elle ſian libere de i piedeſtali,e maſſimamente quelle de i pri-
mi ordini. Ma de gli ordini ſecondi e terzi,per cagion de i podij,det
ti parapetti,& anco per eſſaltar le colonne a maggior altezza , ſi
veggono riuſcir meglio co i piedeſtali , e ſi vede che gli antichi Ro-
mani l hanno oſſeruato ne i theatri,e ne gli amphitheatri. Ma della
poſition delle colonne ſopra colonne ci ſon diuerſe ragioni , & aut-
torità. La prima ragion ſaria,che la proiettura del piedeſtalo della
colonna ſopra posta non andaſſe più fuori,che la großezza della
colonna di ſotto , e che la proiettura della baſe della colonna poſaſ-
ſe in ſul viuo del ſuo piedeſtalo,e queſta veramente ſaria molto ſi-
cura e fondatiſſima ragione : ma perche diminuiria molto queſto ſe
condo ordine del primo : non ſe gli conuerria altro ordine ſopra per
la gran diminution che ne ſeguiria:l'altra ragione,e più al propoſi.
to ſarà queſta,che la fronte del piedeſtalo debba eſſer almeno a per.
pendicolo della colonna da baſſo,e ſopra eſſo piedestalo collocarui
la colonna diminuita la quarta parte di quella da baſſo,coſi in groſ
ſezza come in altezza , e la proiettura della baſe ſia quanto la
fronte del piedeſtalo,e queſta regola ſi confà con quella che da Vi-
truuio nel theatro,laqual ſi dimostra ſopra la colonna A, ſe ſi vor.
ran far le colonne men diminuite ſi potran far la colõna diſopra nel
la ſua parte da baſſo della groſſezza di quella diſotto nella parte di.
ſopra:ma in questo caſo il viuo del piedestalo verrà più fuori che'l
viuo della colonna nondimeno quelli del theatro di Marcello fan-
no tal effetto,l'eſſempio di questo ſi vede ſopra la colonna B,e que-
ſte tre ragioni ſono aßai probabili. Ma gli antichi Romani alla gran
fabrica del Coliſeo fecero la colonna Ionica,la Corinthia,e la Com-
poſita tutte tre di vna groſſezza,e la Dorica ſotto eße fecero ſola-
mente più großa circa la vigeſima parte : e queſto per mio auiſo fe-
cero con boniſſimo conſiglio , percioche ſe tutte le colonne fuſſero
minuite la quarta parte vna ſopra l'altra:quell'vltime diſopra ſa-
riano per la lunga diſtantia diuenute a riguardanti molto picciole
in quella coſi alta fabrica,nellaqual ſi veggon corriſponder molto
bene per l altezza ſua,la dimostration di queſta ſi vede ſopra la co-
lonna C, E coſi la colonna ſopra la colonna D, è minuita da quella
diſotto la quarta parte : per ilche ſe vna fabrica mediocre ſi hauerà
da fare di tre ordini di colonne : io lodarò ſempre che ogni ordine ſi
minuiſca la quarta parte, come hò detto nelle facciate paſſate, Ma
ſe la fabrica ſarà di grande altezza,ſi potrà tenea l'ordine del Co-
liſeo:che l'ordine Dorico,il Ionico,& il Corinthio ſon circa vna al-
tezza, ma l'ordine diſopra creſce in altezza circa la quinta parte,e
queſt è(come hò detto)per la ſua lontananza,laqual parte per la di-
ſtantia grande viene a parer dell'altezza de gli altri ordini,& an-
cor che la dimostration di queste colonne ſia Dorica : nondimeno
queſto ragionamento s'intende ſopra a tutte le maniere di colonne
proportionatamente.*

exemplum in prima columna A delineauimus. Secundò,columnæ cũ
totæ extrà promineant,parieti à tergo nonnumquam tamen incum.
bunt atque innituntur ; cuius nempe fulcturæ auxilio & munimine
adiutæ,craſſitudinis vnius additione in maiorem , quàm præceden-
tes columnæ , altitudinem erigentur . Reique huiuſce exemplum in
ſecunda columna B deſcriptum apparet . Tertiò , columnarum duæ
tertiæ tantummodo extra parietis craſſitudinem procurrunt atque
progrediuntur; quæ quidem ſecundarum,quas modò commemora-
uimus,columnarum altitudinibus columnæ vnius craſſitudinem , &
ampliùs adijcere percommodè poſſunt. In ædificijs enim nonnullis
ſimilium altitudines columnarum,nouem ferè earundem craſſitudi-
nes ſemique complectuntur: Reique huiuſce exemplum ex Romano
præſertim Amphitheatro in Dorico ordine habetur, quemadmodũ
ex columna C, quam tertio loco hic appoſuimus , ſatis vtique con-
ſtat . Huiuſcemodi autem columnæ eò firmiores atque ſtabiliores
exiſtunt,quòd paraſtatis pilisve ad latera conſtitutis adiunguntur ;
quibus ponderis totius molem ſuſtinentibus,graciliores deinde pro
Architecti arbitratu columnæ perfici queunt: Quinimò adeò graci-
les quandoque redduntur,ut ad ornatum potiùs ac uenuſtatem, quã
ad vſum ullamve neceſſitatem ibi inductæ appoſitæque videantur .
Poſtremò,columnarum duæ tertiæ item , vt in ſuperioribus , extra
parietis craſſitudinem egrediuntur: uerùm in eo differunt, quòd hic
duæ planę ſemicolumnæ ad columnę intermedię latera vtrinque ſta-
tuuntur: quæ quidem planæ ſemicolumnæ medianæ ipſi columnæ id
roboris & firmitatis præſtabunt,vt ad columnæ vnius craſſitudinem
altior adhuc ea attolli excitarique poſſit. Et tunc , quin epiſtylium ,
zophorus,coronixque extra columnæ tam planæ quàm rotundioris
perpendiculum reſiliant atque procurrant , nihil utique obſtabit :
ſemicolumnæ etenim epiſtylij , zophori , & coronicis latera optimè
ſuſtinebunt. At ſingulari columna ſuppoſita, trabeationis ſuperioris
latera in exteriorem partem deinde reſilire , abſurdum profectò &
perquàm vitioſum cenſetur: laterales nanque huiuſcemodi excurſio-
nes proiecturæq. fulcturis quibuſcunq. deſtitutæ tunc vtique rema-
nerent. Exemplum autem in quarta columna D ſubſcriptum appa-
ret . Verùm ſi quando ſolæ columnæ abſque adminiculis ullis oneri
alicui ferendo ſubſtituentur,intercolumniaque præterea iuſta & con
uenientia ſpatia fuerint aſſecuta , terminos iam præſcriptos egredi
nequaquam mehercle licebit. Quòd ſi inferioris ordinis columnę or.
dines alios ſuperpoſitos & ſuperſtructos habebunt , tunc nos ędificij
diuturnitati perpetuitatique proſpicientes,craſſiores nimirum atq:
robuſtiores eas conſtituemus. Et quanuis ſtylobate ad columnas ſub
leuandas firmamenti & opis quamplurimùm afferre comperiuntur :
ſi tamen iuſtam & fabricæ ipſius vſui conſentaneam columnæ nactæ
fuerint altitudinem,abſque ſtylobatarum ſuppoſitione,ſi primorum
ordinum præſertim extiterint,optimè tunc quidem agetur. At in ſe-
cundis deinceps tertijſque ordinibus , tum propter podia ſepa-
randa atque definienda , tum propter columnas ad maiorem alti-
tudinem excitandas proferendaſque , ſtylobatarum ſubiectiones
quammaximè probabuntur; hocque è priſcis illis Romanis in Thea-
tris atque Amphitheatris obſeruatum fuiſſe ſanè conſtat . Verùm
quopacto ſuper columnas columnæ aliæ rurſus ſint inſtruendæ & col
locandæ,diuerſæ hac in re tum rationes tum authoritates occurrunt
Prima quidem ratio ea ſolet adduci,vt ſtylobatæ ſuperiorem colum
nam fulcientis proiectura nequaquam longiùs excurrat,quàm ſit co
lumnæ inferioris craſſitudo ; & baſis columnæ ſuperioris proiectura
ſtylobatæ ſibi ſubiecti ſolido innitatur;& hæc ratio tuta nempe & fir.
ma quammaxime exiſtet. Verùm quia ſecundi ordinis huiuſce poſt
primùm diminutio nimia vtiq; foret,tertius ordo deinceps propter
ſummam adhuc eius diminutionem ſecũdo huic ſuperaddi minime
poſſet. Quapropter ratio altera longeque accommodatior talis affer
tur,vt ſuperioris ſtylobatæ frons ad inferioris columnæ perpendicu-
lum ſaltem ſtatuatur: cui columna deinde , cuius tam craſſitudo quã
altitudo quartę partis detractione ab ipſa inferiori columna excidat
atque deficiat,innitatur: utque baſis columnæ,proiecturam ſtyloba-
tæ ipſius fronti ęqualem obtineat. Et hæc ratio cum ea,quum Vitru-
uius in theatri conformatione tradidiſſe reperitur , mirificè quidem
conuenit. Modi autem huiuſce exemplum ſupra columnam A appo-
ſuimus. Quòd ſi columnas ſuperiores minus diminuendas nobis pro-
poſuerimus,earum partes inferiores ſuperioribus columnarum infe-
riorum partibus æquales conſtituemus . ſed tunc ſtylobatæ ſolidum
extra ſolidum ipſius columnę nonnihil excurret atque progredietur
Stylobataſque Theatri in Marcelli honorem extructi ita diſpoſitos
eſſe conſtat. Exemplum autem modi huiuſce ſupra columnam B de-
formauimus. Treſq; iam expoſitæ rationes,ſatis idoneæ quidem pro-
babileſque fore videntur. Verumenimuero Romani in magna illa ad
mirandaque Coloſſiaci Amphitheatri conſtructione Ionicas,Corin-
thias,Compoſitaſque columnas,æquali craſſitudine omnes effinxe-
runt: at columnas Doricas,quæ in infima ſede primoque ordine col-
locantur,uigeſima parte cęteris craſſiores conſtituerunt,nec temerè
quidem . Si nanque cunctorum ordinum ſibi inuicem ſuccedentium
columnę quarta parte gradatim imminuerentur: nouiſsimę demum,quę ſummum uerticem occuparunt,columnæ in tam excelſa
ſublimique ſtructura propter immodicam longinquitatem ſuſpicientibus exiguæ admodum perpuſillæque uiderentur: quæ tamen
ad tantam altitudinem excitatæ,optimè nihilominus egregieque reſpondent. Rei huiuſce exemplum ſupra columnam C appoſitũ
obſecrò contemplare . Columnam quoque ſuperiorem,quæ D inferiori innititur columnæ,quarta parte poſt eam contrahi immi-
nuique comperies. Quapropter ſi,mediocri altitudine oblata,ædificium ad ternos columnarum ordines efferendum excitandum-
que proponetur: ſuperiorem ordinem ab inferiori ſibique proximo quarta,prout ſæpius iam diximus,parte diminuendum eſſe cẽ-
ſemus. A ſi ædificium ad inſignem altitudinem educere voluerimus,Romani Amphitheatri exemplum utique perſequemur. Ibi
nanque tribus ordinibus , Dorico uidelicet,Ionico , & Corinthio parem altitudinem propemodum obtinentibus,ſummus tandem
atque nouiſsimus ordo quinta parte ferè cęteris altior exiſtit; quod quidem,vt aliàs diximus,diſtantię atque longinquitatis ratio-
ne ita factum eſſe conſtat. Nanque ſummus ordo,cùm longiſſimè à nobis diſtet,quinta hac parte amplificatus & auctus cęteris,qui
ſubſtant , ordinibus par & ęqualis ab intuentibus propemodum exiſtimatur. Quanuis autem propoſitarum columnarum exempla
à nobis hic deſignata,Doricum genus imitantur ac pręſeferunt : hæc tamen, quæ nuper tradidimus,documenta cunctis columna-
rum generibus,ſingularum ſymmetrijs diligenter examinatis atque perpenſis, applicari quippe accommodarique poſſunt.


A
B
C
D

Hauend'io trattato di tanti, e diuersi ornamenti di pietra: è cosa conueniente, ch'io tratti ancora, come si debbian mettere in opera, e massimamente hauendosi da accompagnare pietre viue con pietre cotte: lequai cose voglion gran diligentia, & arte, percioche le pietre cotte sono la carne della fabrica, e le pietre viue sono le ossa, che la sostengono: lequal due cose, s'elle non saranno ben collegate insieme: in processo di tempo mancheranno: e però fatto il fondamento con quei debiti modi, che al sito si ricerca, bisogna che l'aueduto Architetto habbia fatto preparare, e lauorare tutte le pietre viue, & anco le cotte, con l'altra materia per il bisogno della fabrica, e cosi ad vn tempo venir murando, e collegando le pietre viue con le cotte insieme. Le pietre viue fà dibisogno ch'entrino tanto nel muro, che quantunque non ci fusse calcina che le tenesse insieme, si possa far giudicio, che da se stiano salde nel muro, ilche facendo, le opere anderanno a qualche perpetuità: l'essempio di questo si vede quì a canto nella figura A, doue si dimostra come si posson fare gli poggiuoli fuori delle finestre, senza menda alcuna, facendosi il primo ordine d'opera rustica, e se anco di opera dilicata si farà, si potrà tenere tal modo, pur che'l primo muro sia di tal grossezza, ch'ei faccia il piano a i detti poggiuoli. E se basamenti, o piedestali con le colonne sopra si haueranno da fare doue interuengan pietre viue, e cotte, come disopra dissi, se le pietre viue non saran ben legate, & incastrate con le cotte, come si vede nella figura segnata B, le opere non dureran molto tempo. E se le colonne saran di più pezzi: alcuni d'essi cioè de i minori, sarà ben che entrino più nel muro, per sostener più sicuramente glialtri. Ma se le colonne sarà d'vn pezzo solo voglion esser per lo meno la terza parte nel muro: ma le basi, & i capitelli sian fatti di maniera, che entrino assai più nel muro: e sopra tutto le corone, & altre cornici, che sportano fuori del muro, conuerrà che entrino tanto nel muro: che la parte non lauorata sia di maggior peso, che la lauorata, acciochè da se queste cose possin stare in opera senza altro sostegno. Ma se per carestia di pietre, o per la gran spesa de i marmi, e d'altre pietre fine, si vorrà vestire alcuna facciata, o pariete: sarà necessario, che'l prudente Architetto, prima che incominci a murare sopra terra, habbia fatto preparar tutte le pietre viue e lauorate, insieme con l'altre materie per tal bisogno, e cosi venir murando, e collegando le pietre viue con le cotte. Dico che alcuni pezzi sarà necessario che entrino tanto nel muro, che sostenghino glialtri pezzi sottili per virtù di alcuni incastri a coda di Rondena, o di Gazza, acciochè per alcun tempo non possino vscir fuori de glialtri, lequai cose bisogna venir ponendo in opera mentre che si fa il muro di pietra cotta, per rispetto de gl'incastri sopradetti. Ma perche il muro di pietra cotta non venga calando egli si frangeriano le pietre viue oppresse dal peso disopra: bisognerà che di pietre cotte ben squadrate, e di bonissima calcina ritratta sia fatto il muro, e fra le pietre sia poca calcina, e ben calcate l'vna sopra l'altra, e sopra il tutto queste tali opere non vogliono esser fatte con violentia, ne col giunger peso sopra peso cosi tosto: ma sian lassati posare alquanto di corso in corso: perche se con prestezza si vorra fare, ponendoui peso sopra, certa cosa è che'l muro calerà alquanto, e le pietre non potendo reggere il peso, si frangeranno. Ma se di tempo in tempo, tali opere si verranno fabricando, le cose restaran ne i suoi termini: nondimeno io lodarò sempre più le opere collegate tutte ne i muri, che le inuestigioni, o incrostationi, che dir le vogliamo, e massimamente nelle facciate di fuori che a questo modo non si deurian far per mio auiso, percioche quei pochi edificij, che furon fatti da gliantichi, coperti di marmi, e d'altre pietre fine: si veggon hoggidì senza la scorza, doue è restato solo la massa delle pietre cotte, & anco consumate da glianni. Ma quelli edificij, oue le pietre viue son legate con le pietre cotte, si veggono hoggidì ancora in essere: nondimeno se pur tali opere si vorran fare, questa mi par la via più sicura, benche alcuni Architetti in diuersi luoghi d'Italia han fatte alcune fabriche di muro sẽplice, lassandoui i luoghi delle pietre viue, e da lì ad vn tempo, poi ci han posto li suoi ornamenti. tuttauia per non esser tai cose ben legate ne i muri, ma quasi attaccate con la colla, si vede in molti luoghi esser caduti de i pezzi, & ogni giorno minacciar ruina.

Cùm tot ac tam varia lapidearũ structurarum lapideorumq. ornamentorũ genera hucusq. complexi fuerimus, modò in superesse videtur, vt, quopacto naturales viuiq; lapides cũ excoctis atq; artificiosis lapidibus componi consociarique debent, in præsentia enarremus; quod quidem opificis diligentiam & iudicium quammaximè certè requirit. In re nanque ædificatoria excocti lapides carnium, uiui autem ossium uim atque similitudinem referunt: quæ quidem ambo nisi firmiter inter sese deuinciantur atque cohæreant, ætate progrediente mox deinde fatiscunt ac dissoluuntur. Quapropter substructione, prout ad situm ac vsum aptior ea fore censebitur, perfecta absolutaque; prouidum Architectum tam naturales quàm excoctos lapides sibi peparasse, & si qui eorum artificis manus efflagitauerint, iam antea elaboratos in promptu tunc habere oportet: necnon materiã omnem, quæ ad fabricæ ipsius usum expediet, comportatam ei præstò adesse conuenit. Quo quidem astante apparatu, mox opifex ipse parietum constructionem aggressus, viuos & excoctos lapides simul instruet atque compinget. Viuosque lapides parietis interiora ingredi eatenus decet, vt de eorum intra murum firma validaque adhęsione siue compactione, absque calce etiam eos simul agglutinante, nequaquam sit nobis uerendum; Quæ quidem in structuris si adhibebitur animaduersio, temporis diuturnitate non tam facilè opera certè dissilient aut dissoluentur. Rei huiusce exemplum ex figura A, quam hic apposuimus, perspici potest: ex qua illud item habetur, quopacto extra fenestrarum apertiones Meniana rectè, & absque vlla reprehensionis nota sint nobis constituẽda. Quod quidem ea proculdubio ratione assequemur, si rustico opere primus ordo constabit: uel si ex vrbano molliorique opere ita coagmentabitur, ut parietis inferioris crassitudo idoneam Menianis planiciem suppeditet atque relinquat. Quòd si stereobatę stylobatæve ex uiuis coctisque lapidibus compacti, ad columnarum onera perferenda erunt substituendi; tunc, vt suprà etiam admonuimus, nisi naturales cum excoctis lapidibus ita, prout ex B designatione perspicitur, consociati connexive fuerint; operum diuturnitati haud satis quidẽ prospectum uidebitur. Quòd si columnæ ex compluribus componentur cæmentis, tunc cæmenta minora, propter maiorum tutiorem firmioremque compactionem, parietis interiora admodum ingredi certè oportebit. At si columnæ ex vno perpetuoque lapide fortè constabunt, pars earum crassitudinis tertia saltem intra murum impingetur; bases autem capitulaque ita comparabuntur, vt parietis intima magis adhuc ingrediantur atque perrumpant. Coronasque inprimis & coronices, quæ extra parietum perpendicula sese proferre, longiusque procurrere conspiciuntur, parietum interiora eatenus ingredi decet: ut pars earum non sculpta parte scalpturis elaborata grauior & ponderosior existat; ita nanque huiuscemodi proiecturæ absque ullis fulturis per sese in sublimi perquàm tutò consistent. Verùm siquando vel cæmentorũ defectu, uel immodicos marmorum pretiosorumque generis huiusce lapidum sumptus effugientes, fronti vel parieti crustas tectoriaq; superinducere voluerimus; tunc perspicacem Architectum, antequã supra tellurem parietes construere aggrediatur, viuos lapides iam antea perpolitos elaboratosque, necnon quæcunque usui sibi futura videbuntur, apparata expositaque ad manum habere decet: itaque ille, naturalibus vnà & excoctis lapidibus firmiter inter sese reuinctis & arctissimè copulatis structuram suam gradatim & pedetentim absoluet. In quo quidem opere perficiundo crassiora lapidum fragmenta intra parietum uiscera eatenus ingredientur, vt cæmenta subtiliora deinde, securiclatis nonnullis, quas Hyrundinum caudas vulgus appellat, coagmentis cardinibusque intercedentibus, ab ijs firmiter contineantur: ne quandoque in posterum egredi, exilire ve possint. Hæc autem, dum lateritij paulatim extruuntur parietes, securiclatorum coagmentorum illorum beneficio, ad opus sensim ipsa quoque promouebuntur ac perducentur. Verùm ne lateritij subsidant quandoque parietes, suoque casu uiuos, qui substant, lapides ponderis irruentis ui oppressos perfringant; ex coctis & læuigatis lapidibus, necnon ex optima macerataque calce murum compingi oportet; inter singulos autem lapidum ordines calcis exiguum quid apponatur, inferioresque lapides à superioribus optimè calcentur & comprimantur. Idque inprimis memoriæ ut mandes uelim, quòd in huiuscemodi operibus extruendis nulla uis prorsus est adhibenda, nec in lapidibus lapidibus coaceruandis accumulandisque præproperè festinare debemus: quinimo in singulis lapidum ordinibus perducendis, vt melius firmentur atque cohæreant, quietis aliquantulum interponendum existimamus. Si enim, vt opus citius perficiatur, intempestiua celeritate usi fuerimus, onere oneri statim imposito ac superaddito; paries mox vtique subsidet, lapidesque ponderis ui ingruente proculdubio frangentur atque dissilient. Quòd si huiuscemodi opera temporum interuallis distincta, gradatim & paulatine perficientur structuræ & tutiores erunt, & intra proprios fines continebuntur. Verùm si nostram quoque hac de re sententiam interponere licet, quæcunque parietum opera inter sese tota colligantur connectunturque, longè magis quàm crustarum tectoriorum ue inductiones nobis certè probantur: & exterioribus præsertim ædificiorum frontibus nunquam huiuscemodi tectoria mehercle essent inducenda, Quæcunque enim marmoratis, aliorumve lapidum firmioribus crustis contecta oblitaque ædificia olim fuerunt, nunc corticibus planè exuta destitutaque conspiciuntur: adeò ut sola excoctorum lapidum, quanuis temporis diuturnitate absumptorum, coagmentatio atque congeries superesse iam videatur. At uetusta illa ædificia, quæ naturalium simul excoctorumque lapidum firmas ualidasque obtinuerunt connexiones, præsenti æuo structuram suam incolumem utique seruant. Si igitur generis huiusce opera nobis extruenda conficiendaque proponentur, expositam hucusque rationem tanquam tutiorem persequendam esse existimamus. Nec illud certè nos præterit, nonnullos locis Italiæ complùribus Architectos, lapidum naturalium sedibus cubilibusque relictis, simplices parietum structuras primùm effecisse, propriaque postmodum ornamenta adiecisse; Veruntamen cùm huiuscemodi parietum connexiones infirmæ & imbecilliores existant, & quasi tenuissimo quodam glutine inter sese cohæreant; complures casus idcircò, & frequentes diuulsiones ibi contingunt, ipsaque structura præsens exitium quotidie ibidem minitatur.



A
B
C


DELLE PORTE DI LEGNO OVER DI BRONZO. Cap. X.


Quanto mi è paruto essere di bisogno ho trattato de gli ornamenti d'ogni maniera di edificio, circa le pietre: hora io tratterò delle porte che chiuderanno gli edifici, ò di legname, o di bronzo: e ne dimostrerò alcune figure, ne mi estenderò altrimenti in trattar de i cardini detti cancani, che le sostengono, percioche in tutte le parti del mondo non che d'Italia ogni fabro si ne sà render buon conto: nondimeno quei cardini, che si vsauano anticamente, liquali teneuano le porte sospese, come si dimostra quì sotto nella figura A, dauan minor carico a gli edifici, & erano più facili al serrare, & a l'aprire, che quelli, che al dì d'hoggi per tutta Italia si vsano nel modo dimostrato nella figura B. Ma sian queste porte ò di bronzo ò di legname; li loro ornamenti saranno di modo, che quanto l'ornamento di pietra sarà più sodo, tanto ancora quel della porta dee esser della medesima sodezza, per star ne i termini suoi. E così se l'ornamento di pietra sarà dilicato, quel di legno ancora, ò di bronzo si farà simili a quella dilicatezza, la quale elettione sarà nell' Arbitrio del prudente Architetto: e per alcuna luce di tali ornamenti, quì a canto ne vedrete di cinque inuentioni per la maggior parte tolte dalle antiche.

DE LIGNEIS AVT ÆNEIS VALVIS. Cap. X.

De lapideis ædificiorum singulorum ornamentis abundè, ni fallor, in superioribus disseruimus: nunc de claustris atque repagulis, quæ valuæ foresve dicuntur, siue æneæ siue materiatæ illæ extiterint, pauca quædam subiungemus, figurasq. nonnullas insuper apponemus. Nec de cardinibus ianuas sustinentibus, quos Harpagones Cancheriosve Italorum vulgus appellat, nos quicquā fari in præsentia oportet. Nec enim in Italia solùm, uerùm in alijs quoque passim regionibus obtusus adeò indoctusque faber reperitur, cui cardinum ratio non sit cognita atque perspecta. Id vnum tamen te admonitum volumus, cardines nempe, quibus veteres olim vsos fuisse accepimus, quique, prout ex A designatione perspicitur, fores suspensas continebant, & ædificijs minori oneri incommodoq; extitisse, & ad fores aperiendas occludendasq; maiorem facilitatem præstitisse; quàm id cardinum genus, quos ab Italis omnibus figura B eorum exemplum nobis proponente, nunc passim adhiberi conspicimus. Verùm siue ex ære siue ex materia fores constituantur, ornamentorum deinde ea ratio isq; delectus habebitur; vt si lapidea ornamenta solidiora forsitan erunt, forium quoque ornatus, ne proprios quandoque fines egrediantur, eandem prorsus imitentur soliditatem: Contraq; si lapidea structura delicatiori quodam opere fuerit exculta ac insignita, lignea item æneave forium compactio delicatioris operis eiusdem generis affulgeat atque splendescat. Rerumque consimilium delectus prudentis Architecti iudicio semper vtique reseruabitur. Vt autem talium ornatuum specimen aliquod afferamus, quinque genera, quæ ex antiquorum exemplis pleraque deduximus, en tibi conspicienda hic proponuntur.








Le porte di bronzo non ſi fanno ſempre d'vn pezzo, che a quelle di tal ſorte non biſogna legname, nè ferro, anzi ſi fanno medeſimamente i Cardini dell'iſteſſo pezzo: quelle che ſi fanno di legname, e ſon poi coperte di bronzo di commoda groſſezza, lequai, ſe elle ſaranno di tauole congiunte vna a canto l'altra, quantunque fuſſero bene incaſtrate, e fortificate inſieme, nondimeno ſempre la natura di legnami è di calare, e di creſcere ſecondo i tempi ſecchi, ò humidi. Se ſi vorrà fare queſta tal porta, che vada coperta ò di bronzo, ò di altro metallo: la via più ſicura ſi dimoſtra quì a canto lle figure A, & B, percioche i legnami non creſcono mai per la lor lunghezza, ma ſempre ſtanno ne i loro termini: lequai opere ſi potran fare di quella groſſezza, e ſottigliezza che all'architetto parerà ſecondo il peſo che hauerranno da portare, così li vacui ſi potranno riempire de i medeſimi legni, ma ſempre incrociati per ogni via, acciò che non creſcan più per vn verſo che per l'altro. E perche tutte le porte antiche, e publiche, e priuate ſono di forma quadrata, eccetto che quelle delle città, e de gli archi trionfali che ſon voltate: nondimeno a noſtri tempi, molti le fanno voltate, forſe per maggior fortezza, & anco perche a qualche propoſito dell' edificio tornano bene; io ne ho voluto dimoſtrare almeno vna inuentione, perche in vero non ſi puote ſempre abbracciare il tutto, conciosia che accaſchino molti accidenti, oue a l'Architetto conuiene eſſere accorto ne gli accompagnamenti ſecondo i ſuggetti, che occorrono alla giornata.

Æneæ valuæ haud vno perpetuoque metallo ſemper conſtare videntur; nec enim ad illarum conſtructionem tunc ligni aut ferri quicquam profectò requiritur: quinetiam cardines ex eadem prorſus æris lamina ibi conſtituuntur. At fores ex materia nonnunquam conſtantes, ære poſtea commodæ craſſitudinis inducto tegi cooperirique ſolent: quæ ſi iuxta poſitis unaq; aptatis aſſeribus conſtruentur, quamuis benè compacti illi coagmentatique fuerint, propter materiæ naturam atque proprietatem eo tamen incommodo laborabunt; vt pro cœli arida humidave conſtitutione modò comprimi aſtringiq;, modo autem expandi & relaxari conſpiciantur. Si igitur eiuſmodi fores, quæ ære uel alio metallo quopiam obducendæ fuerint, conſtruere voluerimus, ut tutius cautiuſq. incedamus, duarum, A nempe & B, quas hic appoſuimus, deſignationum exempla ſequemur. Nec enim ligna ſecundùm longitudinem creſcunt aut extenduntur, uerùm intra proprios terminos perpetuo conſiſtunt. Et huiuſce quidem generis opera, pro operis eis imponendi maiori minorive magnitudine, modo craſſiora modò ſubtiliora, prout Architecto uiſum fuerit, perficientur. Itemque intermedias vacuitates tranſuerſis ſeſeque decuſſantibus aſſeribus vndequaque implere obſtruereque licebit, ne materies ex vna magis quàm ex altera parte vllum ſuſcipiat incrementum. Quamuis autem uetuſtiora tam publica, quam priuata ædificia quadrata oſtia habere comperiuntur (vrbes tantummodo & triumphantium fornices excipio, quibus teſtudinatæ apponuntur conuerſiones) noſtræ tamen ætatis homines, an fortitudinis munimentique gratia, an ædificij commodo vtilitatiq; conſulentes, ignoro, pleraque oſtia in arcus circuliq; formam inflectunt. Nos igitur vt ſtudioſorum voluntati morem geramus, circulatorum oſtiorum ſpeciem vnam ſaltem hic duximus apponendã: nec enim ſingula complecti aut aſſequi certè valemus. Complura nanque eiuſmodi accidunt, quæ Architecti, pro rerum quotidie ei occurrentium diuerſitate, acumen inprimis iudiciumque requirunt.



De gli ornamenti della pittura, fuori, e dentro de gli edifici.
Cap. XI.

Per non lassar alcuna sorte d'ornamenti, de quali io nõ dia qualche regola, così nella pittura, come nell'altre cose: dico che l'Architetto non solamente dee prender cura de gli ornamenti circa le pietre, e circa i marmi ma de l'opera del pennello ancora, per ornare i muri, e conuiene ch' egli ne sia l'ordinatore, come padrone di tutti coloro, che nella fabrica si adoperano: percioche sono stati alcuni pittori, valenti quanto alla prattica: nel rimanente di così poco giudicio, che per mostrare la vaghezza de i colori, e non hauendo riguardo ad alcuna altra cosa hanno disconciato, e talhor guasto alcuno ordine, per non hauer considerato di collocare le pitture a i luoghi loro. E perciò hauendosi ad ornare alcuna facciata di edificio col pennello: certo è, che non se le conuiene apertura alcuna che finga aria, o paesi: lequai cose vengono a rompere l'edificio, e d'vna forma corporea, e soda la trasforma in vna trasparente, senza fermezza, come edificio imperfetto, o ruinato: ne se le conuengono medesimamente personaggi, ne animali coloriti, eccetto se non se fingesse alcuna finestra, alla quale fussero persone, ma più tosto in attitudine quiete, che in gagliardi mouimenti, e similmente si può in quella far animali conuenienti a tai luoghi, come hò detto a qualche finestra, o sopra ad alcuna cornice. E se pur il padrone de l'opera, o il pittore si vorranno compiacer della vaghezza de i colori, per non rompere, o guastar l'opera, come disopra dissi: si potranno finger alcuni panni attaccati al muro, come cosa mobile: & in quelli dipingere ciò che piace, perche così facendo: non romperà l'ordine, e fingerà il vero, seruando il decoro. Potrà ancora ad'vso trionfo, e di festa con bella fintione attaccar festoni di fronde, e di frutti, e di fiori, scudi e trofei, & altre cose simili colorite, lequai rappresentano cose mobili, e'l suo campo hà da esser del proprio color del muro, & a questo modo le pitture in tai luoghi potranno stare senza riprensione alcuna. Ma se con giudicio saldo si vorrà ornar co i pennelli vna facciata: si potrà finger di marmo, o d'altra pietra, sculpendo in essa ciò che si vorrà: di bronzo ancora in alcuni nicchi si potrà fingere delle figure di tutto rilieuo, & ancora qualche historietta finta pur di bronzo, perche così facendo manterrà l'opera soda, e degna di lode appresso di tutti quelli, che conoscono il vero dal falso. Ma se dentro a gli edifici si vorrà ornar con la pittura di diuersi colori: si potran cõ buon giudicio, mosso dalla ragione, e ne i parieti di loggie intorno a giardini, & a i cortili fingere alcune aperture, & in quelle far paesi da presso e di lontano, aere, casamenti, figure, animali, e ciò che si vole, tutte cose colorite, perche così si finge il vero, che guardando fuori de gli edifici si possono vedere tutte le sopradette cose. E similmente hauendosi con pittura ad ornare sale, camere, o altre stanze terrene, è conceduto al pittore ne i parieti con alcuni ordini di Architettura fingere aperture di aere, e di paesi secondo le altezze però di tali aperture: perche s'elle saranno superiori alla veduta dell' huomo: non si potrà vedere altro che aere, ouero sommità di monti, e cime d'edifici. E se ne i luoghi di sopra si vorrà fare alcuna cosa, che finga esser aperta, ne i parieti sodi, non si potrà veder fuori di quelle altro che aere, ma se figure in tai luoghi si faranno: il loro posamento sia a sopra vna linea, perche in tal caso non si potrà vedere il piano ragioneuolmente, & in questo fù molto aueduto, e ricco di giudicio messer Andrea Mantegna, ne i trionfi di Cesare, ch' ei fece in Mantoua al liberalissimo Marchese Francesco Gonzaga; nellaqual opera per esser i piedi delle figure superiori alla veduta nostra non si vede pianura alcuna, ma le figure (come hò detto) posano sopra vna linea, ma tanto bene accommodate che fanno l'vfficio suo mirabilmente: e certo questa pittura di che io parlo è da esser celebrata, e tenuta in pregio grande: nellaqual si vede la profondità del dissegno, la prospettiua artificiosa, la inuentione mirabile, la innata discretione nel componimento delle figure, e la diligentia estrema nel finire. E se'l pittor vorrà tal volta con l'arte della prospettiua far parere vna sala, o altra stanza più lunga: potrà in quella parte, che guarda a l'entrata, con alcuni ordini d'Archittettura, tirati con tal arte farla parere assai più lunga, di quel che ella non sarà in effetto. E questo fece Baldassar così dotto in questa arte, come alcun'altro che sia stato a questo secolo, che volendo ornare vna sala d'Agostin Ghisi, signorile mercatante in Roma: finse con l'arte alcune colonne & altre Architetture a tal proposito, che'l grã Pietro Aretino, così giudicioso nella pittura, come nella poesia, hebbe a dire non esser in quella casa la più perfetta pittura nel grado suo, quantunque ci sono anco delle cose di mano del diuin Rafaello da Vrbino. Ma che dirò io in questa occasione delle stupende, & artificiose Scene, fatte in Roma dal detto Baldassar? lequali furono tanto più degne di loda, quanto fù minore la spesa in farle, delle altre fatte prima di quelle, e dopo ancora, mercè del sapere, e della intelligentia sua. Ornati adunque che saranno i parieti, se si vorranno

De ædificij tum interiori, tum exteriori Pictura exornandis.
Cap. XI.

Ne quicquam, quod ad ædificia tam picturis quàm alijs quibuscunque rationibus honestanda perpoliendaque spectat, prætermisisũ à nobis uideatur: Graphicæ facultatis quæcunque ex usu magis fore iudicamus, summatim nunc perstringemus. Architectum igitur haud de marmoreis tantummodo lapideisque ornamentis, uerùm de picturis insuper, quæ penicillo venustatis gratia parietibus inducuntur solicitum esse quammaximè decet; eumq; pictori haud secus quàm fabris omnibus, quorum operæ in re ædificatoria manuumque labores requiruntur, præesse, & quid agendum sit, singulis præcipere conuenit. Nonulli etenim pictores usu quamplurimum certè præstantes, cæterùm iudicio ita falluntur: ut colorum uenustati nimium vtique tribuentes, nec aliud quicquam præterea curantes, cùm de picturarũ conuenienti distributione aptaque earum collocatione soliciti minimè forent, ordinem aliquem sæpius euertisse, fœdeque admodum deturpasse comperiuntur. Quapropter si ædificiorum frontes coloribus illustrandas exornandasque tibi proposueris, cœli aut regionum similitudines tanquam nimis apertas latiusque patentes inprimis effugito: hæc enim firmam stabilemque ædificij structuram dissipant potius atque perturbant, & pro solida concretaque forma tenuem magis errabundamque speciem ei præstare videntur, haud aliter certè quàm si imperfectum confractumque foret ædificium. Nec uirorum item aut animantium simulachra coloribus expressa ibidem apponentur: nisi fenestrarum forsitan quarundam apertiones, quibus homines quiescentium potiùs quàm sese obnixè mouentium speciem exhibentes incumbent, callidè imitati fuerimus. Quinetiam animantia huiuscemodi locis accommodata vel, vt iam diximus, fenestrarũ apertionibus, uel coronicibus quoque insidentia ibidem statuentur. Quòd si uel ædium dominus, vel pictor ipsemet colorum venustati ac elegantiæ paulò plus concedendum existimauerit; ne operis ordo aut perturbetur aut funditus deleatur, aulæa nonnulla parietibus affixa quasi res, quæ subduci & reuelli quàm commodè possunt, effingentur: ibique, quæcunque magis libuerint, coloribus deinde exprimentur. Ita nanque nec ordo quippe interpellabitur, nec à vero imitatio prout decet, longiùs abesse censebitur. Licebit quinetiam, triumphantium ludosque apparantium more, frondium, fructuum, & florum fasciculos, necnon clypeos, trophæa, aliaque cõsimilia, quæ huc & illuc transferri transportarique possunt, coloribus inductis, artificiosè admodum ibidem appingere ac simulare; areæque huiusce generis figmentorum germanum parietis ipsius colorem imitabuntur, & hac demum ratione si picturæ dispositæ fuerint, proprijsque sedibus collocatæ, ne minimam quidem notam calumniamue subibunt. At si ædium frontes penicillis accuratius adhuc excolendæ elaborandæque erunt, marmoreo lapideove colore primùm inducto, sculpturarum effigies deinde, quæcunque magis placuerint, affabrè componentur: & in scaphis nonnullis præterea ænea simulachra tota vndique prominentia effingentur: quinetiam historiæ alicuius argumentum ex ære confingi simularique poterit. Ita nanque operis species & soliditatem suam optimè retinebit, & omnium, quotquot verùm à falso discernere queunt, sententijs approbantibus, fauorem & applausum haud mediocrem sibi conciliabit. Verùm si interiora ædificia uersicoloribus picturis honestanda uidebuntur, nobis, intra rationis monita tamen mandataque insistentibus, in peristyliorum hortos seu cauos ædium sinus circumambientium parietibus nonnullas apertiones effingere certè licebit: in quibus proximarum longinquarumve regionum, cœli, ædium, animantium, hominum, aliarumque rerum effigies, uultus, & simulachra colorum quippe uarietate distincta atque illustrata deinde apponemus. Nec procul à vero certè hæc aberit imitatio, cùm eiusmodi cuncta extra edificij ipsius ambitum mox intueri valeamus. Haud secus etiam si cœnacula, cubicula aliasve terrenas habitationis depingendas proposuerimus: pictori quidem in parietibus, nonnullis Architecturæ præceptis legibusque seruatis, aeris ac regionum apertiones effingere & simulare licebit: talium tamen apertionum altitudine animaduersa atque perspecta. Si nanque eæ contemplantium aspectu superiores extiterint, nihil quicquam præter coelum, aut montium cacumina, aut ædificiorum vertices discerni aut percipi poterit. Quòd si in solidiorum parietum summitatibus apertæ & patentioris rei alicuius speciem exhibere voluerimus, nihil præter aerem à nobis ibi cerni apprehendive permittetur. At si in huiuscemodi locis figuræ designandæ disponendæque erunt, lineæ cuidam tanquam basi eæ rectius profectò innitentur: nec enim subiectam planiciem, qui ex inferiori suspiciant regione, oculis assequi tunc certè valebunt. In quo quidem Andreæ Mantiniæ iudicium & perspicaciam quammaximè admiramur, qui Cæsaris triumphos in Francisci Gonzagæ splendidissimi Mantuæ Principis gratiam coloribus exprimere studens, cùm imas figurarum plantas atque uestigia intuentium oculis superiora fore animaduertisset, nullam planiciem eis omninò supposuit: verùm simulachra lineæ cuidam tanquam stabili fundamento substrato firmiter, vt iam diximus, insistunt atque innituntur: apteque adeò composita esse ea demum intelliges, vt numeris omnibus, vt aiunt, absoluta tibi singula videbuntur. Quinimo præsentis operis constitutionem & quammaximè commendandam, & plurimi insuper faciendam existimamus: ibi nanque & exactam Graphidos scientiam, & summam Optices ipsius eruditionem, & inuenti nouitatem, & figurarum aptam compositionem, nec non exquisitissimam earundem perficiendarum rationẽ vix pro meritis laudari vnquam posse censemus. Quòd si pictor Optico artificio edoctus, cœnaculum aut cubiculum lõgiùs, quàm re ipsa exti-

ornare i Cieli voltati in diuersi modi, sarà da seguitare le vestigie degli antichi Romani, liquali costumarono di far diuersi compartimenti, secondo i suggetti, e secondo anco il modo delle volte, & in quelli faceuano diuerse bizzarrie, che si dicono grottesche; lequali cose tornano molto bene, e commode, per la licentia che s'ha di farci ciò che si vuole, come sariano fogliami, frondi, fiori, animali, vccelli, figure di qualunque sorte mescolate, però con animali, e fogliami tal volta separati in diuerse attitudini, faceuano alcuni panni tenuti da esse figure, tal volta attaccati ad altre cose, & in quelli dipingeuano quel che gli piaceua, qualche fiata si può fare vna figuretta finta di cameo, o altra cosa di simile materia, qualche tempietto, & altre architetture si posson mescolare con queste, le quali tutte si potran fare ne i Cieli, o di pittura colorite, o di stucco, o di chiaro e scuro, a volontà del pittore, e queste saranno senza riprensione alcuna, che così hanno vsato i buoni antichi, come ne fanno fede le antichità, e fra l'altre Roma, doue ancora hoggidì se ne vede qualche vestigio. Ma se'l pittore si vorrà compiacere di far nella sommità delle volte qualche figura che rappresenti il viuo, sarà dibisogno ch'ei sia molto giudicioso, e molto esercitato nella prospettiua; giudicioso in far elettione di cose, che siano al proposito del loco, e che si conuengono in tal soggetto, come sariano più tosto cose celesti, aeree, e volatili, che cose terrene, esercitato, per saper fare talmente scortiar le figure, che quantunque nel luogo, doue saranno, elle siano brutissime, e monstruose; nondimeno alla sua debita distantia si veggono allungare, e rappresentare il viuo proportionato. Et però Rafaello da Vrbino, il quale in questa parte della compositione fu fra i rari rarissimo, & di mirabil giudicio, in tanto che si giudica in questa parte non hauer hauuto pari non che superiore, & pittor nel rimanente come sempre lo chiamaro diuino, volendo ornar di pittura la volta di vna loggia del detto Agostin Ghisi, fece nel nascimento delle lunette, figure piaceuoli, fuggendo i scurci, quantunque ei ne sapesse, & ne intendesse quanto alcun'altro. Ma quando fu alla summità della volta, ancor che li volesse fare il conuito de gli Dei, cosa celeste, & a tal proposito, nondimeno per dar vaghezza a chi miraua togliendo via la durezza di tanti scurci, finse vn panno di color celeste attaccato ad alcuni festoni, come cosa mobile nel qual fece il conuito sopradetto, con tal dispositione & giudicio, con tai mouimenti diuersi, & colorite variato, che rappresentano il vero: & è tanto bene accommodata tutta quell'opera insieme, che si può giudicar quella loggia più tosto vno apparato per qualche trionfo, che vna pittura perpetua, fatta nel muro, & se questa opera non fusse fatta con tal giudicio, ma semplicemente dipinta nella volta, stando in quel modo, si potria comprendere che tutte quelle figure minacciassero di cadere. Per tanto l'Architetto, che senza prospettiua, non può, ne deue essere, non ha da comportare, come superiore a tutti gli artefici, che nella fabrica, nella qual lauorano, che ci sia fatta cosa, senza giudicio, & senza consiglio suo.

De i cieli piani di legname, & de gli ornamenti suoi. Cap. XII.

Et perche in molti luoghi nelle fabriche è necessario far i cieli piani di legname, liquali hanno diuersi nomi, gli antichi gli diceuano lacunarij, hora i Romani gli dicono palchi, & così Fiorenza, a Bologna, & per tutta la Romagna si dicono tasselli, a Venetia, & ne i luoghi circonuicini gli dicono trauamenti, ouero soffittadi, & così la diuersità de i paesi fa diuersi nomi, de quali è ragioneuol cosa trattarne, & per conto dell'opera di legname, & per conto della pittura. Dico adunque, che se'l cielo d'vna sala, o d'altra stanza sarà di grande altezza, il suo compartimento dee esser d'opera soda, & di forme spatiose, & di gran fondo, & di buon rilieuo, acciochè per la sua lontananza, ei venga a diminuire alquanto, & a corrisponder all'occhio da basso, & similmente se si vorrà ornar de pittura, ella vuol esser di cose sode conforme a tal grandezza, & lontananza, & questa pittura si deue far più tosto di chiaro & scuro, che di più colori, perche le opere hanno maggior forza, & questo hanno costumato tutti i giudiciosi pittori che han fatte simili cose, ne i luoghi nobili, in Roma, in Fiorenza, in Bologna, & massimamente in questa nobilissima Città, nella quale si costuma più opere di legnami che nel rimanente d'Italia, per il che la maggior parte delle soffittadi nobili, sono fatte di chiaro e scuro, & nel mezzo delle forme, o quadrate, o sian che forme si vuole se gli mette vna rosa, ouero vna bacinetta dorate, & se per dar più vaghezza all'opera se gli vorrà metter alcun colore, sarà tolerabile che le forme sfondate li suoi campi sian di azurro come cosa transparente, & che si vegga l'aere, ma che le rose siano vicine da qualche fogliami, o grottesche acciò non paia che le stiano sospese in aria, & sempre che le cornici, & altre cose che ricingono i quadri, o altre forme, saranno ricche di oro, tornaranno bene, ouer almente siano

extiterit, exhibere voluerit; in parte vestibulum ipsum respectante nonnullos Architecturæ ordines tam appositè effingere & instruere poterit, ut locus ille in maiorem utique longitudinem extendi ab intuentibus indicabitur. Et hoc Balthasarem Opticæ facultatis tempestate nostra primas obtinentem, apprimè assecutum fuisse cõstat: qui cùm Romæ Augustini Chisij, amplissimi negociatoris, cœnaculũ cohonestare sibi proposuisset, columnarum, aliorumq; Architectonicorum operum eo artificio simulachra ibi constituit, vt perspicacissimi ingenij uir Petrus Aretinus, qui non minus pictorum quàm poetarum opera acri iudicio examinare solitus erat, in splendidissimo illo ædificio nullam ea perfectiorem, maiorique artificio elaboratam picturam sese conspexisse pronunciarit: quanuis Vrbinatis Raphaelis, quem diuinum uno ore omnes appellant, opera cõplura ibidem habeantur. Verùm quid de admirandis ingentique artificio compositis Scenarum apparationibus quæso dicemus, quæ Romę ab eodem Balthasare constructæ olim memorantur? Eæ nanque, quò ab eruditissimo & sapientissimo uiro minori impensa, quàm cæteræ tum ante tum post illum Scenæ, perfectæ fuerunt, eò magis laudandæ commendandæq; profectò videntur. Quamprimùm autem parietes propria assecuti fuerint ornamenta, si laquearia insuper, quæ diuersis rationibus inflecti incuruariq; solent, coloribus illustranda nobis proponentur, à priscis Romanorum uestigijs neutiquam recedemus: qui uaria distributionum genera tum ædificiorum tum camerarum ipsarum generibus accommodata perficere consueuerunt ibiq; monstra & portenta complura, quales Itali grotescas appellãt, ab illis effingebantur: quæ quidem, propter summam eiusmodi picturarum licentiam, & ad ornatum & ad commoditatem quam maximè certè conducunt. Ibi namque folia, frondes, flores, quadrupedes, aues, & figurarum varias & qualescunque permixtiones inducebant. Nonnunquam etiam, animantium foliorumq; formis separatas diuersasq. obtinentibus positiones, uela nonnulla ab ipsis modò figuris sustentata, aliàs autem ceteris quibusdam hærentia deformabant: ibique penicillo quæcunque ad libitum effingebant. Quinetiã sigillum nonnunquam ex insigni & egregio lapide, quem Cameum appellant, uel aliud quippiam ex consimili materia, aut ædicula quędam, aliave Architectonica opera cum his permixta fictè constituẽtur: quæ quidem omnia aut colorum varietate distincta, aut signinis operibus dealbata, aut claro dumtaxat nubiloque colore constantia, prout pictori magis libuerit, in testudinatis tectis citra reprehensionem ullam apponentur. Ita namque probatos quoque ueteres authores olim fecisse conspicimus, quemadmodum antiquitatum, quæ Romæ præsertim, uestigia nobis significant: At si pictor in summis tectorum conuersionibus imaginem, quæ ad rei veritatem quamproximè accedat, effingere atque referre uoluerit; eum in Optica facultate & iudicio & usu præstare quammaximè decet. Iudicium nempe in eo requirimus, ut quæcumque & loci & subiecti ipsius conditioni magis conueniunt, seligere ualeat: cælestia namque, ætherea, & uolatilia simulachra longe aptius quàm terrena ibi congruere uidebuntur. Vsus quoque eidem accedere debet, ut figurarum diminutiones ea ratione perficere sciat, ut quamuis proprijs locis breuissimæ mõstruosæq; propemodum illæ extiterint, debito tamen interuallo conspectæ produci extendiue, & rei formam speciemue ad uiuum referre existimentur. Quapropter Vrbinas Raphael, quem in hac, de qua loquimur, picturarum serie atq. compositione nõ admirandum tantummodo, uerùm singularẽ quoq; extitisse comperimus, adeò ut hac in re neminem æqualem, nedum superiorem aliquẽ prorsus habuerit: quemq., cùm in tota pingendi ratione mirificè præstiterit, diuinum semper appellare consueuimus: uir inquam hic celerberrimus cùm cœlum ambulationis cuiusdam, quã Augustinus Chisius, splendidissimus nempe, ut suprà habitũ fuit, sumptuosissimusq; mercator, sibi extruendam curauit, picturis distinguere statuisset, in ipsis lunularum exordijs molliores figuras primùm disposuit & collocauit; picturarum contractionibus seu imminutionibus, quamuis in hoc genere quammaxime etiam excelluerit, dedita opera tunc prætermissis, studioseq. admodum euitatis. Verùm cùm ad cœli fastigium deinde peruenit, et si Deorum immortalium ibi conuiuium, cæleste quippe argumentum, & loci ipsius naturæ mirificè accommodatum instruere cogitasset; attamen contemplantibus blandiri gratificariq; studens, tot imminutionum duritiem scabritiemq; auferendam iudicauit. Quapropter cæruleum uelum fasciculis nonnullis suspensum ac religatum tamquam mobile quoddam callidè ibi depinxit, in quo conuiuium deinde dapesque Deorum instruxit, eo nempe artificio atque dexteritate adhibita, totque motuum insuper & colorum inducta uarietate, ut ad ueritatem figmentum illud quã proxime accedere existimetur. Quinimo totum opus præclare adeò egregieq; respondet, ut ambulatio triumphalis potius cuiusdam apparationis, quàm perpetuæ picturæ parieti inductæ speciem exhibeat referatq;. Quòd si opus non hoc compositum artificio, sed simplici quadam ratione suprema ambulationis testudo depicta fuisset: quotquot ibi extant figuræ, eo, quem prædiximus, situ, eademq; dispositione remanente, præcipitem casum minitari, & iamiam delapsurę propemodum uiderentur. Quamobrem Architectus, quem Opticũ quoq; necessariò existere oportet, cũ operarijs omnib. qui ędificijs manus afferre admonereq. solent, haud meritò pręesse dicatur, absq. eius sententia consilioq. nihil prorsus effici mehercle patietur.

De planis atque materiatis contignationibus, necnon de earum ornamentis. Cap. XII.


At ædificia quippe complura, plana ligneaq; tabulata in superis partibus habere perspiciuntur: quæ, pro populorum linguarumque diuer-

atte del proprio colore del rimanente dell'opera. Ma ſe per accidente alcuno, il Ciel di qualche ſtanza ſarà di minore altezza, che non comportarebbe la ragione, e l'arte, in queſto caſo l' Architetto dee eſſer aueduto, adoperando l'arte della proſpettiua col giudicio & con la diſcrettione inſieme. Dico che non è altro che dia lontananza alle coſe fatte in proſpettiua che'l diminuir vna dopo l'altra, il perche ſe la coſa propinqua all'occhio ſi vorrà far parer più lontana, ſara neceßario di aiutarſi con l'arte. Facendo le forme più lontane dal centro di opera mediocre & appropinquandoſi al centro di opera più minuta, & a queſto modo la coſa s'allõtanarà più dalla veduta noſtra che ſe le opere fuſſero ſode. Et ſimilmente le pitture voglion eſſer conforme alle opere di legname, che doue ſaranno forme mediocre ſian fatte pitture di mediocre grandezze, & coſi approſſimandoſi più al centro ſian minuite ancor le pitture. Onde ſi faranno tali, che per tutte le vie ſi potranno comprendere ſenza faticar troppo la viſta, & ad una ſola occhiata ſi comprenda tutta l'opera; laqual ſarà di fogliami diuerſi, di chiocciole di più maniere, di variati groppamenti: di figurette, di fogliami, & di animali meſcolati inſieme: & ſopra i tai compartimenti ci vuole gran diſcrettione & gran giudicio, per non collocare due fregi d'vna ſorte l'vno a lato l'altro. Ma appreſſo vn fogliame, è da metter vna chiocciola, ouero vn groppamento, poi vna grotteſca de figure & animali a canto ad un fogliame, & coſi venir variando le coſe per non confondere la viſta. Et queſte coſe ch'io dico ſendo fatte di chiaro & ſcuro ne i lor propri campi ben ombreggiate & illuminate, ſaranno più lodate da gl'intendenti, che s'elle fußero colorite, perciochè le coſe colorite ſi ricercano ne i cieli voltati, & ornati di grotteſche, come habbiamo detto Et queſt'ordine tenni io nel Cielo della grande, & copioſa Libraria nel Palazzo di queſta inclita Città di Venetia, che queſto Cielo per eſſer aßai più baſſo di quello, che ricercaria, la larghezza & longhezza di quella ſala, fece io fare di opera aßai più minuta, che ſe'l Cielo fuße ſtato della ſua debita altezza, per le ragioni ſopradette: & ſempre, che i Cieli ſaranno piu baſſi, le opere ſe gli conuengono più minute. L'eſſempio di queſto ſi vederà nella ſeguente carta oltra molte altre inuentioni & diuerſi compartimenti e fregi variati, & altre coſe, tolte la maggior parte dell'antichità, per arricchir d'inuentioni quelli, che ne ſaranno poueri.

diuerſitate, differentes quoque obtinuerunt appellationes. Veteres nanque lacunaria ea olim vocabant: Romæ autem, Florentiæ, Bononiæque nunc palcos appellant: in Romano identidem agro taxilli nũcupantur. Venetijs, proximiſque oppidis trabeationes ſuffixave nominari frequentiſſimè audies; itaque ex regionum diuerſitate variæ quoque rei eiuſdem differenteſque oriũtur nomenclationes. De hiſce igitur, tum inteſtini operis, tum etiam ſuperinductarum picturarum ratione perſpecta, pauca nunc dicẽda exiſtimamus Quapropter rem ipſam aggredientes, illud inprimis tibi firmiſſimè aſſeueramus: ſi cœnaculi aut cubiculi alicuius tectum altius extiterit, diſtributionem è ſolidiori opere, necnon ex ſpatioſis, profundioribus, ſatiſque eminentium expreſſionum formis eſſe conſtituendam: ut diminutio ex longinquitate deinde proueniens, aſpectui infernè poſito gratior iucundiorque reddatur. Haud ſecus etiam ſi picturis huiuſcemodi tabulata illuſtranda illuminandaque proponentur, eæ quoque ſolidiores, tabulatorumque ipſorum magnitudini & altitudini conuenientes deformabuntur, Hæc autem picturarum genera ex claro potius nubiloque, quàm ex colorum complurium aliorum permixtionibus conſtare utique debent. Sic enim & uim quandam maiorem opera præſeferre videntur; & hunc morem nempe celebres pictores omnes, quicunque picturis conſimilibus oblectati fuerunt, præclaris Italiæ vrbibus, vt Romæ, Florentiæ, Bononiæ, Venetijſque præſertim, in qua quidem ampliſſima ciuitate plura quã reliquis omnibus Italiæ locis inteſtina opera perfici ſolent, obſeruaſſe comperimus. Quapropter pleraque ſumptuoſarum ædium tabulata claro duntaxat nulloque colore depicta conſpiciuntur: in medijsque ſpatijs, vel quadrata uel quibuſcunque alijs formis circunſcripta ea definitaque fuerint, roſarum conchularumve deaurata quædam ſimulachra apponuntur. Quòd ſi, vt maior adhuc operi venuſtas adijciatur, colorem aliquem adiungere nobis libuerit: excauatarum formarum areas cæruleo tanquam pellucido perſpicuoque colore conſtare facilè patiemur, adeò vt aer diſcerni atque introſpici poſſit. Roſas tamen illas medias, ne in aere quaſi ſuſpenſæ per ſeſe conſiſtere videantur, folijs quibuſdam admirandisve formis, quæ Groteſcæ uulgo appellantur, recingendas eſſe arbitramur. Quò autem coronices aliave conſimilia quæ quadrata aut aliter figurata ſpatia recingunt: auri ſplendore magis affulgent, eò venuſtiora elegantioraq; certè apparebunt. Quòd ſi aurum fortè nobis defuerit, reliqui operis colorem in his quoque expoliendis perſequemur. Sin cubiculi alicuius cælum ad minorem, quàm rationi vſuive par eſſet, altitudinem forſitan efferetur: tunc Architectus, ab Optica facultate auxilijs petitis, necnon iudicio inſuper & æquitate quadam adhibita, ſibi ipſi perbellè nimirum proſpiciet. Id igitur inprimis ſcias velim, Opticam rerum collocationem diſtantiam haud aliunde profectò atque longinquitatem adipiſci, quàm ex ſuccedente gradatimque diſtributa eorum imminutione. Quapropter ſi rem inproximo conſtitutam aſpectui longinquiorem reddere voluerimus, ab arte præſidia vtique erunt accipienda: formis nempe, quæ à centro longius diſtant, mediocri; quæ autem centro propinquiores exiſtunt, minutiori opere deformatis. Res nanque longiùs hoc pacto, quàm ſi opera perpetuam quandam ſoliditatem retinerent, ab aſpectu noſtro ſecedẽt. Haud ſecus etiam picturæ inteſtinis operibus conſimiles erunt efficiendæ: formis nanque mediocri opere conſtantibus, magnitudine itẽ mediocri picturæ debentur; quò autem ad centrum magis appropinquabunt, eo picturæ ſenſim quoque deficient atque diminuẽtur. Quapropter tales eæ profectò reddentur, ut abſque aſpectus ulla prorſus defatigatione leſioneve undequaque percipi queant & opus unico duntaxat oculorum intuitu uniuerſum mox percurratur; quod quidem ex foliorum multiplici diuerſitate, ſinuoſque conuolutionibus, uarijſque connexionibus conſtituetur; ſigillis quinetiam, folijs, atque animantibus vnà inter ſeſe confuſis implicitiſque. Id autem ſummopere attendendum uidetur, quòd in eiuſmodi diſtributionibus exactum iudicium requiritur, magnaque ſolertia inprimis eſt adhibenda, ne fortè duos zophoro inter ſeſe omninò conſimiles iuxta quandoque ponamus. Verùm folio cochleam aut nexum quendam primùm aſſociabimus, alijque folio figurarum & animantium implicitam quandam commixtionem, quam Groteſcam frequenter appellamus, mox deinde adiungemus; itaque, ne aſpectum primo impetu deterreamus, perturbationemve vllam in eum forſitan inducamus, picturarum varietati ſenſim & paulatine indulgemus. Eiuſmodi autẽ ſimulachra ſi ex claro nubiloque in ſuis areis, umbrarum luminumque conuenienti ratione ſeruata, tantummodo conſtituentur: longè magis, quàm colorum complurium ſuperinducta uarietate, à peritioribus probabuntur. Splendidiores nanque coloratæque picturę teſtudinatis tectorum conuerſionibus, quæ monſtroſis quibuſdam, vt ſuprà iam habitum fuit, figmentis oblectãtur, aptandę potius accommodandæque videntur. Et nos in amplæ illius ſumptuoſæque bibliothecæ, quam in Regia baſilicica Venetiis, Andrea Gritto Principatum olim adminiſtrante, extructam offendimus, apparatione talem ordinem profectò obſeruauimus. Cùm enim Cœlum humilius, quàm atrii illius perampli longitudo latitudoque efflagitaret, atque depreſſius exiſteret; nos ſuperioribus adducti rationibus minutiori, quàm ſi debitam altitudinem nactum fuiſſet, opere illud perficiendum curauimus. Quinimò id perpetuò obſeruandum exiſtimamus, quò Cęli humiliores atque depreſſiores extiterint, eò breuiora minutioraque opera ibi eſſe conſtituenda. Cuius quidem rei exemplum mox iu ſequenti pagiua deſcribemus; compluraque inſuper & inuentionum, & diſtributionum, zophorumque multiplicium, necnon rerum aliarum genera, pleraque ex antiquitatibus certe deprompta, ad conſilii inopes affluentiores copioſioreſque reddendos, ſtudioſorum oculis ſubijciemus.


Opera di legname per ornamento del Cielo della Libraria sopradetta.

Inteſtinum opus Bibliothecæ ſuperioris Cęlum exornans.





Li giardini sono ancor loro parte dell'ornamento della fabrica, per ilche queste quattro figure differenti quì sotto, sono per compartimenti d'essi giardini, ancora che per altre cose potrebbono seruire, oltra li due Laberinti quì addietro, che a tal proposito sono.

Cùm hortorum amenitates ad edificiorum ornatum haud parum certè conducant, idcirco nos quatuor subscriptis hisce designationibus uarias differentesq. hortorum ipsorum distributiones significandas nunc proposuimus, etsi earum usus ad alia quoque transferri perquàm commodè posset. Quinetiam Labyrinthos duos tamquam Proposito huic mirificè accommodatos, in postremis subiunximus atque delineauimus.















Dell'Armi delle caſate nobili, & ignobili. Cap. XIII.

A l'Architetto ſi conuiene ancora lo hauer cognitione nel generale delle armi, che ſono parte dell'ornamento della fabrica: acciò non ſi facciano falſe, e che le ſappi dar il ſuo luogo conueniente, percioche ſe per queſto difetto erraſſe nelle armi de i Principi, che poi foſſe neceſſario leuarle, e mutarli luogo; non ſaria ſenza pregiudicio dell'Architettura già ſtabilita, e dell'honor dell'Architetto. Non può, ne deue vn'huomo baſſo, e non noto valerſi dell'Arma d'vna caſata nobile, così come anco non potrebbe vn mercatante, vn'arteſice valerſi del ſegno di vn altro legale & approbato, o mercatante, o arteſice che ſi fuſſe. Queſta concluſion ſi fa, che ciaſcuno può pigliarſi vn'Arma pur che non pigli quella del ſuo Signore, eccetto ſe ella non fuſſe da quel donata con priuilegio, ne con pregiudicio di quel tale, di chi è l'Arma. Non poſſon li arteſici, e li villani, e le altre genti baſſe vſare Arme, come ſcudi, & altre ſimili: queſti tali hanno hauere ſegni, e marchi differenti dalle Arme nobili, & in ogni caſo quello, che non è nobile, ſopra dell'Arma ſua, non deue vſare il cimiero ſegno conueniente ſolo alla nobiltà. Deue l'Architetto ancor ſaper queſto, che volendoſi far vn'Arma noua, non la comporti falſa, percioche hauendoſi a fare sbarre, o liſte, o altre coſe, non ſi conuiene metallo ſopra metallo, ne colore ſopra colore, come ſaria l'oro ſopra l'argento, o argento ſopra l'oro, o roſſo ſopra azurro, ne verde ſopra negro, ſe'l ſcudo adunque ſarà di metallo, e quello che ci và dentro deue eſſer di colore, e così per il contrario: li vccelli, i peſci, li animali terreſtri, che vanno nelle Armi deueno eſſer poſti ſecondo la natura loro, vno vccello non acquatile, in acqua non ſi conuiene, ne vn peſce ſopra vn'arbore, o in aere, non è lecito di fare vn'Aquila ſopra vn fiore, queſto non è il ſuo luogo, ma ſopra la preda ſi bene, ouero con l'ale aperte vno animal terreſtre nel fuoco faria l'Arma falſa, perche douemo ſempre imitare la natura, quanto più potemo, li huomini, li animali nelle Armi vanno poſti ſempre ne i più nobili atti, & in quelli che moſtrano il vigor loro. Vediamo li antichi figurare li Principi in maeſtà, li Pontifici in pontificale, li Capitani armati: e coſi ciaſcuno in quell'habito, più conueniente al grado ſuo: li animali fieri, come il Leone l'Orſo, il Tigre, il Leopardo, & altri ſimili, in atto mordace, & il più feroce conueniente la natura ſua: il Cauallo ſaltando, o correndo, & in ciaſcuno moto de animali, che ſempre il piede deſtro, come parte più nobile vadi innanti: lo agnello in terra, & andando piano, e così con il confrontarſi con la Natura, non ſi farà l'Arma falſa. Per dare i luoghi ſuoi agli colori nelle Armi deueſi hauer cognitione della nobiltà d'eſſi, che quello precede, ei deue eſſer collocato in più nobil luogo dell'altro che men nobile: quel colore che più rappreſenta la luce, quello e più eccellente: e per l'oro figuriamo il Sole, che è corpo più luminoſo de gli altri: perciò deue collocarſi in più nobil luogo: per il roſſo il Fuoco, elemento più nobile di tutti, e più luminoſo dipoi il Sole: per l'azurro lo elemento Aereo, per il bianco quello dell'Acqua. E coſi gli altri per li quali ſi figura la Terra, vengono dietro a queſti, come il verde per rappreſentarſi i campi fertili, i prati, la primauera la giouentù dell'huomo: il negro che rappreſenta le tenebre è il più infimo, e men nobile di tutti, ſe ben è piu potente de gli altri per eſſer atto ad offuſcar, e cancellar tutti i colori indifferentemente. I luoghi piu nobili ne gli edifici per collocarui l'Armi ſono tre, quello che è piu alto verſo il cielo, quello che è verſo la man deſtra, e quello di mezzo, nel muro, quella è la parte deſtra, che a noi mirando fa la ſiniſtra, quelle dentro de gli edifici van di altro modo: l'Arma del Prencipe deue ponerſi ſopra quella del padron della caſa verſo il Cielo, in ſegno di ſuperiorità, le altre ſono honorate piu che hanno il luogo di mezzo, o il lato deſtro. Danno le Armi, oltra l'ornamento all'edificio, queſta vtilità, che prouano quella parte d'eſſo, doue è poſta, eſſer del padron dell'Arme, e con queſta general cognitione l'Architetto non errarà in queſta parte.

De proprijs nobilium ignobiliumque familiarum inſignibus. Cap. XIII.

Architectum communiorem etiã inſignium, quæ ad ædificiorum ornatum non parum opitulantur, cognitionem habere expedit: ne vel in falſa conſtitutione, vel in malè diſtributa collocatione turpiter errare quandoq; deprehendatur. Si namq; Regia Principum ipſorum inſignia uel malè compoſita, vel perturbato quodam ordine eſſent inſtructa, vt ea vel auferre vel tranſponere deinde oporteret: huiuſcemodi innouationes permutationeſq. tum Architecturis iam ſtabilitis confirmatiſq. perincommodæ, tum Architectis inſuper ignominiæ atq. dedecori forent. Nec enim priuato alicui uiro Principis inſigne arroganter ſibi tribuere fas eſſe arbitramur: aliàs namq; pena contumax ille eſſet multandus, & ſupplicio aliquo propter cæterorum audaciam retundendam comprimendamq. afficiendus. Nec item infimi ignotiq. homines honeſtarum familiarum inſignia ſibi temerè aſciſcent: ſicut nec inter eos, qui in mercatorum artificumve ordinem aliquem cooptantur, vnius ſignum alterùm ſibi capere leges permittunt. Illud autem ſummatim nunc colligamus, quòd cuiq; quodlibet inſigne ſibi deligendi libera expeditaq. condonatur facultas; Principis tamen, ut dictum iam fuit, regio inſigni poſthabito ac derelicto: niſi fortaſſe Princeps ille fortiſſimum aliquẽ virum propter ampliſſima merita, publico titulo elogioq; ſuperaddito, citraq; vllam ipſius offenſionem, proprio inſigni honeſtare illuſtrioremq; reddere voluiſſet. Nec artifices item, ruſtici, ſordidiq; homines armorum inſignia, quemadmodum clypeos, aliaq. conſimilia ſibi profectò vſurpabunt: uerùm infima hæc hominum genera notas impreſſioneſq. à proprijs nobilium inſignibus varias diſſimileſque obtinebunt. Idq; inprimis attendito, ne quiſquam loco humili obſcuroq. genere natus proprio inſigni galeam ſeu conum, peculiare nobilitatis indicium, quandoq. ſuperaddat. Quinetiam id Architectum memoriæ mandare oportet, ne, ſi nouum inſigne ei conſtruendum forſitan proponetur, imprudens falſitatem aliquã ibi induxiſse redarguatur. Si namq. lineæ, aut interualla, aliave conſimilia in medio erunt conſtituenda; nec metallo metallum, nec colorem colori ſuperinducendum exiſtimamus. Nec enim auro argentum, argentove aurum, nec cæruleo purpureus color, nec viridi niger ſuperindui debent. Clypeo igitur ex metallo conſtante, quodcumq. in medio ſtatuitur, coloratum perficietur: contraq. clypeo colorato exiſtente, quodcumq. medium imponetur, ex metallica materia conſtabit. Aues quinetiam piſces terreſtriaq. animantia, quæ inſignib. agglutinantur, ſingulorum naturis propria accommodataq. loca ſortientur. Nec enim auis, niſi fluuialis fortè marinave extiterit, in aquis diuerſari gaudebit: nec piſcis aut arbori innitens, aut in aere degens ab ullo, niſi fatuo fortaſſe ſtolidove probabitur. Aquilam quoq. flori inſidentem effingere, ridiculum utiq. foret; nec enim proprius rapaciſſimæ auis locus hic certè videtur: At ſi illam prædæ unguibus inhærentem, aut extenſas expanſaſq. alas geſtantem induxerimus, animalis ingenium moreſq. optimè expreſſiſſe iudicabimur. Terreſtris quinetiam animantis, flammis undiq. circunſiſtentibus, imago, cùm hoc naturæ, quam pro uiribus æmulari debemus, quammaximè aduerſetur atque repugnet, falſum profectò & mendax inſigne conſtitueret. Nec id etiam ſilentio prætereundum exiſtimamus, hominũ nempe & animantium, quæ ipſis inſeruntur inſignibus, ſimulacra in nobiliores formas ſpecieſq., & quæ eorum vim ac fortitudinem magis oſtendunt, eſſe componenda. Priſci namque Reges ſceptro, & diademate inſtructos, Pontifices ſacris veſtibus ſummiq. ſacerdotij ornamentis amictos Imperatores armorum ſplẽdore ſtrepituq. terribiles, alioſq. deinceps, prout ſingulorum ordo conditioq. requirit, excultos deformare ſolebant. Feras item, quemadmodum Leones, Vrſos, Tigros, Pantheras, Pardoſq., ſæuaque eiuſmodi animantia in irruentium, morſuſq. parantium, necnon innatam ingenitamq; ſibi feritatem oſtendentium ſpeciem aptiſſime componemus. Equis præterea ſaltantium aut currentium imago perbellè conueniet. In animantium autem motionibus imitãdis, pes dexter tanquam nobilior ſiniſtro vtique præferetur. Agnum humi molliter incedentem expatiantemq; inducemus. Itaq. naturæ veſtigijs moribuſq. ſeruatis, falſum inſigne numquam mehercle conſtituetur. Vt autem proprijs locis & idoneis ſedibus colores in inſignibus collocentur, eorum præſtantiæ nobilitatiſq. ratio nobis debet eſſe cognita atque perſpecta. Colores namque nobiliores in illuſtrioribus profectò quàm ignobiliores, & magis conſpicuis ſedibus diſponentur. Ea uerò certiſſima colorum diſtinctio ſolet afferri, ut quicumq. ad lucis fulgorem propius accedunt, ijs, qui à luminis claritate longius recedunt, excellentiores ſemper præſtantioreſq. iudicentur. Aureus color igitur, propterea quòd Solem corporum omnium ſplendidiſſimum, & quammaximè luminoſum imitatur, nobiliori loco iure optimo ſtatuetur. Huic Pheniceus mox ſuccedit, quippe qui ignem cæteris elementis præſtantiorem, alijſq. corporibus, aſtris tantummodo Soleque potiſſimum exceptis, fulgentiorem repræſentat. Cæruleus color deinceps aereum, & candidus aqueum elemẽtum nobis referre exiſtimantur. Alijque colores poſtmodum uarijs terræ ipſius, rerumq. terreſtrium partibus atq. proprietatibus ſignificandis accommodati fuerunt: Viridis nanque campos, ſaltus, prata, colleſq. deſignat; necnon vernum anni tempus, ipſamque adoleſcentiam perbellè figurat. Atro colori denique, vtpote qui cæcam horridamq. tenebrarum imaginem refert, infima & ignobiliſſima aſcribitur ſedes: quanuis ille propterea quod colores omnes pariter obſcurare obliterareq. ualet, cæteris potentior exiſtimatur. Nobiliora autem ædificiorum loca, ad inſigniaq. collocanda cæteris opportuniora, tria potiſſimum eſſe dicuntur: locus ſcilicet ad altiora primùm, ſummiſq. laquearibus propinquiora conſcendens; quique ſecundò ad dexteram magis declinat; quiq. in medio demum ſtatuitur & collocatur. Dexteram parietis eam nuncupamus, quæ nobis contemplantibus ſiniſtra videtur. In interioribus autem ædificijs, inſignia differentes quippe ſitus ac poſitiones obtinebunt. Regium etenim Principis inſigne domini ædium ipſarum inſigni ſuperius, cælum uerſus, tamquam in ſuperiori loco conſtituetur. Cætera autem inſignia, quæ uel media cõſiſtent, uel ad dexteram declinabunt, tamquam alijs honoratiora certè habebuntur. Ædificijs uerò haud ſplendorem tantummodo ac uenuſtatem ea afferre perſpiciuntur, uerùm uſui quoq. in eo fore uidentur, ut quiſnam ædis dominus eſſe dicatur, ex ſola inſignis ipſius inſpectione mox certiores reddamur. Et de inſignibus, ne Architectus in eorum conformatione imprudens quandoque labatur, craſſa quadam Minerua tot dicta ſufficiant.



Acciò che questa pagina nõ resti bianca, mi è piaciuto perui la Torre Andromaca fatta in Atene di otto faccie, in ciascuna delle quali haueua sculpito l'Immagine d'vno degl'otto venti principali che riguardaua là doue appresso quel vento soleua soffiare, & sopra essa torre pose vn Tritone di Rame signato C che nella destra teneua la verga D con la quale commosso dal vento ragirandosi, & fermandosi artificiosamente, contra il vento spirante, dimostraua a guisa d'horologio il nome, & il Vento figurato nella supposta Torre, come piu ampiamente nel Ruscone da noi nuouamente ristampato puoi vedere, con moltissime altre inuentioni, & secreti dell' Arte Architectonica dal qual libro, ancorche consista di pochi fogli, il giudicioso Architetto ne potrà estrahere non mediocre vtili-tà, per le moltiplicità delle figure, che in se contiene ascendente al numero circa 200.

Ne pagina hæc vacet, Turrim Andromaci Athenis erectam faciebus octo constantem apponere statuimus, in quibus singulis vnius venti principalis imniago sculpta fuerint illuc vergentis, vnde ventus efflare solebat, huius cacumini B, Tritonem imminentem sculptor super imposuit æreum littera C signum, cuius dextera virgam D, gestabat, vt vento quolibet flante miro artifici circumduceretur, vt per virgam, venti cuiusque nomen & Immaginem in supposita Turris faciæ ex aduerso signum instar solari ostenderet vt effusius in libello Io: Antoni Rusconi denuo per nos excusso est videre, vbi plurima quoque Archana nanque inuenta Architecturæ cupidis non parum proficua ducentis circiter immaginibus expressa intueri quisque poterit.



IL FINE DEL QVARTO LIBRO.

QVINTO LIBRO D'ARCHITETTVRA, DI SEBASTIAN SERLIO BOLOGNESE.

Nel quale si tratta di diuerse forme di Tempij Sacri secondo il costume Christiano, & al modo Antico.

SEBASTIANI SERLII

De varijs sacrarum Ædium formis tum ex recentiori Christianorum, tum ex veteri antiquorum instituto.

LIBER QVINTVS.



LIBRO QVINTO DE LI TEMPII di Sebaſtian Serlio.

BEnche molte & diuerſe forme di Tempij antichi & moderni ſi vegghino in tutte le parti del Chriſtianeſ. nōdimeno hauēdo io piu anni ſono, promeſſo di farne vn picciolo volume, per a ccompagnare gli altri miei, trattarò & dimoſtrarone in diſegno di quāte maniere vi ſi poſſono fare, almeno fin'al numero di dodeci, tutti diuerſi l'vno da l'altro. Et perche la forma rotonda è la più perfetta di tutta l'altre, io da quella comminciarò. Ma conciosia che a' noſtri tempi, o per la poca diuotione, o per l'auaritia de gli huomini, non ſi comincia piu Chieſa che habbia del grande, ne anche ſe finiſcono le gia comminciate, io diſporrò queſti miei Tempij di quella piccolezza che ſarà poſſibile, accioche con minor ſpeſa, & più breuità di tempo ſi poſſino condurre al fine. Il diametro adunque di queſto quì a lato dimoſtrato in pianta, ſarà piedi lx. & altrotāto la ſua altezza ne la parte interiore. La großezza del muro ſarà la quarta parte del diametro, cioè piedi. xv. accioche cōmodamente in eſſa groſſezza vi poſſino capir le capelle, la latitudiae de lequali ſarà piedi. xii. ſenza li nicchi da li lati, & la longitudine con tutto lo nicchio grande, doue è l altare, ſi farà de piedi. xvi. Ma per riſparmiar che'l muro non ſia coſi ſia materiale, vi ſi faranno quei nicchi diſſegnati ne la parte di fuori fra le capelle, la latitudine dei quali ſara di piedi. xv. Et queſto Tempio leuato da terra. v. gradi per lo meno, ne ſi fara errore leuandolo aſſai piu, perche di tempo in tempo la terra ſe inalza, come veggiamo a noſtri tempi ne la maggior parte de le Chieſe vecchie, non che antiche, perche vi diſcende, doue gia ſi ſaliua. Quanto a la poſitura del Tempio, li antichi metteuano l'altare al Sole leuante, a la qual coſa noi Chriſtiani non riguardiamo, ma in qualunque luogo ſi fara lo Tempio, la ſua faccia principale ſi mettera verſo la piazza, oueramente ſu la ſtrada piu nobile. Quanto a li fondamenti, non ſi puo errare a farli groſſi & profondi, ma la minore groſſezza ſara queſta. Si prende la groſſezza del muro che va ſopra terra, & quella poſta in vno circolo, il quale anchora ſara poſto in vn quadrato, & agli angoli d'eſſo ſia menato vn' alrro circolo, poi fuori del circolo maggiore ſia fatto vn'altro quadrato, & il diametro di quello la groſſezza del fondamento. Che coſi intend'io che voglia dire Vitruuio doue parla de gli fondamenti. Queſta figura ſi troua nel mio Quarto Libro, a l'ordine Toſcano, ne la baſa Toſcana. Ma quanto a le materie, & a i luoghi ſolidi, o paludoſi ouer aquatile, vedete che ne dice Vitruuio, nel primo libro, al quarto & v. capitoli.

DE SACRIS ÆDIBVS SEBASTIANI SERLII LIBER QVINTVS.


Quanuis complures diſſimilesque tum veterum tum recentiorum quoque templorum formæ per omnes gentes & regiones, quæ Chriſtianam ſectantur religionem, paſſim conſpiciuntur: Cùm nos tamen de ſacrarum ædium conſtitutionibus volumen quoddam exiguum conſcripturos eſſe ſuperioribus annis polliciti ſimus, idque cæteris, quæ iam præmiſſa fuerunt, voluminibus adiungendum, & quinto loco reponendum exiſtimaremus: idcirco promiſſa iam abſoluere cupientes, quotnam templorum genera inter ſeſe quammaximè differentia ad numerum vſque duodenarium perfici queant, tum accurata nunc explicabimus oratione; tum, adiectis deſignationibus, clarius adhuc patefaciemus. A rotunda autem ſphæricaque figura, tanquam ab omnium perfectiſſima, prima ſumemus exordia. Verùm cum temporibus hiſce aut propter fidei infirmitatem imbecillitatemque, aut propter immodicum profuſumque pecuniarum amorem, nullas magnificas ſumptuoſas ve ſacrarum ædium conſtructiones homines aggrediantur; quinetiam ſiquæ templorum fundamenta à ſuperiorib. paulò liberalibus iacta conſtitutaque fuerunt, nullum à poſteris impenſarum magnitudine perterritis exitum deinde nullamque perfectionem conſequantur: hac nos perſuaſi ratione templa hæc noſtra anguſtioribus, quantum ſcilicet ſtructurarum eiuſmodi genus patietur, finib. cladere ac definire enitemur; vt & minori pecuniarum iactura, & breuiori tempore ea nimirum compleri abſoluique poſſint. Templi igitur, cuius Ichnographiam ſubſcriptam intueris, diameter pedū lx. producitur longitudinem, necnon tantundem interiori quoque eiuſdem altitudini tribuetur. Parietis craſſitudo deinde pedes quindenos, quartam videlicet diametri partē occupabit: quod quidem ea ratione factum à nobis fuit, vt parietis ipſius craſſitudinem ſacella perquàm commode ingrediantur penetrentq; Singula autem eiuſmodi ſacella, ſcaphis, quæ ex vtroque latere ſtatuuntur, ablatis, pedum duodenum latitudinem obtinebunt: eademque, ampliori ſcapha, quæ aram mediam complectitur excipitque, ſimul aſſumpta, in pedum xvj longitudinem vſque percurrent. Verùm ne paries tanta materiæ copia ſimul congeſta opprimatur, & propemodum obruatur; ſcaphæ illæ exteriores deinde ſacellis mediæ intercurrent, quarū ſingulæ in pedum xv latitudinem perrigentur. Templum autem e tellure quinque gradib. ſaltem in ſublime educetur; neque ſi altius adhuc excitabitur, reprehendēdum mehercle videbitur. Tellus nanq. temporis diuturnitate paulatim attolitur exceſcitque, quemadmodum ex vetuſtioribus, nedum ex antiquiſſimis templis hucuſque conijcere licet: quò enim olim homimes aſcendebant, eò nūc deſcendere clare perſpiciuntur. Quod verò ad templi ſitum poſituramque, attinet, antiqui aram ad Solem orientem collocabant. Mos tamen hic à nobis, qui Chriſti pietatem profitemur, contemnitur atq; negligitur: quocunque enim templi ſtructuram aggredientur, vel ad plateam, vel ad nobiliorem ſemitam mox eius frontem dirigemus. De ratione autem fundamentorum illud plane conſtat, quòd ſi craſſa illa profundaque conſtitues, nequaquam certè aberrabis. Minima autem craſſitudo talis nimirum afflagitatur. Parietis ſupra terram deſignati craſſitudine primùm accepta, eam intra circulum mox aptato: Deinde circulo intra quadratum compoſito, ad quadrati angulos circulum al terum circunducito: Poſtmodum extra maiorem circulum quadratum aliud deſcribito. Nouiſſimi quadrati huiuſce dimetientem fundamentorum craſſitudinem tibi definitorum pronunciamus. Ita nanq; Vitruuium, vbi de fundamentorum ratione ſermonem inſtituit, intelligendum eſſe arbitramur. Et eiuſmodi nempe figuram quarto volumine, nobis de Tuſcano ordine pertractantibus, in Tuſcanæ baſis explicatione deſcriptam deformatamque comperies. Quod demum ad fundamentorum materiem, ſolidioraque, aut paluſtria humidioraq; loca ſpectat, Vitruuium primo libro capite quarto & quinto de re hac copioſiſſime diſſerentem perlegito.

Ho dimoſtrato quì adietro la pianta del Tempio rotondo, horà quì auanti ſi vede la parte di fuori, & ancora quella di dentro, per eſſer coſi rotto eſpreßamente. La parte di dentro è Corinthia, ma tutta l'altezza fin dal pauimento, inſino ſotto a la volta, dimandata da qualch vno Cupola, & da certi altri Catino ſarà piedi. lx. La parte meza di queſt'altezza ſarà per eſſa volta, & l'altra diuiſa in v. parti e meza, & vna d'eſſe ſarà per la cornice, fregio, & architraue. Poi le 4. parti & meza reſtanti, ſaranno per l'altezza de le colonne, con li ſuoi capitelli & baſe. La miſura del tut to ſi tro-

Templi rotundi Ichnographia iam expedita, modò eiuſdem tum interiorem tum exteriorem Orthographiam proponemus: Vt autē vtrunque clarè perſpiciatur, templi figuram conſultò ita perfregimus. Pars quidem interior corinthio opere conſtat. At vniuerſa deinde, ab imo ſcilicet pauimento ad ſummam vſque teſtudinem, quam noſtrates cupulam; alij q; catinum appellant, altitudo in pedes ſexagenos attollitur. Dimidia autem hæc altitudo ipſimet teſtudini inſeruiet, Quapropter altera in partes quinque ac ſemis diuiſa, earum vna coronici, zophoro, & epiſtylio coniunctim tribuetur: moxque quatuor reliquæ partes unà cum dimidia columnarum ſingularum,


na nel detto Quarto mio libro, a l'ordine Corinthio. Li nicchi fra le colonne saranno in latitudine piedi iiij. & in altitudine. x. gli altri che sono a l entrar de la porta, & anche a le tre capelle, saranno piedi. vi e mezo larghi, & in altezza piedi xv. L'apertura per dar luce al Tempio, sarà la vij. parte del diametro di esso Tempio, & se farà ne la summità de la volta, sopra laquale sia fatto vna n laterna vedriata, & questa luce bastarà per il corpo del Tempio, percioche le capelle hanno la sua luce appartata, come si vede ne la piãta, e nel dritto, così dentro come di fuori. La copertura di esso Tempio si farà di quella materia che tornarà più commoda nel paese ma di piombo sarà sempre migliore, facendo gli gradi di quella pietra che nel loco sarà più in vso. La cornice de fuori sarà come quella di dentro, ma più formosa de i membri, acciò più longamente si conserui da le acque & da li venti. Et ancora che la capella a l'incontro de la porta possi seruire per altar maggiore, nondimeno si potrà nel mezo del Tempio leuarne un'altro, ilquale sarà veduto da tutti, come si vede ne la pianta. E perche questo Tempio non ha Campanile, Sacristia, ne anche loggiamento per ministri, si potrà bene con buono accompagnamento fare vn Campanile, sotto delquale sara la Sacristia, & intorno le habitationi de' Sacerdoti quali saranno talmente propinqui al Tempio, che per vna via coperta, vadino da l'vno a l'altro. De la porta & altri ornamenti, si trouaranno sempre le forme & le misure. Le misure delle colonne & de capitelli hanno da farsi secondo le misure che sono aßegnate alle colonne poste nel principio del Quarto libro. Perche essendo la colonna Dorica o Ionica o Corinthia o Composita sarà necessario ricorrere al detto Quarto libro, & conseruar ne le compositioni l'ordine de le dette misure.

rum, capitulis insuper basibusq; simul acceptis, altitudines metientur. Omnes autem generis huiusce commensus quarto volumine in Corinthij ordinis pertractatione sigillatim à nobis descripti reperiuntur. Scaphæ seu conchæ columnis interiectæ, pedum quaternum latitudine, pedumq; denum altitudine finientur. Cæteræ scaphæ deinceps, tum quæ ad ianuæ ingressum, tum quæ ad terna sacella seu delubra consistunt, in pedum senum latitudinem, & in pedum quindenum altitudinem utique excurrent. Apertionis hiatus, unde ætherea lux ad templi interiora transfunditur atq; delabitur, septimã diametri templi ipsius portionem absoluet, & in testudinis seu hemisphærij vertice statuetur. Supra apertionem autem vitreum tholum, siue, vt nos loqui consueuimus, vitream laternam aptissimè collocabimus. Et ad templi quidem corpus illuminandum spiraculum hoc satis superque futurum existimamus: Delubra nanque ex proprijs fenestrarum apertionibus lucem suam seorsum hauriunt atque combibunt: quemadmodum tum ex Ichnographia, tum ex interiori exterioriq; Orthographia cuiuis percipere licet. Templi summum & extrinsecum tegumentum è materia, quæ regioni magis expediet, constituetur: verùm si plumbeum illud conficiemus, firmiorem atq; stabiliorem structuram profectò reddidisse videbimur, gradibus deinceps ex lapide, quem regioni magis familiarem, magisq. in ædificantium vsu esse conspiciemus, formatis compositisque. Coronix exterior interiori coronici persimilis erit: membra tamen, vt ab imbrium uentorumq; iniurijs diutius sese incolumen tueatur, formosiora utique nanciscetur. Quanuis autem sacellum, quod ianuæ è regione opponitur, aræ primariæ vsum haud incommodè quidem exhiberet: alia tamen ara, quæ, prout Ichnographia demonstrat, cuiuis in aperto & in propatulo foret, in media æde rursus excitari compararique posset. Nec illud te quicquam perturbet uelim, templum hoc sacrario, personanteque turre, proprijsque diaconorum subdiaconorumque domicilijs esse destitutum. Nam & turrim cauo ære circunstrepentem, symmetriæ utique memores, in altum ibi educemus: & sacrarium sub turri appositè collocabimus; & sacerdotum diuersoria circumcirca ita distribuemus, vt ipsi templo proxima ædes nacti ad sese mutuò conueniendos per secretos tectosq. calles ingredi queant. Ianuæ deinde cæterorumque ornamentorum formæ, proprijque commensus, facilè quidem expedientur. Columnarum autem capitulorumque moduli ex ijs, quæ quarti libri initio de columnarum mensuris à nobis tradita conscriptaq; fuerũt, mox patefient. Si enim columnarum ipsarum ratio è Dorico, vel Ionico, vel Corinthio, uel Composito genere deducetur, ad quartum librum necessariò erit confugiendum: proprijque singulorum ordinum commensus, prout ædificiorum diuersitas efflagitauerit, inde tamquam ex vberrimo fonte haurientur.




Neila paßata carta ho dimostrato vn Tempio rotondo, assai copioso di capelle, ma quì dauanti ne formarò vn'altro, pur ancora tondo, ma con quattro capelle fuori d'essa rotondità, cioè tre capelle, & l'entrata sua che fa il medesimo effetto. Fra queste 4 capelle vi sono 4. nicchi, quali seruiranno per capelle chi vorra, si che saranno 7 altari, Il diametro di questo Tempio è piedi 48. & altretanto la sua altezza. La grossezza del muro sarà la 7. parte del diametro. La latitudine delle capelle, piedi 12 per ogni lato, oltra gli nicchi, ne i quali sono li altari, le 4. capelle piccole, saranno in latitudine piedi 9. le capelle quadrate haueranno la luce loro dalli lati, ma quanto a quella del Temqio, si farà nelle summità della testudine vn apertura, lo diametro della quale si farà della 5. parte di quello del Tempio, facendoli dipoi sopra vna lanterna, & come hò detto de gli altri. Sempre sarò di parere ch'ogni edificio sia leuato da terra, cioè il suo pauimento, fin a qualche gradi, che quanto sarà piu leuato, tanto sarà meglio, ma bisogna che li gradi siano dispari, acciochè gli supplicanti cominciando a salire col piede destro, essi ancora col piede destro si ritrouino al piano del Tempio. Questo vuole Vitruuio nel suo Terzo libro, doue parla di Tempij sacri. Hora se'l paese sarà priuo d'acque, & humiditati, sotto questo Tēpio si potrà fare alcuni oratorij, ma che sia espressamente sotto grā pena probibito al sesso muliebre a non entrarui dentro, perche io sò quel che mi dico, ma siano questi luoghi riseruati a' sacerdoti, o persone diuote, già attempate. E perche gli angoli inuitano sempre a molte immonditie: io lodo se riquadri questo Tempio da vn muro di tanta altezza quanto saranno li gradi, acciochè facilmente non vi si possi entrare, & questi luoghi seruiranno per cimiterio.

Rotundi templi structuram, sacellorum insuper incomitatu insignitam atque distinctam, hactenus explicuimus, modò templum aliud sphæricæ item figuræ formandum aggrediemur, cuius quatuor sacella, eis nempe vestibulo sacelli vnius rationem obtinente, extra rotunditatis ipsius ambitum proferentur. Inter delubra autem hæc quatuor, quatuor scaphæ seu conchæ mediæ constituentur, quæ sacellorum usum atque opportunitatem haud contemnendam certè exhibebunt, adeò vt septem aræ excitari perquàm commodè poterunt. Templi huiusce diameter in pedes xlviij vtique excurrit, necnon altitudini tantundem pariter tribuetur: Parietis crassitudo septimam sibi diametri partem uendicabit. Maiora quidem delubra, scaphis, in quibus aræ extruuntur, exceptis, pedum duodenum latitudinem vndequaque obtinebunt; Minora autem sacella pedum nouem latitudinem sortientur. Quadrata quidem delubra à lateribus lucis usum ac beneficium acquirent: At medius templi ipsius ambitus à summæ testudinis apertione sydereum lumen accipiet atque combibet; cuius quidem apertionis diameter quintam dimetientis templi totius portionem absoluet, tholo, quem nostrates laternam appellant, prout in proxima templi alterius constitutione habitum fuit, adiecto superadditoque, Ei autem sententiæ perpetuò adhæbimus, vt sacrarum ædium pauimenta, gradibus aliquot interiectis, in altum excitanda attollendaque existimemus; quò enim pauimentum è tellure ad altiora conscendet, eò melius utique respondebit. Id tamen ædificantes inprimis curabunt, ut gradationes impari numero semper constituantur; ut supplicaturi videlicet, cùm à dextro pede ascensionis exordia sumpserint, dextro item crure in templi ipsius planicie demum consistant. Et hoc nempe Vitruuius libro tertio de sacris ædibus sermonem instituens, clarè admodum protulisse videtur. Verum enimuerò si regio sicca, minimeque vda extiterit, ima quædam conclauia, quæ oratoria vulgò nuncupantur, sub templi ipsius solo abditè construentur; mulieribus, ne subterranea hæc clandestinaque loca ingrediantur, graui pena imposita, multaque irrogata: nec enim hæc temerè aut inconsultò à nobis effutiuntur. At eiusmodi cuniculi sacerdotibus natuq; grandioribus viris, qui Deum acriter meditantur & summopere colunt, dumtaxat patebunt, eorū aditu cæteris vetito atque secluso. Quoniam autem ædificiorum anguli ad obscœnos illiberalesque actus homines allicere solent, vt tēplum hoc quadrato pariete ad graduum altitudinem pertingente circundetur, & vndiq. concludatur, nobis quammaximè probaretur: ne scilicet tam facilè expediteq. ad eum omnes admitterentur. Vacua autem huiuscemodi loca bustuarijs seu sepulchretis quæ Cimiteria vulgò dicuntur, perquàm commodè inseruient.



La parte di fuori, & anco di dentro del Tempio rotondo qui adietro dimostrata in pianta, si vede qui dauanti, di fuori, & di dentro, per esser così rotto aposta. L'altezza di questo dal pauimento fin sotto la volta, sarà quanto la sua larghezza, cioè piedi 48. la metà si darà alla volta, che sarà di mezzo circolo, ne la summità della quale si farà vn'apertura per dar luce all'edificio, il diametro di quella sia fatto la 5. parte del suo diametro. Et sopra essa apertura, si faccia vna lanterna serrata di vetri, coperta di piombo, o altra materia, come qui a lato si dimostra. Sotto il nascimento della volta, sarà la cornice formata a punto, come è l'imposta degli archi Ionici del theatro di Marcello, la quale si troua nel mio Quarto libro, all'ordine Ionico. L'altezza di questa cornice, sarà due piedi, e mezo, e girarà intorno al Tempio, ma doue saranno gli pilastri di basso rilieuo, si farà risaltare dal plintho in giù, e seruirà per capitelli, ma lo plintho, & il cimatio vogliono correre senza risalto, quantunque io per inaduertenza l'habbia fatto risaltare con tutti li membri. La latitudine de i pilastri si farà di tre piedi, e mezo. La latitudine de le capelle maggiori, sarà di piedi 12. e l'altitudine piedi 21. e sarà (come ho detto) di quadratura perfetta, senza li nicchi doue sono gli altari. I lumi di esse capelle sono dalli lati, come si vede nella parte di dentro, & in quella di fuori, le 4. piccole capelle saranno in latitudine piedi 9. & in altitudine piedi 13. e mezo, e saranno di mezo circolo. Sopra le 3 capelle, e l'entrata, che son 4. sarà vn terrazzo alquanto pendente, sopra'l qual si potrà montare per vna piccola limaca praticata nella grossezza del muro, & sopra le cornici si potran fare gli parapetti di verghe di ferro, ouero a balausti. La copertura del Tempio si farà di quella materia, la quale sarà più commoda nel paese, ma di piombo sarà sempre migliore, & doue la scrittura mancasse, gli piccoli piedi che sono nella pianta del Tempio, suppliranno a tal diffetto.

Interiori, exteriorique sphærici templi Ichnographia hactenus demonstrata, tam intimam quàm extimam templi eiusdem, quod consultò ita, prout vides, disiunximus ac separauimus, Orthographiam modò tibi conspiciendam proponimus. A pauimento quidem ad summæ vsque testudinis ambitum altitudo, imæ templi ipsius latitudini æqualis omnino constituetur, in pedes enim xlviij excitabitur atque attolletur; parteque dimidia testudinis hemicyclo attributa, in eius vertice ad ædificium illuminãdum apertio quædam effodietur, cuius diameter quintam diametri templi ipsius portionem explebit. Supra apertionem autem tholum, quem nos laternam appellare consueuimus, vitreis specularibus clausum & vndique septũ, necnon plumbo, siue alia quacumque materia, prout ex designatione perspicitur, munitum atque contectum collocabimus. Sub exoriente testudine coronix ad incumbæ Ionicorum arcuum in Marcelli theatro extantis, quam quarto volumine in Ionico ordine à nouis descriptam comperies, exactam similitudinem formabitur atque effingetur. Coronix hæc bipedalem ac semis altitudinem obtinens, templum circumcirca tamquam fascia quædam constringet & complectetur. Verùm ubi pilæ modice prominentes, & humilibus expressionibus statuentur; coronix a corona ad inferiora resiliens, capitulorum vsum opportunè admodum exhibebit; at corona Simaq. nequaquàm certè resilient, sed eadem perpetuaque ratione semper progredientur, etsi nos ea cum membris omnibus resilientia imprudenter hic designauimus. Pilæ singulæ tripedalem semisque latitudinem sortientur. Maiora quidem delubra pedum duodenum latitudine, pedumque unius & viginti altitudine finientur, quadratisque, vt dictum fuit, superficiebus concludentur; scaphis tamen, vbi aræ consistunt, prætermissis atque seclusis: ipsaq. a lateribus, quemadmodum tum ex interiori, tum etiam ex exteriori Orthographia quiuis perspicere valet, Solares radios utique excipient. Quatuor deinceps minora sacella pedum nouem latitudine, pedumq; tredecim ac semis altitudine terminabuntur, singulaq; hemicycli sinu ambituq; circunscribentur. Ternis delubris, & vestibulo insuper quarti delubri rationem obtinẽti, ruderatum quoddam statuminatumq. prona aliquantulum decliuitate pauimentum superstruetur, quò per breuiorem cochlidem in parietis ipsius crassitudine residentem ascendentes demum peruenient. Supra coronices deinde plutei è ferreis virgis, aut latioribus columellis cõstituentur. Summum deniq. templũ materia, quæ regioni cõmodior & familiarior extiterit, extrinsecus adhibita contegetur: plumbea tamen structura reliquis tegumentorum speciebus longè præstabit. Quòd si non omnes sigillatim commensus oratione persecuti complexique fuerimus: exigui pedum moduli, quos in templi vestigio descriptos intueris, orationis defectui mox opitulabuntur atque succurrent.




Appreßo la rotondità perfetta, le forme ouali sono più vicine a quelle, & però m'è parso di formar vn Tempio sopra tale figura, la latitudine del quale sarà piedi 49. & la longitudine piedi 66. La großezza de i mnri si farà de piedi 8. dentro de' quali saranno le capelle, benche non molto spatiose, ma seruiranno aßai, per non esser serrate. L'apertura delle due capelle maggiori, piedi 20. e mezo, entro delle quali dalli suoi lati, vanno due nicchi, che saran larghi piedi 4 Questa apertura è diuisa da due colonne tonde, & due meze sono da le bande, la grossezza de le quali sarà vn piede, e mezo. L'intercolunnio di mezo, si farà de piedi 7. e mezo. Quei dalli lati sian piedi 4. & vn quarto. Queste capelle haueranno tre finestre per ciascuna, quella di mezo sarà larga 6 piedi, quelle dalli lati, piedi 3 La capella in fronte a l'altare, sarà in latitudine piedi 10. & entra nel muro, piedi 6. hauendo gli nicchi come le maggiori, & vna finestra sopra l'altare larga piedi 7. Le quattro capelle fra queste, saranno di mezo circolo, larghe piedi 10. con li medesimi nicchi, & vna finestra sopra l'altare, larga piedi 4. essendo queste capelle tutte illuminate da se questa luce potrebbe bastare a dar lume al Tempio, nondimeno acciò che'l sia ben chiaro, se li faranno dell'altre finestre sopra le capelle, & questo Tempio sarà leuato da terra 5. gradi almeno, & essendo più leuato, hauerà più bello aspetto. La latitudine della porta sarà 6. piedi, & sara ornata da quattro colonne piane, di opera Corinthia, & all entrata di essa saranno due nicchi, come nell'altre capelle, & secondo quel che si vede nella pianta quì di sotto.

Rotunditatis præstantiæ ac perfectioni figura in oui morem acuminata atque compressa deinceps succedit; quapropter ouatũ quoque templum nunc construere & in medium proponere libet, cuius in pedes xlvj latitudo, & in pedes lxvj longitudo utique excurret. Parietum crassitudo octopedalis constituetur, intra quos nonnulla ingredientur sacella: quæ etsi haud latius expatiantur, cùm tamen nullis arctentur siue coangustentur clausuris, usui satis superque fore videbuntur. Bina maiora delubra, pedum xx semisque apertionem sigillatim explebunt: Scaphæque bine, qua rum singulæ quadrupedales erunt, vtrobique ad latera in interiori parte apponentur. Ambarum autem apertionum vnaquæque duabus rotundioribus columnis, quarum crassitudo sesquipedalis existit, media abscinditur atque secatur duæque vtrobique in lateribus semicolumnæ consurgent, Medianum quidem intercolumnium in pedes septenos, dimidium que præterea extēditur: Quæ verò in lateribus utrinque extant intercolumnia quadrupedalia, quadrante insuper addito, existent. Horum autem delubrorum utrunque trium fenestrarum apertionibus exhilarabitur atque nitescet, quarum media sexpedalis, & laterariæ tripedales vtiq; erunt, Delubrum in fronte ad aram primariam constitutum decempedalem latitudinem obtinet, & pedes senos intra parietem ipsum ingreditur: scaphis eademmet ratione, prout in maioribus delubris visum iam fuit, dispositis & collocatis, fenestraque super aram septẽpedalem latitudinem sortiente. Quaterna sacella deinceps, quæ tribus iamiam commemoratis expositisque delubris media interiacẽt, in hemicycli formam ac ambitum circuncurrunt: singulaque decempedalem latitudinem obtinentia, easdemmet scapharum, ut in superioribus, distributiones persequuntur; singulaque aræ superincumbentem fenestram quadrupedali latitudine sortientur. Quanuis autẽ omnibus delubris & sacellis proprio lumine exuberantibus ac refulgentibus, medium quoque templum satis superque lucis habiturum uideretur: ut tamen splendidissimum illud & quammaximè luminosum reddatur, aliæ adhuc fenestrarum apertiones sacellis superiores perfodientur, templique ipsius pauimentum quinque saltem gradibus à terra in sublime educetur. Quòd si altius adhuc insurget, iucundiorem nimirum & formosiorem præseferet aspectum. Ianua demùm sex pedum latitudine finietur, & pilis quaternis Corinthio opere perfectis elaboratisque instructa apparebit; moxque in eius ingressu adituque binæ scaphæ, quemadmodum in saccellis, & prout ex subiecta constat Ichnographia, vtrobique in lateribus resident ac collocantur.




La figura quì sotto dimostrata, rappresenta la parte interiore del tempio ouale, la pianta del qual è quì ad[i]etro. L'altezza di questo dal pauimento fin sotto la volta si farà de piedi xlvi. che tanto è la sua latitudine, & così del pauimento a la summità della cornice sarà piedi xxiii. i quali saranno diuisi in cinque parti eguali, & vna di esse si darà alla cornice, fregio, & architraue, poi le quattro restanti saranno per l'altezza delle colonne piane che diuidono le capelle. Le particolar misure si trouerãno nel mio quarto Libro all'ordine Corinthio, per esser questo Tempio tutto d'opera Corinthia. Quanto alle capelle maggiori, l'apertura loro sarà così diuisa. L'intercolunnio di mezo sarà piedi vii. e mezo, quel dalli lati piedi iv. & vn quarto. La grossezza delle colonne tonde sia vn piede e mezo, & le meze colonne saranno per la metà, che sarà in tutto piedi xx. e mezo. E benche nella pianta io non habbia dimostrato queste meze colonne tonde, questo è stato per inauertenza. L'altezza di queste colonne sarà piedi xij. l'altezza dell'architraue si farà d'vn piede, & questo sostegnerà l'arco, la summità del quale sarà fin sotto l'architraue che cinge intorno il tempio, & dal sopradetto ordine Corinthio, se prenderà la forma con le misure di queste colonne tonde. La porta, come hò detto di sopra, sarà ornata di quattro colonne piane, della medesima forma e grandezza che sono quelle di dentro, sopra le quali si metterà la medema cornice. La forma della porta sarà vn arca sopra li due pilastri piani a canto le colonne piane. Il cielo di questo tempio si potrà ben ornare come si dimostra, anco più riccamente, facendo le finestre sopra le cornici nel modo dimostrato, & con quelli ornamenti che al giudicioso Architetto pareranno conuceuoli, coprendo esso Tempio di piombo, la qual copertura tornarà meglio che d'altra materia, per coprir bene le finestre che in detta copertura vengono a finire.

Subscripta figura interiorem ouati Templi Orthographiam proponit, cuius Ichnographiam iam antea demonstrauimus. Eius quidẽ à pauimento ad testudinem vsque altitudo in pedes xlvi. attolitur, tantundem enim latitudini quoque modò assignauimus. A pauimento autem ad summam coronicem pedes xxiij. intercedunt: quibus in quina æqua segmenta distributis, eorum vnum coronici, zophoro, epistylioque coniunctim reddetur, & quatuor reliqua pilarum sacella distinguentium altitudines metientur. Proprij deinde commensus quarto volumine in Corinthii ordinis pertractatione sigillatim à nobis descripti comperientur: huiusce enim templi structura è Corinthio genere tota deducitur. Maiorum delubrorum spatia hac vtique distribuentur ratione. Mediana intercolumnia pedibus septenis, dimidioque præterea constabunt; quæ verò in lateribus statuuntur, quadrupedalia, quarta parte insuper addita, existent: Rotunde columnæ sesquipedalem, semicolumnæque dimidiam crassitudinem obtinebunt; adeò vt singulæ integræque delubrorum apertiones ex vicenis pedibus, dimidioque præterea constituentur. In superiori autem Ichnographia semicolumnarũ designationes imprudenter quippe à nobis prætermissæ fuerunt. Eiusmodi verò columnæ duodenum pedum sibi altitudinem vendicabunt. Epistylij altitudo pedalis erit, ipsique arcus desuper innitetur, cuius vertex ad imam vsque epistylij templum circumambientis complectentisque partem educetur: rotundarumque eiusmodi columnarum formæ modulique ex eodem, quem modò adduximus, Corinthio ordine deducentur. Ianua, quemadmodum suprà etiam diximus, quatuor planis columnis forma magnitudineque interioribus columnis omnino persimili exornabitur atque instruetur; quibus coronix eadem superincumbet: Ianuæque forma in arcum pilis duabus planis iuxta planas ipsas columnas innitentem aptabitur & componetur. Templi huiusce cælum elegantiùs adhuc, quàm hic designauimus, exornari expolirique poterit; fenestris, prout ostensum iam fuit, supra coronices extructis; ijsq; ornamentis, quæ Architecto magis congruere videbuntur, excogitatis atque repertis. Quinetiam ex plumbo magis quàm ex alia quacunq; materia summum ipsum templum tegendum atque cooperiendum existimamus; vt superiorum videlicet fenestrarum, quæ eò pertingunt, inuolucra ac tegumenta firmiora validioraque existant.




La forma Penthagona, cioè de cinque lati, è molto difficile a farne coſa corriſpondente, percioche ſe in vno de i lati ſi farà porta, a l'incontro di quello vi ſi trouarà vn'angolo, coſa che non è comportabile ne la buona Architettura, Nondimeno per volermi ſeruire di queſta forma, hò voluto che la parte di fuori ſia di 5. lati, & quella di dentro di 10. Laqual coſa torna aſſai bene, perche nel lato che ſcontra la porta viene vna de le capelle maggiori. Il diametro di queſto Tempio ſarà piedi. 62. la lorghezza de le capelle maggiori ſarà piedi. 15. per ogni lato, ſenza li tre nicchi, la latitudine de' quali ſarà piedi 10. Le capelle minori ſi faranno de la medema larghezza, & entraranno ne la groſſezza del muro piedi 4. di diritto, & oltra ſi farà vn mezo circolo, la latitudine delquale ſi farà piedi 13. Le capelle maggiori haueranno due fineſtre, & le minori vna. La latitudine de la porta ſarà piedi 7. e mezo. Fuori d'eſſa ſarà vn portico, la ſua latitudine ſi farà piedi 10. & in longitudine piedi 24 Queſto hauerà quattro pilaſtri, la großezza de' quali ſarà piedi 2. l'intercolunnio di mezo ſi farà piedi 10. quei da li lati piedi. 4. li fianchi d'eßo portico ſaranno a balauſti per appogiarſi. A li lati de la porta ſaranno due limache per montar ſopra queſto portico, & anche per gire intorno al tempio. Nel mezo de la ſummità de la volta ſarà vna lanterna, & il ſuo diametro dentro ſarà piedi 12. queſta ſarà di 10. lati, & la parte di fuori di 5. come il tempio, lo piano del quale ſarà leuato da terra 9. gradi, & di ſotto (ſe'l non ſarà paludoſo ne humido) ſe potrà far vn oratorio. L'edificio ne ſarà più ſano. Et perche (come hò detto de gli altri) queſto non hà campanile, ſacriſtie, ne loggiamento alcuno, ſe potria, quanto al campanile, accõmodar due campane ſopra la porta, con qualche ornamento, ouera mente fuori del tempio con bello accompagnamento accommodaruì tutte le coſe predette.

Pentagona figura, ex quinque nempe lateribus conſtituta, in ædiũ ſtructuris difficiliorem nimirum nec concinnam admodum præſtat ſymmetriam; in quouis enim laterum ianua collocabitur ac ſtatuetur, angulus ipſi è regione mox reſpõdebit ac opponetur, quod quidem peritiores Architecti nullo pacto quippe ferendum admittendumve cenſent. Nos tamen figuram hanc ad vſum deducere cupientes, partem exteriorem quinque, interiorem autem decem lateribus determinauimus ac circunſcripſimus: cuiuſmodi nempe diſpoſitionem haud inuenuſtam omnino incommodamve cenſemus. In angulo enim, qui ianuæ ex aduerſo reſpondet, delubrorum maiorum vnũ ſatis appoſitè quidem reſidebit. Templi diameter in pedes lxij utiq; producetur. Maiora delubra, ternis ſcaphis tamen exceptis, in pedũ xv latitudinem quoquouerſus excurrent: ſcaphæq. ſingulæ decempedalem latitudinem obtinebunt. Sacellis minoribus item eademmet accommodabitur latitudo: quæ quidem intra parietis craſſitudinem pedes quaternos porrecta primum ingredientur, deinde hemicycli pedum xiij latitudine complexu continebuntur. Sacellis maioribus duæ, minoribus autem vna tantummodo, feneſtrarum apertiones ſigillatim aſſignabuntur. Ianuæ latitudo ſeptempedalis ſemipedaliſq; exiſtet. Extra ianuam porticus decempedali latitudine, & pedum xxiv longitudine ſtatuetur. Porticus hæc pilis quaternis bipedali craſſitudine fulcietur. Medianum intercolumnium decempedali, extrema verò quadrupedali latitudine finientur. Ad ambo autẽ porticus ipſius latera, propter incumbentium commoditatem, latiorum depreſſiorumq. columnarum perpetua quædam ſeries inſtruetur. Ad ianuam poſtmodum hinc & illinc duæ cochlides tum ad porticum conſcendendam, tum etiam ad templum circumcirca perluſtrandum peragrandumq. excitabuntur. In media autem ſummi tẽpli teſtudine tholus ſeu ſpecula, quam nos laternam appellamus, reſidebit; cuius interior diameter in pedes duodenos utique excurret: parſq; interior decem, exterior autem quinque, ad templi ſimilitudinem, lateribus continebitur atq; circunſcribetur. Templi ſolum ſiue planicies à terra, nouem gradibus interiectis, ſuperiora capeſſet. Et ni paluſtris fortaſſe humiduſve locus prohibuerit, ſubterraneum conclaue, quod Oratorium vulgò nuncupatur, conſtituetur: ipſaq; ſtructura longè ſalubrior utiq; exiſtet. At quoniam templum hoc quoque, ſicut cætera ſuperius adducta, ſacrario, ſacerdotalique hoſpitio, ſonoraq. turre deſtitutum conſpicitur: duo ærea ac perſonantia tympana, nonnullis ornamentis adiectis, ſupra templi ipſius oſtium ritè collocare licebit; aut extra templi eiuſdem ambitum, ſymmetrijs perquàm diligenter animaduerſis obſeruatiſque, eiuſmodi cuncta perbellè tandem inſtrui accommodarique poterunt,



De la passata pianta del Tempio Penthagono questa figura qui auanti rappresenta le parti di fuori, & anco quelle di dentro: Tutta la massa integra viene ad esser la parte di fuori: & è da notare che l'altezza di questo si è quanto la sua larghezza, e cosi la lanterna sopra esso tant'alta quanto larga fin'a le cornici: e sopra quelle la sua copertura di mezo circolo: e cosi dal pauimento fin'a la summità de la cornice, se sarà piedi. 31. che sarà la metà de l'altezza del tempio. Questa cornice, per non hauer altra compagnia di fregio ne d'architraue, si farà di piedi. 2. con mezo: e sia cosi diuisa: Tutta l'altezza si farà di 7. parti, d'vna de lequali si faccia il tondino col suo quadretto: due parti si daranno al fregio, due per il vouolo con li suoi quadretti: e due si constituiranno per lo plintho col suo cimatio, e cosi questa cornice farà l'vfficio d'architraue, fregio, e cornice. La forma e le misure sue si troueranno ne l'ordine Ionico al Quarto mio libro, a l'imposta de gli archi secondi del theatro di Marcello, & è segnata T. Questa cornice seruirà cosi di dentro, come di fuori. Le colonne del portico son quadre: l'altezza sua sarà piedi 14. con le base e capitelli: la sua grossezza sia, 2. piedi e mezo. & il suo architraue per la metà de la colonna: sopra dalqual posarà l'arco, sopra'l quale si farà vna cornice con li medemi membri de l'altra, ma la 4. parte minore: e seruirà per capitelli a li pilastretti sotto essa: li capitelli de le colonne del portico saranno Dorici, e cosi le sue basi. Sopra la cornice si farà vn parapetto, a balausti ouer verghe di ferro: & al piano d'essa cornice sarà vn terrazzo alquanto pendente; è questo quanto a la parte di fuori Circa la parte di dentro, quella parte doue è la croce, dinota vna de le capelle maggiori, l'altezza de lequali e piedi 25. e quella segnata L, rappresenta vna de le capelle minori: lequali sono de la medema altezza. Li pilastri piani quali diuidono le capelle, saran tre piedi per larghezza, l'altezza loro sarà piedi. 19. & vi si farà vna cornice che correrà intorno al tempio, e seruirà per capitelli a detti pilastri la sua forma si farà com'è il capitel Dorico, ma variato in qualche membri da li altri.

Præsens ædis Pentagonæ, cuius Ichnographiam iam antea præmisimus, designatio tum exteriorem tum interiorem quoque Orthographiam proponit: Tota autem integra perpetuaq; structura exteriorem templi faciem ostendit. Idq; inprimis attendito, quòd sacræ ædis huiusce altitudo eiusdem latitudinem æquat; superiorque tholus, quem recentiores laternam appellant, tantum altitudinis, quanta ad coronices vsq; eius extenditur latitudo, obtinebit; supraq; coronices tectum in hemisphærij formam rotundabitur atq. circunducetur: itaq. à pauimento ad summam vsq, coronicem pedes xxxj dimidia uidelicet templi ipsius altitudo, intercedent. Coronix autē, propterea quòd nuda absq. zophori epistylijq. adiectione statuitur, bipedalis ac semis conficietur, eamque distributionis rationem habebit; vt altitudine in septem portiones distincta; earum una astragalo & regulæ simul applicetur, duæ hypotrachelij locum & ordinē obtinebunt, duæ item Echino & annulis pariter tribuentur, dueq. nouissimæ plintho & cymatio tādem reseruabuntur: itaq. coronix hæc epistylij, zophori, coronicisq. simul vsum explebit. Forma autem proprijq; commensus quarto uolumine in Ionico ordine, ubi incumbarum, quæ in secundis Theatri Marcelli fornicibus conspiciuntur, exēplar, T litera apposita, designauimus, sigillatim descripti comperiētur. Eademq. coronix ædificio tam interiori quàm exteriori utique inseruiet. Columnæ porticum fulcientes, quadratæ quoquouersus existent: eædemq., basibus capitulisq. simul adiunctis, ad pedū xiv altitudinem erigentur. Earum crassitudo bipedalis ac semis conficietur, epistyliumq. dimidiæ columnæ crassitudinem adæquabit. Epistylio arcus desuper innitetur, cui coronix membris ijsdem, quæ alteri coronici inesse à nobis iamiam demonstrata fuerunt, distincta, quarta parte tamen humilior superaddetur; eaq. minoribus, quæ sub ipsa resident, pilis capitulorum usum ministeriumq. exhibebit. Columnarum, quibus porticum instructam conspicimus, capitula, basesq. similiter è Dorico ordine deducentur. Supra coronicem podiū uel ex ferreis uirgis, uel ex lapideis columellis excitabitur atque instruetur: coronicisq. eiusdem planiciei æquatum complanatumque solum, necnon decliue aliquantulum superinducetur. Et tot quidem de exteriori parte dixisse sufficiat. Quod uerò ad templi ipsius spectat interiora, spatium illud crucis signo conspicuū, maiorum quippe delubrorum, quæ quidem singula ad pedum xxv altitudinem efferuntur, imaginem nobis ostendit. Spatium autem L consonante inscriptum, minorum sacellorū, quæ ad eandem prorsus altitudinem excitantur, exemplar nobis demonstrat. Pilæ quadratæ sacella distinguentes, tripedali latitudine, & pedum 19 altitudine finiētur: coronixq. templum obambiens atq. circundans, quæ eiusmodi pilis capitulorum vsum munusque præstabit, in sūma parte cōstituetur. Coronicis autem huiusce forma Dorici capituli speciem, membris quadam ex parte tātummodo variatis permutatisq;, imitabitur referetq



p.25.


La forma besagona, cioè di sei faccie, è assai perfetta: percioche la metà del suo diametro è vna di esse faccie: & di qui è venuto che l compasso in molti luoghi d Italia si adimanda Sesto, ilquale hauendo fatto vn circolo, senza allargarlo ne stringerlo, viene ad essere la sesta parte d'essa rotondatione. La pianta adunque del seguente Tempio, sarà di sei faccie o lati se cosi li vogliamo dire, e lo suo diametro per lo meno piedi xxv. la grossezza del muro sia de pie. di. v. la latitudine de le capelle si farà di piedi. x. & entraranno nel muro piedi 4. La latitudine de i nicchi sia di piedi. 2 La porta del Tempio sarà larga piedi. v. & sara ornata di colonne doppie con le sue contra colonne, la grossezza de lequali sarà vn piede & vn quarto, a la qual porta si montarà per tre gradi, & ancor più, se lo sito il comporta. Ciascuna capella hauerà vna finestra de piedi. 4. & mezo larga, & però non si fara Lanterna a questo Tempio, per esser le capelle cosi luminose. A gli angoli di fuori si farà vn pilastro piano la latitudine de quale sarà due piedi & vn quarto. E benche l diametro di questo Tempio sia piedi. xxv. si potrà però accrescerlo in proportione quanto se vorrà: immo dupplicarlo, che sempre tornarà bene: & se in tale accrescimento le colonne tornassero troppo grosse & che non vi fusse materia di tal grossezza, si potrà far elettione de colonne Corinthie, o Ionice oueramente star nel Dorico, mettendo sotto esse colonne li piedestali, & farle più sottile. La misura del quale, & altri membri, si trouarà nel mio quarto Libro a li suoi luoghi & ordini, doue sono scritte, & dissegnate diffusamente tutte le misure. De campanilli, sacristie, & altri alloggiamenti si potra fare come hò detto de gli altri.

Hexagona figura, sex nempe lateribus circumscripta, satis quidē perfectionis est assecuta: semidiameter namque singulis hexagoni lateribus par & æqualis conspicitur. Et hinc nimirum Italiæ locis compluribus circinum Sextæ appellationem obtinuisse arbitramur; circulo namque descripto, circinoque neque compresso neque diducto, circini ipsius intercapedo sextam rotundationis portionem absoluit. Templi igitur huiusce Ichnographia sex lateribus aut faciebus, quocunque nomine ea duxeris appellanda, continebitur atq; comprehendetur; eiusq; diameter in pedes xxv saltem excurret. Parietis crassitudo quinquepedalis existet, ipsaq. sacella decempedali latitudine finientur, & pedes quaternos intra parietem ingredientur penetrabuntq.; Scapharum seu Concharum latitudo bipedalis statuetur: Templi ipsius ostium quinquepedalem latitudinem obtinebit, duplicibusq. columnis, columnis alijs sibi ex aduerso respondentibus, exornabitur atq; instruetur; singularum crassitudine pedali, quarta parte superadiecta, existente. Ad ostium autem conscendendum tres aut plures etiam, situ ita exigente efflagitanteque, gradationes præmittentur. Delubra singula quadrupedales, dimidiasque insuper fenestrarum sibi vendicabunt apertiones: Quapropter sacellis nitidum copiosumq. lumen in templum ipsum transfundentibus, à tholo in media testudine erigendo imponendoque abstinere poterimus. In exterioribus angulis deinde pilæ quædam planæ erigentur, quæ bipedalem & quadrantalem insuper latitudinem nanciscentur. Quamuis autem templi huiusce diametro pedes xxv tantummodo assignati fuerunt, quacunque tamen proportionis specie templi area augeri amplificariq; poterit: Quinetiam si dupla adhuc eius constitueretur latitudo, elegantem nec improbandam symmetriam utique retineret. Quòd si in eiusmodi accretione columnæ forsitan crassiores euaderent, nec materia tali crassitudini idonea nobis fortè suppeteret, Corinthiæ tunc Ionicæue columnæ deligendæ uidebuntur: aut stylobatis subiectis suppositisq., & columnarum scapis ad maiorem nimirum gracilitatem atque tenuitatem redactis, in Dorico adhuc ordine perseuerabimus ac persistemus: cuius quidem propria membra proprijque commensus è quarto libro, ubi singulorum ordinum modulos copiosè, ni fallor, tum oratione tum designationibus complexi persecutique sumus, facillimè deducentur. In sacrarijs demum, sacerdotumque diuersorijs, & personantibus turribus disponendis collocandisque præceptiones, quas superius tradidimus, obseruato.




Ne la passata carta hò dimostrato la pianta del Tempio hessagono, e qua dauanti si vede la parte de fuori, & anche sopra esso vna de le parti di dentro: percioche tutte le capelle sono conforme, come ancora l'entrata de la porta. Ma parlando de la parte de fuori, dico che dal piano fin sopra la cornice vi sono piedi xviij. l'altezza d'essa cornice si farà d'vn piede, e mezo: ma li suoi membri sarãno compartiti come lo capitello Dorico, percioche correndo tutta la cornice intorno al Tempio, & risaltando sopra li pilastri piani, verrà a seruire per capitello, pur che'l plintho & il cimatio con ino continuando, come si vede nel dissegno. La latitudine de i pilastri angolari sarà 2 piedi, e mezo. La parte dauanti sarà ornata de colonne tonde, con le sue contracolonne. L'intercolunnio di mezo si farà de piedi. vij. e mezo. La grossezza de le colonne vn piede & vn quarto. Fra l'vna e l'altra colonna sarà per meza colonna. L'altezza d'esse colonne sarà piedi viij. e tre quarti, facendo li capitelli Dorici, e le basi Thoscane, lequal base seruiranno a li pilastri de fuori, e i cingeranno intorno: l'altezza de l'architraue sarà d'vn piede, sopra del qual si metterà l'arco, ornando poi la porta, come dimostra lo dissegno, leuando questo tempio piedi v. da terra, coprendolo poi de piombo, o d'altra materia commoda nel paese: e questo è quanto a la parte de fuori. Circa a la parte di dentro, vna capella serue per tutte; la forma de laqual si vede qua sopra'l tempio, e quella cornice di fuori serue ancora per dentro, perche gira intorno e risalta sopra li pilastri come l'altra; la latitudine de le capelle è piedi x. l'altitudine piedi xiij. e mezo, & entrano nel muro piedi. iiij. hauendo da li lati vno nicchio, & vi è vna finestra nel mezo, l'altezza de laqual è piedi. vij. e la larghezza piedi 4. E perche gli altri tempij quì adietro sono in altezza, quanto in larghezza, que. (per esser così piccolo) sarà più alto del suo diametro, cioè d'vn diametro, e mezo, che viene a essere piedi xxxvij. e mezo.

Hexagoni templi Ichnographia iam absoluta, modò tum exteriorem tum etiam quadam ex parte interiorem Orthographiã patefaciemus: singula namque delubratum inter sese, tum etiam ianuę ipsius aditui uestibuloque simillima quidem existunt. Exteriorem igitur Orthographiam aggredientes, à planicie ad coronicem vsque pedes xviij intercessuros affirmamus. Coronix deinde sesquipedalem altitudinem obtinebit, membraq. ipsius distributionem Dorico capitulo omnino persimilem sortientur. Cùm enim coronix complexu suo templum circumambiat atque circundet, necnon super quadratas pilas resilire videatur, capitulorum certè vicem munusq; hac ratione exhibebit: dummodo plinthus atque cymatium, quemadmodum ex præsenti habetur designatione, eodem perpetuoque ordine semper incedant. Angulares pilæ bipedali semiq. latitudine statuentur: Frons anterior rotundioribus columnis, quibus aliæ è regione oppositæ respondebunt columnæ, cohonestabitur atq. perficietur: Medianum intercolumnium pedibus septenis, semipedeq; insuper terminabitur: columnæ deinceps pedali, & quadrantali insuper crassitudine finientur: Binis columnis semicolumnæ spatium intercurret. In pedes autem octonos, trium quartarum adiectione, eædem erigentur columnæ: capitulaq. è Dorico, basesque è Tuscano ordine deducentur; cuiusmodi quidem bases pilis etiam extrinsecus appositis optimè inseruient, easq. circumcirca amplectentur. Epistylij altitudo pedalis constituetur, cui arcus mox desuper imponetur: Ianuaq; deinceps, quemadmodum ex ipsamet designatione perspicitur, multiplici varioq. ornatu adhibito cohonestabitur atq; splendescet. Templi pauimentum quinos è tellure in sublime excitabitur pedes; cælumq; ipsius plumbo, uel alia quacumque, cuius regio fæcunda copiosaq; extiterit, materia velabitur atq; obducetur. Et hæc de exteriori Orthographia satis superq; censentur. Quod autem spectat ad interiora, sacelli quippe unius exẽplum, cuius imaginem hic supra templi ipsius structuram expressimus atq. delineauimus, ad delubrorum omnium rationem patefaciendam suffecturũ arbitramur. Exterior verò coronix ad interiorem quoque partem penetrabit: nam & interiora quoque circumcirca, haud aliter quàm exteriora, perambulat; & supra pilas, quemadmodum de altera diximus, hæc quoque nonnihil resilire conspicitur. Singula autem delubra decempedalem latitudinem, & pedum xiij semis. altitudinem obtinebunt: & pedes quaternos intra parietis crassitudinem permeabunt, scaphis singulis ad singula latera appositis, & singulis fenestrarum apertionibus ad singula delubra illuminanda illustrandaq. in medio constitutis; quæ quidem septempedali altitudine, quadrupedalique latitudine sigillatim omnes terminabuntur. Quanuis autem superiora templa, quæ hactenus à nobis exposita designataque fuerunt, altitudinem latitudini parem semper habuisse comperiuntur: præsentis attamen templi structura cùm angustioribus finibus coerceatur, altitudinem diametro eius latitudinem metiente ampliorem aliquantulum iure mehercle obtinebit: ex pedibus enim xxxvij ac semi altitudo constabit, totumq; diametrum, & dimidiam insuper eius portionem explebit




La figura ottogona è molto commoda a gli edificij, massimamente ad vn tempio, e però la presente pianta sarà del tempio ottogono, così di dentro come di fuori. Lo diametro del quale si farà di piedi xxxxiij. dico ne la parte interiore La latitudine de le capelle sarà piedi x. vi saranno voltate ad archi, entrando ne la grossezza del muro piedi v. & quattro ne saranno di mezo circolo, a ciascuna di esse hauerà due nicchi, che saranno larghi piedi iiii. Le tre voltate ad archi, haueranno le finestre colonnate, e saranno tanto larghe quanto le capelle. Le quattro di mezo circolo haueranno le sue finestre quadre, de piedi quattro in larghezza. L'entrata de la porta sarà simile a la capella dell'incontro suo, e la porta sarà in larghezza piedi v. ornata di colonne piane, e così intorno al Tempio tanto di fuori come di dentro, vi saranno colonne piane. Ma perche in questo tempio non vi è capella principale, io intendo di far vn'altare nel mezo, coperto da vna tribuna sopra otto pilastri, la latitudine della quale si farà de piedi xij. E benche a questo tempio si monta con tre gradi, io laudaria però, che se ne montassero più, e se il loco il comportaße, cauar sotto, per farui medesimamente otto oratorij, l'entrata de' quali saria a canto della porta, doue sono li nicchi, & che ne la grossezza del muro si facessero due limache, le quali ancora montariano sopra il tempio così di fuori, come anche per la grossezza del muro: lo quale andito hauerà diuerse vscite sopra essa cornice, doue sarà de spacio piedi ii. con mezo Et bisognando fare questo tempio maggiore, si potrà proportionalmente accrescere quanto si vorrà, & ancora mantener lo muro de più grossezza, accioche le capelle venghino maggiori. De campanili, sacristie, & altri loggiamenti, si potrà fare come è detto de gli altri, che di belli suggetti & inuentioni non mancheranno ne gli altri miei libri, percioche ogni mediocre ingegno potrà sempre applicare vna cosa con l'altra.

Octogono figura ædificijs, & sacris ædibus præsertim per quàm commoda fore videtur: quapropter nos hac in parte octogoni templi tam interioris quàm exterioris Ichnographiam subijciemus. Interior quidem templi diameter in pedum xliij. longitudinem producetur. Sacella singula decempedali latitudine concludentur: quorum terna quinquepedalem parietis crassitudinem ingredientia ac permeantia, arcuatis quippe conuersionibus statuentur; quatuor autem reliqua hemicyclorum sinu ambituque continebuntur. Singulaque eiusmodi sacella scaphis duabus quadrupedali latitudine cohonestabuntur. Arcuata quidem teretes fenestras, & columnis vtrobique distinctas, latitudinemque sacellis ipsis æqualem gestantes habebunt: At mediana, in hemicycli videlicet ambitum atque rotunditatem composita, quadratas quadrupedali latitudine fenestrarum sortientur apertiones. Ianuæ vestibulum sacello, quod è regione opponitur, persimile existet: ipsaque ianua in quinquepedalem latitudinem extensa quadratis exornabitur ac instruetur columnis, necnon circa templum tam intrinsecus quàm extrinsecus quadratæ pariter adhibebuntur columnæ. Verùm quia in templi huiusce structura nullum adhuc primarium extat delubrum, idcirco mediam aram sphærica testudine octo pilis suffulta contectam hic extruere excitareque libet quæ pedum duodenum mox latitudine finietur Quamuis autem tres gradationes ad templum adeundum conscendenda hic tantummodo proponuntur, si plures tamen adhuc intercederent, nobis id magis vtique probaretur. Quinetiam, nisi loci situs atque positio repugnauerit, subterranea loca ad octo conclauia, quæ oratoria vulgò nuncupantur, constituenda effodientur: quorum aditus atque vestibula ad ianuæ ipsius latera sub ipsis scapharum sedibus ritè collocabuntur. Præterea intra parietis crassitudinem duæ cochlides, per quas ad templi tum interiora tum exteriora peragranda perlustrandaque ascendentes perducerentur, appositè admodum educi excitariq; possent: Quinetiam interiora abditaque eiusmodi itinera seu decursoria ad superiorem coronicem complures exitus nimirum præstabunt, ibiq; bipedale spatium ambulantibus semique patebit. Quòd si templum maiori adhuc capaciorique ambitu extruere voluerimus, membra omnia, symmetriarum perpetuò memores, quantumlibet amplificare adaugereque poterimus: necnon, vt sacellorum fines ac termini vlterius extendantur, parietes crassiores tunc formabimus atque effingemus. Sacraria demum, sacerdotumque ædes, personantesque turres ita, quemadmodum aliàs diximus, à nobis collocabuntur atque distribuentur. Et eiusmodi quidem rerum exempla formasque complures ex cæteris nostris voluminibus accipere tibi licebit: quæ à quolibet mediocris etiam ingenij viro & eleganter vnà permisceri, & multipliciter, prout occasio efflagitauerit, transponi permutarique potuerunt.




De la forma ottogona qui adietro dimostrata in pianta, la figura qui sotto rappresenta lo diritto fin ne la parte di fuori: e così dal pauimento a la summità de la cornice sarà piedi 21. e mezo: che viene ad essere la metà di tutta l'altezza di dentro. L'altezza de la cornice sia piedi 2. compartita come lo capitello Dorico, risaltando sopra li pilastri, come dimostra la figura: e così si farà vna base semplice, alta tre quarti d'vn piede. La latitudine de i pilastri angolari sarà di tre piedi, e quelli de mezzo due: la latitudine de la porta si farà de piedi 5. l'altezza sua piedi 9. e mezo: percioche tale altezza viene a liuello de le finestre. L'ornamento di questa porta si trouarà nel mio Quarto libro, a l'ordine Ionico: ma quel de le finestre si comprende assai bene. Quanto a la luce di questo Tempio, le finestre potrebbon seruire: nondimeno chi vorrà maggior luce, potrà fare vn'apertura ne la summità de la volta, coperta così piramidalmente de vetri, accioche le neui, e li ghiacci non vi si ritenghino. Questo tempio quanto sarà più leuato da terra, tanto sarà meglio, come hò detto de gli altri.

Octogoni templi, cuius Ichnographiam iam expediuimus, exteriorem modò Orthographiam persequemur. A pauimento igitur ad summam usque coronicem pedes xxj ac semis medij intercurrẽt, quod quidem spatium dimidiam altitudinis interioris totius partẽ explebit; Coronicis altitudo bipedalis statuetur, eademque distributionem capitulo Dorico persimilem obtinẽs supra pilas ipsas resiliet, quemadmodum ex subiecta constat designatione; nec dissimili quippe ratione basis simplex in tres pedis unius quartas elata constituetur. Pilæ angulares tripedalem, medianæ autem bipedalem latitudinem sortientur. Ianua quinquepedalem latitudinem, altitudinem verò pedum nouem ac semis habebit: talis namque altitudo ad fenestrarum libellam optimè respondebit. Ostij huiusce ornamenta quartò volumine in Ionici ordinis pertractatione sigillatim à nobis descripti comperientur: at proprij fenestrarum ornatus ex proposita satis superque patent designatione. Quod verò ad lucis spectat rationem, fenestrarum splendor tẽplum vniuersum illustrare perquàm commodè posset: siquis tamen maiorem adhuc luminis copiam & vbertatem requisierit, in summa testudine hiatum quendam specularibus uitreis in pyramidis formam, ut pruinæ gelicidiaque facilius delabantur, undique clausum atque contectum aperiet. Idque postremò repetendum succurrit, templum hoc, sicut de cæteris quoque sæpius iam admonuimus, quò è tellure in sublime magis excitabitur, eò maiorem venustatem, & elegantiorem symmetriam utique retenturum.




La parte interiore del Tẽpio ottogono è quì sotto dimostrata, la cornice & le colonne piane son come quelle di fuori, & la medesima altezza. Dalla cornice comincia la Tribuna, ò volta che si dica & è di mezo circolo: così lo tempio è di tanta altezza, quanto è il suo diametro. Le capelle sono in latitudine piedi 12. & in altezza piedi 18. le capelle maggiori hanno le finestre colonnate, e tonde: la grossezza loro sara tre quarti d'vn piede: a l'altezza piedi 6. e mezo, alto tanto sara l'architraue, sopra del quale si metteral'arco, & due meze colonne saranno da li lati: L intercolunnio di mezzo sara piedi 4. e mezo. Quei dalli lati saranno piedi 2. & vn quarto: le capelle di mezo circolo haueranno la medesima altezza, e tutti li nicchi saranno alti piedi 10 la Tribuna, la qual va nel mezo col suo altare è quì a canto dimostrata, e dal pauimento: la summità de la cornice, sara piedi 18. tre piedi sara essa cornice, col suo fregio & architraue il rimanente per li pilastri, dentro de quali se faranno gli archi sopra li mezi pilastri, & sia tutta l'opera Dorica, come si vede nel dissegno, lo qual dimostra la parte di dentro, & anco quella di fuori, come meglio dinota la pianta. Sopra la cornice si metterà la cupola di mezo circolo: & doue la scrittura mancasse de qualche misure, gli piedi piccoli quali sono in essa pianta potranno supplir a bastanza.


Octogoni templi interiorem Ortographiam modò aggredientes interiorem coronicem, planasque columnas interius collocatas exterioribus persimiles esse, & ad eandem altitudinem prorsus efferri pronunciamus. Coronici sphærica testudo, quam nostrates Tribunam appellant, deinceps succedit, & hemicycli ambitu continetur: quapropter templum altitudinem diametro eius latitudinem metienti æqualem omnino assequetur. Sacella pedum 12. latitudine, & pedũ 18 altitud ine terminantur. Maiora autem sacella columnatas atque rotundas fenestrarum apertiones habebunt, quarũ crassitudo tres pedis vnius quartas, altitud oque pedes senos semique præterea obtinebit. Epistyliũ ad eandem pariter altitudinem educetur, ipsiq; arcu superimposito, binæ semicolumnæ in lateribus statuentur. Medianum intercolumnium quadrupedale ac semi existet: angularia verò intercolumnia bidepalia, & quadrantalia insuper efficientur. Delubra in hemicycli ambitu expansa ac dilatata ad eandem, quam suprà diximus altitudinem erigentur: Scaphæque omnes pariter pedes denos in altum assurgent. Testudinis, quæ vnà cum altari in media æde constituitur, exemplum hic apposuimus. A pauimento autem ad summam vsque coronicem pedes xviij. intercedent, quorum ternis coronici vnà cum eius zophoro & epistylio ascriptis assignatisque, reliqui pedes deinde pilis ipsis distribuentur, inter quas arcus deinceps semipilis innitentes medij collocabuntur: Vniuersaque structura è Dorico genere deducetur, quemadmodum ex ipsamet designatione, quæ tũ interiora tum exteriora templi demonstrat, satis superque perspicitur, & ex superiori Ichnographia clarius adhuc intelligitur. Coronici demum sphærica testudo in hemicycli ambitum extensa super inducetur. Quòd nisi modulos omnes nostra perstrinxerit oratio, pedes illi exigui, quos in areæ descriptione superiori delineauimus atque depinximus, mox tibi cuncta suppeditabunt expediemque.



Perche nella forma ottogona passata non vi è capella alcuna di honesta grandezza: per essere quelle solamente nella grossezza del muro: hò voluto dissegnar qui vn'altra forma ottogona di dentro, ma di fuori quadrata, per trouar spacio de quattro gran capelle, alla proportione del Tempio: il diametro del quale sarà piedi lxv. La grossezza de i muri, piedi xvi. L'apertura de tutte le capelle eguale, cioè piedi xij. ciascuna: & haueranno nella prima entrata iij. piedi e mezo di muro, le capelle de gli angoli saranno de quadrato perfetto, di piedi xvi. hauendo a gli angoli suoi pilastri per torre sù la crociera. Ciascuna capella hauerà tre nicchi con tre altari. La latitudine de i nicchi sarà piedi xij. Le tre capelle minori saranno in larghezza piedi xi. e tre piedi con mezo entrarà vno nel muro. La longhezza loro sarà piedi xxij. senza gli nicchi: la latitudine de quali sarà piedi ix. Queste capelle haueranno vna finestra larga piedi vi. ma per le maggiori capelle ogni nicchio hauerà due finestre, eccetto li due nicchi dalle bande, che haueranno vna finestra morta: la latitudine di esse sarà piedi iij. e mezo. Vna delle minori capelle seruirà per vestibulo al tempio, cosa che torna molto bene. La faccia dauanti è ornata di colonne piane, oltre che nella parte di mezo vi è vn portico: le longitudine del quale fa piedi xvij. la sua latitudine piedi v. il netto, & oltra le quattro colonne tonde, vi sono le contracolonne. La grossezza delle colonne è vn piede con tre quarti, la latitudine della porta sarà piedi vi. alla quale se montarà per sei gradi: & ancora piu se'l luogo sara secco. E perche all'incontro della porta non vi è capella grande, si potra fare vna Tribuna col suo altare sotto, salendoui iij. gradi: lo diametro d'essa Tribuna sara piedi xx. La grossezza de i pilastri piedi iij. li mezi pilastri piedi vno; li pilastri angolari piani haueranno per larghezza piedi iii. Questo tempio non ha sacristia, campanile, ne anco loggiamento per i ministri, ma vi se ne potra fare come hò detto de gli altri.


Quoniam octogonum templum à nobis hactenus figuratum, nullum iusta magnitudine ampliorique ambitu delubrum, propterea quòd sacella intra parietis crassitudinem extruuntur, recipit admittitque: idcirco, vt ad quaterna maiora delubra, quæ ad mediæ tamen ædis proportionem ac symmetriam constituentur, aptum accommodatumque spatium nanciscamur, templi alterius formam speciemq; interius quidem octogonam, extrinsecus autem quadratam in mediũ hic afferimus. Templi diameter primùm pedibus lxv. constabit: parietum crassitudo deinceps pedum xvi. erit: Delubra singula pares, pedum videlicet duodenum, obtinebunt apertiones; primique eorũ aditus tripedalibus semique parietibus concludentur. Angularia sacella quadrata vtique existent, & pedibus xvj. vndequaque terminabuntur: pilæquè ad cameras superiores fulciendas sustinendasque in angulis statuentur. Delubris tres scaphæ, necnon tres aræ sigillatim assignabuntur: scaphæque singulæ pedum duodenum latitudinem expleunt. Terna sacella minora, pedes vndecim lata conficientur, pedesque ternos ac semis insuper intra parietes ingredientur penetrabuntque; Eadem autem, si scaphæ, quæ pedum nouem sibi vendicant latitudinem, detrahantur, in pedem xxij. longitudinem producentur: Minoraque item generis huiusce sacella singulis fenestrarum sexpedali latitudine apertionibus illustrabuntur. At in delubris maioribus singulæ scaphæ medianæ bina supra se fenestrarum lumina habebunt, angulares autem scaphæ obscuras ac simulatas fenestrarum apertiones sortientur. Et eiusmodi quidem fenestræ tripedali semique latitudine omnes definientur. E minoribus autem sacellis vnum, perquã aptè opportuneque in templo vestibuli rationem munusque exhibebit. Frons ædis anterior planis columnis instruenda cohonestandaq; videtur; necnon in media fronte spatiosa quædam porticus, pedum septemdecim longitudine, & quinquepedali latitudine residebit; & præter quaternas rotundiores columnas, pilæ columnis è regione opposite statuentur. Columnæ pedalem, tribus quartis superadditis, crassitudinem obtinebunt. Ostij latitudo sexpedalis vtique existet: quò per sex, vel plures quoque, loci opitulante siccitate, interiectas gradationes ascendentes demum pertingent. Quoniam autem nullũ maius, quod ianuæ ex aduerso respondeat, hic apparet delubrum; sphæricam testudinem altare ei suppositum cooperientem ibi excitare poterimus, quò per tres gradus ascendere nobis licebit: ipsaque testudo diametro vicenis pedibus constante media secabitur ac diuidetur. Pilæ tripedali, & semipilæ pedali tantummodo crassitudine constituentur: planæ demum angularesque pilæ in tripedalem latitudinem extendentur. Templum hoc quamuis sacrario, sonoraque turre, sacerdotumque domicilijs destitutum conspicitur: cunctæ tamen generis huiusce appendices, quemadmodum suprà iam admonuimus, paruo labore adiungi postremò superaddique poterunt.






De la pianta quì adietro del Tempio ottogono, questa è la parte de fuori. Da piano del portico fin a la summità de la cornice, sarà piedi. 32. e mezo, poi sarà diuisa in 6. parti, vna de lequali sarà per la cornice, fregio, & architraue, le altre 5. per l'altezza de le colonne piane, che saran grosse piedi due, e mezo. Laqual gracilità per esser due insieme, e di poco rilieuo, non è viciosa. Le misure del tutto si troueran ne l'ordine Ionico, al Quarto mio libro. Sopra la cornice si metterà la Tribuna, oueramente cuppola, sopra laquale sarà vna lanterna per dar luce al corpo del Tempio. La misura sua si trouerà con gli piedi piccoli ne la pianta segnati. L'altezza de le colonne tonde del portico, si farà de piedi 13 sopra lequali sarà l'architraue d'vn piede, sopra del quale posarà l'arco, e sopra quello sarà vna cornice di tant'altezza quanto è grossa la colonna partita come il capitello Dorico, ma le colonne saranno Doriche. La figura quì sotto segnata A, rappresenta vna di quelle capelle che vsciscono fuori del muro 3. piedi, & questa rappresenta la parte di fuori, laquale va coperta di mezo tondo come si vede.

Octogoni templi Ichnographia iam absoluta, ad exteriorem eiusdem Orthographiam modò accedamus. A porticus pauimento ad summam coronicem pedes xxxij semique intercedent: Quo quidem spatio in sex partes distributo, partium illarum una coronici, zophoro, epistylioque coniunctim reddetur: mox quinæ, quæ remanent, portiones planarum columnarum, quæ bipedali semiq. crassitudine terminantur, altitudines metientur. Et hæc columnarum gracilitas, propterea quòd binæ in vnum coeunt atque congrediuntur, parumque eminentes insuper habent expressiones, neutiquam certè reprehendenda improbandave videtur. Cunctos autem eiusmodi modulos quarto libro in Ionico ordine diffusè admodum explicuimus, persecutique sumus. Coronici sphærica testudo, quam Tribunam Cupulamve nostrates appellant, mox superinducetur; cui ad templi corpus medium illuminandum tholus seu specula, quę laterna uulgo nuncupatur, superior adhuc extruetur. Proprij autem tholi huiusce commensus mox exiguis, quos in area descriptos intueri licet, pedibus expedientur. Teretes columnæ porticum fulcientes pedum xiij altitudinem obtinebunt, quibus pedale deinceps epistylium imponetur, eique mox arcus superincumbet. Supra arcum deinde coronix altitudine columnæ ipsius crassitudini prorsus æquali collocabitur atque constituetur, eandemque, prout capitulum Doricum, distributionis rationem acquiret: ipsæque columnæ Doricæ nimirum existent. Figura A, quam subscriptam intueris, delubrorum eorum, quæ extra parietem tripedalem prominentiam egressionemve sortiuntur, speciem ostendit; partemque refert exteriorem, quæ hemicycli deinde ambitu, prout apparet, comprehenditur & continetur.




Qui a canto hò dimostrato la parte di fuori del Tempio d'otto faccie, hora quì sotto si comprende la parte di dentro, laquale manifesta ancora come a li quattro angoli del Tempio sopra la cornice vi è vno spatio alqual si potrà salire per le 2. limache che si veggono ne la pianta. L'altezza di questo Tempio è quanto il suo diametro. La copertura adunque ne prende la metà, e da l'altra se ne farà parti 6: vna de lequali sarà per la cornice, fregio, & architraue, & il rimanente per li pilastri piani. La latitudine de i quali sarà due piedi, e mezo, e tutta l' opera sarà Dorica. Le sue misure si trouerанno ne l'ordine Dorico, al Quarto mio libro. La larghezza de le capelle è piedi 12. la sua altezza piedi 24. l'altezza de tutti gli nicchi si sarà de piedi 15. la sua larghezza è discritta ne la pianta. L'apertura de la Lanterna sarà per diametro piedi 13. e se altre misure accaderanno, gli piedi piccoli suppliranno in tal caso.

Octogoni templi exteriorem Orthographiam iam patefecimus, modò interiorem quoque eiusdem situm atque dispositionē subscribemus. Ex quo illud etiam intelligetur, quanam ratione videlicet in quaternis templi ipsius angulis atque versuris supra coronicem spatium quoddam, quò per duas cochlides scalas ascendentes feruntur, pateat atque extendatur; & eiusmodi nempe cochlides in areæ designatione à nobis appositæ figuratæque conspiciuntur. Templi altitudo primùm diametro æqualis constituetur, cuius nempe altitudinis pars dimidia sphericę testudini assignabitur: mox altera in partes sex distributa, vna quidem coronici, zophoro, epistylioque simul continget: & quinque reliqua segmenta planis ipsis pilis demùm reseruabuntur. Pilæ autem bipedali semique latitudine perficientur, vniuersique operis structura Dorica utique existet. Singuli uerò commensus quarto uolumine in Dorici ordinis explicatione à nobis enumerati conscriptique fuerunt. Sacella pedum duodenum latitudine, pedumque xxiiij altitudine sigillatim definientur: Scaphæque omnes seu Conchæ ad pedum quindenum altitudinem pariter erigentur; earum autem latitudinem in superiori iam exposuimus Ichnographia. Summæ denique speculæ, quam vulgus lanternam appellat, hiatus pedum xiij diametrum sortietur. Quòd si cæteros modulos ulteriùs persequi concupieris, ad pusillos, quos iam descripsimus, pedes statim confugito.




Quanto a li Tempij d'vn corpo solo, io ne hò trattato di quante maniere mi è venuto ne la mente. Hora comincíarò a trattare, e dimostrare de quelli di più membri, e con tutte le parti che ad tempio Christiano si conuiene. Primieramente la seguente pianta sarà d'vno, laquale si può dire, in croce. La parte principale di mezo è piedi 48. laquale hà 4. nicchi di 10. piedi in larghezza: & a quattro vestibuli de la medema larghezza, che in lunghezza sono piedi 15. e passano a quattro Tempietti: lo diametro suo è piedi 36. & hanno 4. nicchi con due gran finestre. Questi sei membri possono seruire d'altari, per essere la sua larghezza piedi 7. Questo Tempio ha tre porte, ma quei 5. membri tondi debbono hauer le sue cuppole con le lanterne di sopra. Quella di mezo sara per diametro piedi 10 e le altre quattro in simile piedi 8. La quadratura de la parte di fuori sarà piedi 98. A li quattro angoli le quattro forme quadrate seruiranno per campanilli, lo suo diametro è piedi 16. e questi per non essere impediti da scale, potran seruire per loggiamenti de sacerdoti & a ciascuno suolo le limache a canto d'essi vi metteranno capo. Le quattro forme tonde dauanti ad essi campanili, potran seruire per sacristie, & altri luoghi per bisogno del Tempio. La porta principale sarà in latitudine piedi 7. a laquale si montarà 9 gradi, e tutto questo edificio alquanto si potrà cauare disotto, si per la commodita de le habitationi, si ancora per la sanità de gli habitanti, e perche sempre ne gli angoli si fanno diuerse cose poco honeste, sara bene arrequadrare tutto l'edificio con vn muriciuolo de l'altezza de i gradi, mettendo però de fuori la scala principale, & cosi quelle per fianco, che per questo non si leuarà la veduta del Tempio, essendo egli cosi leuato da terra. Di quei quattro angoli vacui, gli primi dauanti seruiranno per cimiterio, & li altri due più adietro potran essere giardini per gli habitanti, cosi questo Tempio hauerà tutte le commodità, che si ricercano. Ma se vi sarà poi terreno da la parte di dietro, se ne potran fare claustri, giardini, & habitationi ancora, secondo la necessità de gli habitanti.

Quod ad templorum ex vno perpetuoque corpore constantium rationem spectare uidetur, quotquot nobis genera exemplaque succurrerunt, abundè in superioribus hactenus expressimus atque explicuimus: modò ad eas sacrarum ædium species, quæ ex membris compluribus coagmentantur, partibus omnibus, quæ in Christiani templi apparatu atque constitutione requiruntur, diligenter appositis obseruatisq., examinandas nos conferemus. Subiecta igitur Ichnographia templi sese decussantis speciem formamq. proponit. Pars quidem primaria, quæ mediam sibi vendicat sedem, pedibus xlviij constabit: in eaque scaphæ quaternæ decempedali latitudine statuentur; necnon quaterna uestibula insuper æquè lata, quæ in pedum quindenum longitudinem producuntur, & ad quatuor minora delubra mox aditum præstant aperiuntq., ibi consistent. Singula autem delubra diametros pedum xxxvj sortientur: & quatuor scaphas, binasq; fenestrarum apertiones habebunt. Sex verò eiusmodi membra cùm in septempedalem latitudinem pateant, aris excipiendis apta nimirum accommodataq. fore videntur. Ad templum autem ingrediendum triplices ostiorum extant hiatus: & quina membra illa rotundiora sphæricas testudines, speculis in vertice constitutis, obtinebunt. Specula quidem mediana decempedalem diametrum; quaternæ uerò, quæ in lateribus resident, speculæ diametros octopedales habebunt. Quadrati exterioris latera in pedes xcviij vtique excurrent. Quaternæ autem quadrataq. formæ, in quaternis videlicet templi ipsius angulis collocatæ, turrium erigendarum opportunitatem præstabunt, pedumq. septendecim diametros nanciscentur: Et eiusmodi angularia spatia cùm scalarum anfractibus atque circuitionibus minimè præpediantur, sacerdotum diuersorijs instituendis optimè nimirum inseruient. In singulas autem contignationes cochlides scalæ iuxtapositæ influent atque immittentur. Quatuor spatia rotundiora deinceps, quæ pro turribus collocantur, sacrarijs, alijsve templi conclauibus perficiendis expedient. Ianua quidem primaria in septempedalem latitudinem aperietur, quò per nouem gradationum ascensus homines tandem pertingent. Totum autem hoc ædificium, tum propter cōmodiores habitationum distributiones, tū propter habitantium salubriorem constitutionē, in imis partibus excauari aliquantulū suffodiq. poterit. Verùm quoniā anguli ad turpia fœdaq; complura perpetranda adducere sæpius homines solent, idcirco quadrato pariete ad graduum tantummodo altitudinem pertingente templi totius ambitum exteriorem circumcirca complecti satius erit: scalis tamen, tum mediana, tum angularibus quoq; extrinsecus adhibitis appositisque. Nec enim, cùm sacra hæc ædes in sublime adeò excitetur, ne forte eius aspectus prætereūtes lateat vel subterfugiat, pertimescere profectò debemus. Cùm autem quaternæ angulorum opportune admodum hic habeantur vacuitates, duæ quidem anteriores bustuarijs seu sepulchretis, quæ Cimiteria vulgò appellantur, inseruient: duæque posteriores demum hortos voluptatis animiq; causa ibi degentibus paratos & instructos excipient. Quapropter nihil prorsus, quod ad hominum usum & incolentium commoditatem expediat, in hac structura erit prætermissum. Quòd si à tergo spatiosior adhuc area substiterit; septa, hortulos, necnon domicilia, prout habitantium ratio vsusq; nos admonuerit, ibi constituemus.




De la pianta del Tempio quì adietro dimostrata, questa è vna faccia, cioè la parte dauanti: benche però tutte le quattro si potriã ornare cosi, l'altezza del primo ordine fin dal piano de i gradi insino a la summità de la cornice sarà piedi 38. de iquali si farà sei parti eguali, onde l'vna d'esse sarà per la cornice, fregio, & architraue, questa cingerà tutto l'edificio. Da questa prima cornice fin a l'altra sarà piedi 13. e questo perche la detta cornice torrà su la cuppola, e lo liuello d'essa seruirà a le quattro lanterne. Di questa altezza si faranno 5. parti, vna de lequali sarà per cornice, fregio, & architraue. L'ordine terzo sarà vna fascia a liuello de la summità de la cuppola. L'altezza de la lanterna sarà piedi 16. senza la cuppoletta. Al liuello di questa cornice si farà il quarto ordine de i cãpanili. e cosi questa cornice sarà la 5. parte de l'altezza de la lanterna: facendo poi essa cornice con le colonne d'opera Corinthia. Da questa cornice in giù, gli ordini de i campanili hanno vbidito a le altezze de i membri del Tempio, onde potrà parer a qualch'vno che questi ordini non seguitino la sua diminutione. Veramente io confesso che gli è il vero, ma è discordia concordante. La parte dunque superiore del campanile quale non è obligata a liuello alcuno, hauerà d'altezza quanto è grosso il campanile, facendo 5. parti d'essa, & vna sarà per le cornice: il rimanente per le colonne. Circa l'ordine Ionico, sopra le cornici gli balasti, e sopra quei le cuppole si faranno. De la porta, finestre, & altri ornamenti, si può comprendere l'ordine suo, & ricorre al mio Quarto libro.

Templi, cuius Ichnographiam hactenus demonstrauimus, præsens designatio anteriorem faciem seu frontem proponit: quanuis quaternarum frontium unaquæq; eadem prorsus ratione exornari condecorariq. posset. Primi quidem ordinis altitudo, à graduum uidelicet planicie ad primę coronicis cacumen pedibus xxxviij constabit; qua in sex æquas portiones distincta, earum vna coronici, zophoro, epistylioq; coniunctim tribuetur; ipsaq. coronix ædificium vniuersum circumambiet & complectetur. Mox à prima hac inferiorique coronice ad coronicem alteram in superiori parte collocatam pedes xiij intercedent; & iurè quidem, cùm eiusmodi coronici sphærica superponatur testudo, ipsaque ad quatuor specularum libellam utique dirigetur. Prædicta autem altitudine in quinque partes dissecta, earum una coronici, zophoro, epistylioq. reddetur. In tertio ordine deinceps fascia ad summæ testudinis libramentum constituetur. Mox specula, si superiorem orbiculum detrahas, pedum xvj altitudinem petet. Ad coronicis postmodum huiusce libellam quartus ordo, personantium uidelicet turrium excitabitur atque extruetur; ipsaque coronix quinta altitudinis speculæ definietur ac terminabitur portione: necnon eadem columnis Corinthio opere deformatis elaboratisque exornabitur atque perpolietur. A coronice deinde ad inferiora descendendo, turrium ordines membrorum templi ipsius altitudines ad vnguem certè persecuti imitatique fuerunt: Quapropter ordines hosce sibi inuicem succedentes haud proprias & conuenientes diminutiones obtinuisse, quispiam fortasse crediderit. Cui quidem sententiæ haud nos omnino repugnantes ille comperiet: verùm concordem quandam discordiam hanc esse defendimus. Pars igitur turris suprema, quæ nulli prorsus addicitur libramento, altitudinem crassitudini æqualem habebit; qua in partes quinque rursus distincta, earum una coronici, & columnarum altitudinibus quatuor reliquæ distribuentur. Quod autem ad Doricum ordinem attinet, supra coronicem frequentes columellæ, supraque columellas orbiculatæ testudines imponentur. Vt ianuæ demum, fenestrarum, aliorumque ornamentorum ordinem atque dispositionem perfectius assequaris, quartum volumen à nobis conscriptum perlegito.



La parte interiore del Tempio qui auanti dimostrato è qui sotto; laquale rappresenta la parte di mezo, & accioche quella sia luminosa, è stato necessario la cornice di fuori essere più alta che quella di dentro, per prendere gli lumi quasi al perpendicolo, che da noi se dice, a tromba. Dal pauimento alla summità della cornice, vi saranno piedi 44. & la cornice (per non vi essere colonne) si potrà dire bastarda. L'altezza sua sarà piedi 2. e mezo: ma vi sara dato poco sporto, per non rubbare de la quale si fara di mezo circolo. E questa cornice sia diuisa come lo capitello Dorico, perche seruirà d'architraue con fregio, & hauerà poca proiettura. L'altezza di tutti gli nicchi sarà piedi 15. sopra li quali regnarà vna fascia, laquale ricingerà tutte le parti cosi delle capelle, come del Tèpio di mezo, sopra la quale fascia si leuaran le cuppole delle quattro capelle rotonde, che saranno di mezo circolo, & ancora sopra di esse capelle, sarà vna planicia, nella quale si farà vn lastregato nel terrazzo pendente alquàto, con li suoi parapeti intorno. E questi luoghi saranno de gran contento alli habitanti, se questo Tempio sara in luogo riposto. Questo edificio sarà fortissimo, percioche tutte le parti di fuori sono spalle, e contraforti alle parti di dentro, le quali sono più leuate. Essendo quest'edificio cosi vnito, le acque ancora vi si prenderanno senza difficultà pur che sopra tutto gli terrazzi siano ben commessi, ben cimentati, e pendenti. Ma nel tempo de le neui, e de i ghiacci non vi sian lassate le neui di sopra, perche molto penetrano, e nuocono assai agli edificij.

Templi, quod hactenus figurauimus, interiorem ambitum in præsentia subscribere aggrediemur, medianeque partis formam studiosorum oculis subijcere modò enitemur: Quam quidem vt splendidiorem ac rutilantem efficiemus, exteriorem coronicem interiori altiorem extruere oportebit, nobis videlicet lumina ad lineã siue ad perpendiculum captanda hac ratione affectantibus. A pauimento ad summam vsque coronicem pedes xliv medij intercurrent, ipsamque coronicem, propterea quòd columnis exuta destitutaq. conspicitur, spuriam appellare licebit. Ea autem bipedalem ac semis altitudinem obtinens, modicam utique proiecturam habebit: ne fortè, si lõgius procurreret, superioris testudinis, quæ in hemicycli formam & magnitudinem circunducitur, aspectum nobis contenderet aut præpediret. Quinetiam coronix eadem, vtpote quæ epistylij simul & zophori partes explebit, & pusillum quid, vt iam diximus, sortietur proiecturæ; capitulo Dorico persimilem distributionem acquiret. Scaphæ singulæ deinceps ad pedum quindenum altitudinem erigentur, quibus fascia, quæ tam delubrorum quam mediani templi cuncta percurret, superior extendetur; Mox fasciam hemisphæricæ quaternorum delubrorum, quæ in rotundiorem speciem deformari iam diximus, testudines subsequentur. Quinetiam delubris singulis superior quædam imminebit planicies; ibiq. solum decliue aliquantulum, lapideis latastris superinductis, pauimentabitur atque insternetur, necnon podia circumcirca excitabuntur assurgentque. Hypæthraque eiusmodi loca, si templum in secretiori aliqua consederit regione, ibi degentibus pergrata nimirum iucundaq. existent. Quinimo propositi ædificij robur insuper ac firmitatem ex eo conijcere licet, quòd latera exteriora, si cum interioribus, quæ ad altiora videlicet conscendunt, partibus conferantur, erismarum anteridumq. rationem habitura videbuntur. Huic ea quoque accedit vtilitas, quòd cùm structuræ huiusce partes inter sese tam arctè copulentur atque cohæreant, imbres pluuiæq. è cælo decidentes: nullo incommodo aut damno eas prorsus afficient, dummodo subdiualia pauimenta bene compacta, & æquabili solo constrata, necnon decliuia aliquantulum constituantur. Brumæ tamen temporibus niues ibi congestæ quamprimùm eijcientur, ac diligenter repurgabuntur: cùm enim ad intima perfacilè ingredi penetrareque soleant, ædificijs haud parum quidem officerent, & detrimento vtique forent.




La seguente pianta rappresenta veramente vn Tempio in croce: onde primieramente parlaremo de la prima entrata, laquale supplirà per tutte, eßendo di vna isteßa forma, e misura. La latitudine sua sarà piedi 30. & in longitudine 37. Nel mezo da li lati saran due nicchi, la latitudine d'iquali si farà de piedi 10. drento di essi saranno altari. Fra gli nicchi e gli angoli, verso la parte interiore, si faranno due porte, e cosi frà li nicchi, & angoli de fuori saranno ancora due finestre. Ne la parte dauanti s'edificarà la porta, la cui latitudine si farà de piedi 8. Verso la parte di mezo questa entrata si restringerà, facendo vn pilastro ne l'angolo di piedi 4 ma l'altro lato sarà piedi 7. doue sarà vno nicchio largo piedi 4. onde le quattro entrate faranno a li angoli suoi gli detti pilastri, che poi congiunti insieme, fanno vn pilastro de buona grossezza, sopra d essi si metterà la Tribuna. La grossezza de i muri sarà piedi 5. Et acciochè gli pilastri siano più sicuri, e forti a sostenere la cuppola, ne i quattro angoli si faranno 4. capelle de 8. faccie, lo diametro de lequali sarà piedi 18. gli suoi nicchi e finestre con l'entrata, saranno piedi 5 de larghezza. La grossezza de i muri piedi 4. e dentro gli pilastri saranno le limache per salire ad alto. Questo Tempio hauerà . porte, & a l'incontro de la porta principale si farà l'altare maggiore. La porta principale sar ornata di colonne piane, & non solamente quella, ma tutti gli angoli saranno vestiti de colonne piane, le cui latitudine sarà piedi 3 Ne la parte dauanti a la destra, e sinistra de la porta, saranno due nicchi a laqual porta si salira 5. gradi, & ancor più secondo il luogo. E benche quì non habbia dimostrato campanile, si potra nondimeno sopra le due capelle angolari farne di commodi, e le sacristie da basso, poi sopra esse i loggiamenti per ministri del Tempio. Ancora sotto terra (leuando l'edificio in alto) se farà di molte commodità, in questi luoghi tanto da alto quanto sotto terra, le quattro limache seruiriano. Et per euitare che tanti angoli non siano ricettacolo d immondicie: si potrà (come hò detto de gli altri) fare de muricioli a l'altezza d i gradi, ne per questo l'edificio perderà la sua forma. Anzi tal terreno sarà vtile, e commodo, come de gli altri s'è detto.

Subsequens Ichnographia, templi in crucis morem sese decussantis formam speciemq. proponit: Quapropter nos de primo ingressu tantummodo sermonem habentes, de cæteris tribus quoque quæ cum eo figura, & commensuum ratione prorsus conueniunt, verba fecisse putabimus. Latitudo igitur xxx longitudo autem xxxvij pedum existet. In medio verò binæ scaphæ seu conchæ ad latera statuentur, quarum utraque in decempedalem latitudinem extendetur & intra scaphas sacræ mox aræ collocabuntur atque consurgent. Inter scaphas autem & angulos interiores bina ostia residebunt; itemque inter scaphas, & exteriores angulos duæ fenestrarum patebunt apertiones. In introitu deinceps ianua octopedali latitudine construetur. At vestibuli huiusce pars medium locum sortita angustior compressiorque reddetur, quadrupedali pila in angulo constituta, altero latere deinde septempedali existente; ibique scapha quadrupedali latitudine perficietur. Quaterni igitur ingressus aditusve eas quas prædiximus, pilas in angulis procreabunt, ex quibus simul iunctis pila iustæ crassitudinis demum proueniet atque consurget. Ipsis autem sphærica, quam Tribunam vulgò appellamus, superincumbet testudo. Parietes quinquepedali crassitudine finientur. Verùm vt pilæ firmiores, & ad impositæ testudinis molem sustinendam fortiores reddantur, in quatuor angulis tot numero sacella octogona statuentur, quæ pedum xviij diametros sigillatim habebunt: & eorum scaphæ insuper, fenestrarumq. apertiones, necnon uestibula pariter quinquepedalem latitudinem obtinebunt. Parietes quadrupedali crassitudine terminabuntur: & cochlides scalæ intra pilas extructæ formatæque, ad superiora gradatim ascendent. Ad templum hoc per tres ostiorum hiatus homines utiq. accedent ac transmittentur, araque primaria contra primarium ostium excitabitur atque erigetur. Quinetiam primariæ nobilioresque fores quadratis exornabūtur columnis: nec ad eas tantummodo, uerùm ad angulos omnes quoque condecorandos quadratæ pariter latitudine tripedali adhibebuntur columnæ. Ad ianuæ dextram læuamq. binæ in fronte scaphæ constituentur; ad ipsamq. per quinque aut plures etiam, si loci natura conditioq. efflagitauerit, gradationes homines demum conscendent. Quamuis autem nullas turres hic apposuimus: in angularibus tamen sacellis & turres in altum educi, & sacraria ima constitui, & sacerdotum ædes mox super sacraria reponi collocarique poterunt. Quinetiam ædificio in sublime magis adhuc excitato, subterraneæ cellæ, abditaque conclauia perquàm commodè instruerentur: tumque cochlides quaternæ in angulis residentes, nobis tam summa petentibus quàm ad inferiora delabentibus usui quam plurimum utique forent. Verùm ne tot angulorum recessus in sordium & purgaminum receptacula quandoque uertantur; humiles parietes nonnulli, prout aliàs diximus, ad graduum altitudinem pertingentes circa templum ipsum tamquam septa quędam producentur. Nec tamen ædificium propterea formam aut uenustatem suam amittet: quinimo, ut sæpius iam admonuimus, tū ad commodum tum ad vtilitatem quoque eiusmodi parietum ambitus siue conclusiones haud parum certè expedient atque conducent.



La parte di fuori del Tempio quadrato, & in croce, quì sotto si dimostra. La latitudine de la faccia dauanti è piedi 42. l'altezza da li gradi insino a la sumità de la cornice, è piedi 30. Questa cornice con gli suoi fregio & architraue, sarà 5. piedi, il rimanente si darà a l'altezza de le colonne che saranno Ioniche: com'appare nel dissegno. L'ordine secondo sarà piedi 22. e partendolo in parti 6. vna si darà a l'architraue, fregio, e cornice: le altre parti saranno per le colonne Corinthie, e questi due ordini cingeranno l'edificio intorno, e trouaransi le sue particolar misure nel mio Quarto libro, a li suoi ordini. La summità del tetto sarà piedi 10. (doue però non sian grã venti) ma come in questa Franza, vorrebbe essere più piramidale. Sopra l'estremità del frontespicio regnarà vna cornice, l'altezza de laquale sara due piedi, e sopra essa posarà vna cuppola, hauendo ne la cima la sua lanterna, l'altezza de laquale sarà piedi 10. senza la cuppoletta. La parte piccola quì a lato destro dinota la copertura, & è segnata C, la parte a lato sinistro segnata L, rappresenta vna de le capelle angolari d'otto faccie. Le misure più particulari si trouaranno con li piedi piccoli, i quali sono nel mezo de la pianta. L'ornamento de le porte si trouarà ne l'ordine Ionico, al Quarto mio libro.

Templi quadrati seseque in crucis morem decussantis species exterior ex subiecta, ni fallor, patet designatione. Frons quidem anterior pedum xlij latitudinem sortietur. A gradibus ad primæ coronicis usque cacumen pedes xxx medij intercedent: ipsaque coronice vnà cum zophoro epistylioque quinquepedalem altitudinem obtinente, quod superest deinde, columnarum, quæ ex Ionico, prout ex eadem constat designatione, genere deducuntur, altitudines metietur. Alter deinceps, qui huic superstruitur, ordo in pedes vicenos, duobus superadditis, sublimis assurget: Quo quidem interuallo in partes sex distributo, epistylio, zophoro, coronicique vna ascribetur; cæteræq. partes columnarum, quæ Corinthium redolent genus, metiendis altitudinibus utique inseruient. Ambo autem hi, quos iam adduximus, ordines ædificium ipsum circumambient atque percurrent: cunctiq. eorum moduli quarto volumine in proprijs ordinibus sigillatim à nobis enumerati expositiq. fuerunt. Summum deinde fastigium, nisi ventorum immanitas fortè aut violentia obstiterit, decempedale constituetur: verùm in hac Galliæ prouincia ac regione magis acuminatum effici, & ad pyramidis formam propius accedere illud profectò deberet. Supra fastigij apicem deinde perpetua quædam bipedali altitudine statuetur coronix, cui mox sphærica innitetur testudo, specula in vertice demum superaddita & collocata: quæ, si sphærulam detrahas, decempedalis esse comperietur. Figura C ad læuam inclinans culmen, figura autem L ad dexteram vergens angularium, quæ octo lateribus circuncluduntur, delubrorum formam referunt ac repræsentant. Dextrum autem & Sinistrum, prout sæpe iam admonuimus, non quidem ad nostrum aspectum, sed ad figuræ conspectæ situm potius ac dispositionem referantur. Exactiones verò commensus perpusillis & pedalibus, quos in Ichnographia figurauimus, modulis quamprimùm utique expedientur. Proprios demum ostiorum ornatus quarto volumine in Ionici ordinis pertractatione sigillatim narrauimus ac recensuimus.




Ho qui dauanti dimostrato la parte di fuori del Tempio quadrato in croce: hora qui sotto si vede la parte di dentro, come s'egli fusse segato per mezo. Prima adunque parlando de la parte mediana sopra laquale vâ la cuppola, la latitudine da l'vn pilastro a l'altro è piedi 30. dal pauimento a la summità de la cornice, altrettanto. L'altezza de la cornice, fregio, & architraue è piedi 5. sopra laquale si voltano gli quattro archi; e questa ricingerà per tutto l'edificio. Ma perche questa Tribuna non può riceuere lume se non di sopra gli tetti da li lati, è necessario sopra gli archi girare vna fascia, e sopra essa alzarsi piedi 15. & lì fare vna cornice alta piedi due pure di poco sporto, per non impedire la cuppola, laquale si dee voltar sopra essa, e da la cornice a la fascia che hò detto, prendere otto lumi, come si vede nel dissegno, che quel dar a lume assai, massime con la lanterna. L'altezza di questa Tribuna fin sotto la volta, sarà piedi 77. La parte dou'è l'altare sopra ilquale stà quel gran quadro, dinota la banda a l'incontro de la porta, oue la piazza de l'altar maggiore, sopra delquale sarà vn' occhio che dara gran luce: di questi ve ne saranno quattro. I fianchi de le quattro parti si veggono espresso senza ch'io gli discriua, percioche con li piedi piccoli si trouaranno tutte le misure. E benche ogni lato dimostri hauere 4. finestre, pur non vi sono che due: ma l'altre son cosi finte per sol accompagnamento.

Quadratæ ædis, & in crucis similitudinem compositæ exteriorem speciem iam absoluisse videmur: nunc interiorem eius formam atq; dispositionem, tanquam si media dissecta fuisset, studiosorum oculis subijcere contendemus. A mediana igitur parte, cui summa impēdet imminetque testudo, exordium sumentes, mediam duabus pilis uidelicet intercedentem, latitudinem tricenis pedibus constare, necnon à pauimento ad coronicis apicem tantundem pariter intercapedinis extare asseremus. Coronicis, zophori, epistylijq; simul altitudo quinquepedalis existet; ipsique coronici quaterni arcus superiores inducentur, necnon eadem ædificium vniuersum circumambiet & complectetur. At cùm testudo aliunde quàm supernè à tectorum ipsorum lateribus illustrari, lumenque accipere nequeat, idcircò suprà fornices fascia quædam mox extendetur atque percurret: indeque pedum quindenum spatio ad superiora sublati, coronicem bipedalis altitudines modicæque proiecturæ, ne testudinis, quæ ipsi mox circunducitur, aspectum imminuat obscuretque, ibi denique constituemus: tumque in medio coronicis huiusce fasciæque prædictæ spatio ac interuallo octo lumina, quemadmodum ex ipsamet habetur designatione, capientur: quæ si summæ speculæ fuerint adiuncta, testudini lucis & fulgoris satis utique exhibebunt. Ab imo autem pauimento ad summum usque testudinis apicem altitudo ex pedibus lxxvij constabit; Pars aram excipiens, cui magnum illud quadratum super impendet, spatium ianuæ ex aduerso oppositum, quò scilicet primarium altare excitari diuino numini solet, nobis designat: quod nempe ut clara ac purissima luce refulgeat, superiorem ei oculum statuemus ad cuius similitudinem quaterni deinceps oculi effodientur. Quaternarum autem partium latera cùm ex descriptione nostra clarè admodum pateant, orationis lumen nullum efflagitant neq; requirunt, eoque magis, quòd pedales & exigui illi, quos iam descripsimus, moduli commensuum singulorum exquisitissimam tibi rationem subministrabunt afferentque. Id quoque prætereundum minimè existimamus, quòd etsi latera singula quaternis fenestris instructa conspiciuntur, binæ tamen verè proprieque admittuntur fenestræ: apertionibus alijs consensus & connexionis cuiusdam gratia fictè tantummodo constitutis, & callido quodam artificio compositis ac simulatis.




Da quì indietro ho trattato di varie forme di Tempij accommodati al costume Christiano, & osseruando le maniere de gli antichi, ma stando però sempre nella rotondità, o nel quadrato, hora io trattarò d'alcuni più conformi a l'vso commune, stando pur sempre ne la maniera antica. Il tempio quì a lato dimostrato in pianta, in questo modo si compartirà. Prima si farà elettione di che grandezza si vorrà fare l'andata di mezo, o vogliam dire corpo, questo sara due parti, gli pilastri, che saranno quattro, altrettanto, le andate da le bande che sono sei, due parti, & gli muri da i lati che saranno otto, due parti ancora. Ma riduciamo queste cose a piedi, acciò meglio si possi misurare il tutto. Diremo adunque l'andata di mezo esser piedi 30. gli pilastri piedi 15. con tutte le colonne piane, & altrettanto il netto. Le andate da le bande saranno di quella misura, e parimente il muro. Tirate dunque tutte le parti, si compartiran gli pilastri per egual distantia, di modo che nel corpo dauanti vi siano tre crociere, al diritto, da lequali, saranno le capelle di mezo circolo; la latitudine d'esse sarà piedi 25. & vsciranno alquanto fuori del muro. A canto gli vltimi pilastri verso la Tribuna si metteran altri due pilastri discosti da questi piedi 15. dipoi gli altri due discosti piedi 30. & appresso gli altri due discosti piedi 15 & iui nel maggior spacio si farà la Tribuna, lo diametro de laquale sarà piedi 36 per entrare tre piedi per pilastro. Quei pilastri faranno archi di 6, piedi in grossezza, & sopra essa, sarà vna meza botta voltata, detta Testudine da Vitruuio, & a li quattro angoli di queste volte a botte, vi saranno 4. Tribunette, lo diametro de lequali sarà piedi 21 Ne però queste cuppole vsciranno sopra lo tetto, ma prenderanno la luce da li lati, & così fuori del diritto de i muri del tempio, saranno due crociere, ciascuna de lequali hauerà due capelle, del medesimo mezo circolo, & li fianchi del tempio saranno due porte come dimostra la pianta. Ma nel capo del tempio sarà vna crociera, e questa parte potrà seruire per il choro, in capo de laquale sarà l'altar maggiore nel mezo circolo, che hauerà di diametro piedi 31. Da li lati del choro vi saranno due sacristie di otto faccie, l'o suo diametro sarà piedi 21. La faccia del tempio hauerà tre porte, la principal sarà piedi 12. in larghezza, & quelle da li lati piedi 6. Da li lati di questa faccia (si per fortezza come per ornamento) si faranno due campanili, la latitudine de quali sarà piedi 27. Dentro vi sarà vna limacha, laquale hauerà vn spacioso diametro, del quale si potran tirare le fune de le campane, & ancora tirar suso le campane accadendo. A questo Tempio si salirà per molti gradi, tuttauia si fara secondo il luogo.

De varijs templorum formis atque rationibus, quas Christianorũ moribus ac institutis congruere existimauimus, satis iam locuti videmur; in quo quidem ab antiquorum modis ritibusque neutiquam recedentes, sacras ædes vel rotundas vel quadratas extruximus; Modò alia nonnulla templorum genera, quæ ædificantium vulgo magis familiaria, & in vsu magis esse conspiciuntur, priscis antiquorum uestigijs perpetuò insistentes iam exponere declarareque aggrediemur. Templi hic appositi Ichnographia hanc utique sortietur distributionem. Primùm quidem medianæ itionis seu mediani corporis templi magnitudine ad libitum definita, quaternæ ei partes assignabuntur: Pilæ, quæ numero quaternario definiuntur, duas partes explebunt; nec non tantundem medijs pilarum interuallis ascribetur: Hinc autem & illinc designatæ, quæ senario numero comprehenduntur, itiones duas item partes absoluent. Parietibus demum, qui in lateribus resident, & octonario numero distinguuntur, duæ identidé partes contingent. Verùm vt commensuum rationes clarius adhuc intelligi apprehendiq. possint, si ad pedales modulos cuncta redegerimus, operæpretium nos facturos utique existimamus. Mediana igitur itio pedibus tricenis constabit; Pilæ, quadratis pariter columnis adiunctis, pedes quindenos explebunt; necnon tantundem intermediæ pilarum vacuitates sortientur; Angulares itiones, necnon extremi parietes eosdem modulos persequentur. Hac autem partium distributione confecta, mox certis spatijs in æquali distantia pilæ collocabuntur: adeò vt in antetiori templi ipsius itione trinę concamerationes extructæ conspiciantur: ad earumq. perpendiculum sacella in hemicycli ambitum dirigentur, quæ pedum xxv in latitudinem obtinentia vltra parietum terminos nonnihil progredientur excurrentq;. Haud procul ab extremis pilis, sphericam testudinem uersus binæ insuper pilæ ab ijs pedum quindenum interuallo distantes statuentur; mox duæ aliæ pedes xxx ab his recedentes assurgent, itemq; duæ aliæ pedum quindenum spatio ab his semotæ erigentur: ibique in ampliori intercapedine sphærica excitabitur testudo, cuius diameter cùm intra pilarum utranque tres pedes ingrediatur, xxxvi pedum existet. Pilæ autem commemoratæ arcus sexpedali crassitudine procreabunt, supraque fornicatæ extabunt conuersiones, quas forniceas uel medias testudines haud ineptè forsitan appellare licebit. Ad quaternos autem fornicearum testudinum angulos, quatuor pusillæ & orbiculatæ testudines excitabuntur: quarum diametri pedalibus modulis viginti, unoque superaddito, absoluentur. Nec ipsæ tamé extra summa tecta proferentur, uerùm à lateribus lucem suam captabunt acquirentque. Extra parietum quinetiam templi ipsius perpendicula duæ concameratæ testudines producentur; quarum vtraque duo sacella in hemicycli haud aliter, quàm de superioribus diximus, formam ambitumque composita excipiet. Binaque ostia, quemadmodum ex subiecta patet Ichnographia, in templi ipsius lateribus statuentur. In intima autem sacræ ædis longinquiorique parte superior camera quædam extabit, & locus hic nempe choro designabitur ac tribuetur: in cuius adhuc vltimo nouissimoque recessu ara primaria hemicycli ambitu comprehensa residebit, eiusque diameter in pedes tricenos, unumq; amplius excurret. Ad chori latera deinceps duo sacraria octogona, & pedum xxi diametrũ obtinentia apponentur. Frons ædis anterior trinis ostiorum apertionibus instructa conspicuaque reddetur. Medianum quidem ostium duodenum, extrema autem senum pedum latitudinem sortientur. In ambobus autem frontis propositæ angulis si binæ turres pedũ xxvii latitudine fuerint collocatæ, tum ad munimentum tum ad ornatum quoque haud mediocriter illæ conducent. Intus verò cochlides scalæ perficientur, quarum diametri perampli & laxiores existent: ut inde tum tintinnabula funibus religata concuti, itaque sonũ emittere queant: tum, siquando oportuerit, personantia æra rudentum auxilio ad superiora transferri subducique possint. Ad templum hoc per complures, prout loci tamen situs conditioque nos admonuerit, interiectas conscendemus gradationes.



La figura quì sotto è la faccia del Tempio dimostrato in pianta ne la passata carta. L'altezza de le prime cornici sarà piedi 62. de la quale si faran sei parti, vna per l'architraue, fregio, e cornice, & il rimanente sarà per le colonne piane, la fronte de lequali hauerà piedi 5. e sarà di opera Dorica. L'altezza de la gran porta sarà piedi 24. e bisogna ornarla come si vede, cosi le piccole ancora. L'altitudine d'esse sarà piedi 12. La leuatione di mezo e la cornice seconda sarà piedi 25. Quella si farà la quarta parte minor de la prima e sia partita come il capitello Dorico, acciochè siano variati alcuni membri dal plintho in giù. Da la cornice a l'angolo superiore del frontespicio sarà piedi 15. e questo farà lo colmo del Tempio. Ma quantunque la cuppola paia esser sopra questa faccia dauanti, ella è nondimeno nel mezo del Tempio, ma questa rappresenta l'altezza sua, come ancor meglio si vederà ne la parte interiore. Sopra la prima cornice si leuarà vn basamento alto piedi 5. sopra delquale si farà l'ordine secondo de i campanili, l'altezza delquale sarà piedi xlii. e mezo, facendo le cornici la quarta parte minori de le prime, e siano Doriche. L'ordine terzo sarà vna quarta parte minore del secondo, e cosi le sue cornici pro rata parte. L'ordine quarto sarà minore del terzo ancora la quarta parte, e cosi le cornici per la sua proportionata diminutione, gli parapetti sopra le cornici saranno piedi quattro, e da quelli fin a la summità de la piramide, sarà piedi 36. Per gli altri ornamenti si farà ricorso al mio quarto libro, a li suoi ordini.

Præsens figura templi, cuius Ichnographiam hactenus demonstrauimus, frontem conspiciendam nobis proponit. Primæ quidem coronices ad pedum lxij altitudinem efferentur: qua in partes sex distributa, epistylio, zophoro, coroniciq. vna ascribetur; & reliquæ mox quadratis columnis, quæ quinquepedalibus frontibus insignitæ Dorico opere constituentur, integræ reseruabuntur. Maioris ostij altitudo ad pedes xxiv ascendet: & tum ad ipsum, tum ad minora quoque ostiola, quæ pedum duodenum altitudine terminantur, condecoranda hæc, quæ subiecimus, ornamentorum genera adhibenda videbuntur. Mediana deinceps ad coronicem vsque secundam eductio in pedes xxv sublimis assurget, secundaq; coronix præexposita coronicis inferioris altitudine quadrante minor existet, necnon capitulo Dorico persimilem distributionem acquiret; vt videlicet quę infra plinthum membra constituuntur, propter eorum variam multiplicemq; structuram intuentes maiori afficiant voluptate. A coronice secunda præterea ad summam fastigij ipsius angulum pedes xv intercedent, ibiq; templi culmen statuetur. Id autem inprimis attendito, quòd etsi fronti exteriori testudo hæc desuper imminere videatur, in media tamen templi sede illa persistit, quemadmodum ex partis interioris descriptione clarius postmodum perspicietur: at solam eius altitudinem ostendere nobis hic propositum fuit. Verùm à prima mox coronice stereobata, quod Bassamentum vulgus appellat, quinquepedali altitudine superior assurget, cui deinde secundus turrium ordo superior adhuc succedet; quo ad pedum xlij ac semis altitudinem pertingente, eius coronices primis atque inferioribus coronicibus quadrante minores perficientur, ipsæq; ex Dorico genere deducentur. Tertius ordo deinceps secundo, quem modò exposuimus, ordine quadrante minor existet: itemq; huius coronices ab illius coronicibus pro rata deficient atque diminuentur portione. Quartus ordo tertio, quem iam absoluimus, ordine quadrante humilior similiter erit: & eandem pariter diminutionis rationem coronices ipsæ sequentur. Podia coronicibus mox succedentia quadrupedalia extruentur, à quibus ad pyramidum metas ac summitates pedes xxxvj postremò intercedent. Quòd si propriorum ornatuum demum rationes inuisere ac recognoscere concupieris, quarto volumine in proprijs ordinibus eos à nobis appositos explicitosque comperies.


p.8.
p.10
p.10.
25.
p.10.
p.
p.5
p.10
p.7.
p.7 p.2.
p.3
p.3
p.5.

La faccia del Tempio oblongo da le tre andate, s'è dimostrata quì a canto, & in questa presente si rappresentarà la parte interiore, come se aperta fusse per mezo. De le misure, larghezze, & lunghezze, s'è trattato ne la pianta, & anche ne la faccia, ancora s'è de le cornici di detta l'altezza, le quali saranno la 6. parte di tutta l'altezza, & le colonne piane si faranno Ioniche, così gli pilastri minori haueranno le sue imposte Ioniche, laquai forme e misure si trouaranno nel Quarto mio libro, a l'ordine Ionico, Tutte le capelle haueranno la luce da se medesime, come si vede, & anche daranno luce a le due andate, l'altezza de lequali sarà come le capelle voltate a botte. Ma a l'incontro di esse capelle, la botta sarà interrotta da vna lunetta, accioche la copertura de le andate venga così bassa che ne le lunette sopra la cornice si possi riceuer lume per le forme ouali quali sopra esse tetti si veggono. Et accioche la cuppola di mezo sia luminosa, sarà da farli vno fregio d'occhi che prendino la luce sopra lo tetto, & sopra quel fregio leuar la cuppola con la sua lanterna, la misura de laquale da le altre passate si potrà prendere, & accioche li pilastri siano meglio intesi, io ne hò quì sopra del tempio formati due di maggior forma. Questa piccola figura sopra lo tempio a man sinistra, dinota vna de le porte per fianco, l'altezza sua è piedi 20. la sua larghezza 10. le altre altezze de le cornici s'accordano con quelle dauanti, & anche con quelle di dentro. E perche di questo tempio non si mostra alcune parti occulte, come saria l'altezza de le andate da li lati, e come s'accordano le capelle con esse botte, & anche che effetto faranno le quattro cuppole piccole, con molto altre cose, sarà ben necessario, a chi vorrà cauar construtto di questo Tempio, farne vn modello, oueramente dirizzar tutte le parti in profilo tanto di dentro come di fuori.


Templi quidem oblongi, ac ternis itionibus præditi faciem exteriorem iam demonstrauimus: nunc speciem ipsius interiorem, tanquam si media abscinderetur, studiosorum oculis proponemus. Longitudinum quidem & latitudinum modulos in superiori patefecimus Ichnographia, moxque in exteriori Orthographia coronicum altitudines explorauimus; quæ altitudinis totius sextante definientur, & quadratæ columnæ Ionico more perficientur, necnon pilis breuioribus Ionicæ item superaddentur incumbæ: Cunctæque generis huiusce formæ atque mensuræ quarto volumine in Ionici ordinis pertractatione sigillatim à nobis descriptæ fuerunt. Sacella omnia, quemadmodum ex ipsamet constat designatione, ex proprijs fenestrarum apertionibus lucem suam haurient atque combibent, quinetiam eadem angularibus itionibus vtrisque satis quidem luminis allatura & suppeditatura uidentur; Angulariumque eiusmodi itionum altitudo sacellis, quæ ex forniceis conuersionibus constant, persimilis erit. Forniceæ tamen testudinis pars, quæ sacellis aduersa constituitur, ab intercurrente lunula perrumpetur; qua quidem ratione prædictarum itionum tegmina depressa adeò humiliaque reddentur, vt supra coronicem per ouatas formas, quæ supra tecta conspiciuntur, lumen in lunulas ingredi diffundique possit. Vt autem mediana testudo uberiori lumine conuestiatur atque splendescat, ibi Zophorus oculorum qui lucem è superis partibus captent, multitudine plenus constituetur; moxque Zophoro huic sphærica superinducetur testudo, specula demum in testudinis ipsius cacumine residente, cuius moduli quā primùm ex superioribus deducentur. Quinetiam ut pilarum seu parastatarum forma dispositioque exactius intelligatur, duo ampliori magnitudine earum exempla supra templi ipsius typum hic figurauimus. Nec non supra templi eiusdem imaginem ostiorum, quæ in ambobus lateribus resident, formam speciem ad læuam apposuimus quorum altitudo ad pedes xx efferetur, eorum latitudine decempedali existente. Reliquæ deinceps coronicum altitudines tum cum exterioribus, tum cum interioribus coronicibus quoque mirificè cōsentiunt atque conueniunt. Verùm quoniam ex templi huiusce designatione occultiora nonnulla magisque recondita minimè patefiunt, nec enim angularium itionum altitudines, nec delubrorum cum fornicibus ipsis consensus at harmonia, nec ad quem usum quatuor minores testudines dirigantur, nec alia complura insuper ex nostra patent descriptione; idcircò si quis propositi templi perfectam absolutamque cognitionem assequi concupierit, næ illi ex duriore membrana seu ex ligno, partium cunctarum tam interiorum quàm exteriorum Orthographia & Siographia ritè compacta, exemplar sibi confingere & construere oportebit.




In altro modo si potrà fare vn Tempio oblongo differente dal passato. Prima dunque s'imaginarà la latitudine d'esso essere piedi 30. & meneransi le due linee equidistanti, cosi per longo come per trauerso, doue si farà vna croce, nel mezo de laquale sarà vna Tribuna portante del diametro piedi 30. & appresso si ritirarà tre piedi, da li quattro pilastri ne la parte interiore, di maniera che'l diametro de gli quattro archi che tolgono su la Tribuna, sarà piedi 24. La grossezza de i pilastri ne le parti oue sono li nicchi, sarà piedi 5. la grossezza de i muri altrettanto, ma ne le braccia, e cosi verso la testa del Tempio, per cagione d'alcuni pilastri angolari piani si allargarà, stringendo gli muri vn piede per banda, che verrà ad essere piedi 32. cosi ciascuna de le braccia sarà lunga piedi 37. La parte verso l'altar maggiore tornarà di quadrato perfetto, e sarà piedi 32. Ma facendo poi gli suoi pilastri da li lati, con li suoi nicchi, saranno piedi 5. in grossezza poi ritirandosi da ogni lato piedi 4. sarà da l'vn pilastro a l'altro piedi 24. e lassando appresso mezo piede per banda di essi pilastri, per formar lo nicchio de la capella maggiore esso nicchio verrà in latitudine piedi 24. nelqual si farà l'altar maggiore. Ne gli due angoli di questa croce si faranno due sacristie, lo diametro de lequali sarà piedi 17. da li due lati del Tempio, saranno due porte, e tutti questi membri saranno assai luminosi, come dinota la pianta. De la Tribuna verso la porta principale si faranno 5. capelle, la latitudine di ciascuna sarà piedi 15. La grossezza de i muri si farà piedi 4. La longitudine d'esse capelle sarà piedi 15. & haueranno vna finestra de piedi 6. in larghezza perche iui sarà l'altare. La grossezza del muro per testa (cioè de la facciata) sarà piedi 5. ma ne la parte di mezo, sarà piedi 4. Dauanti a questa faccia sarà vn portico, in latitudine piedi 14. la longitudine, piedi 68. & hauerà ne gli capi, & anco in fronte gli nicchi tondi, e quadri, lo diametro de' quali portarà piedi 8. ciascuno. Ne li lati del portico, saranno gli campanili, quali verran tanto fuori quanto le braccia del Tempio, lo suo diametro sarà piedi 18. e si faran ottogoni, ouero quadrati chi vorrà. Da li loro lati saranno le sue limache, e questo è quanto a la pianta. La faccia d'esso Tempio è qui a man destra. L'altezza de le prime cornici sarà piedi 47. l'architraue, fregio, e cornice, sarà piedi 5. e girarà intorno al Tempio. L'ordine secondo sarà piedi 37. le sue cornici saranno la quarta parte minori de le prime, e questa altezza seruirà pel secondo ordine de campanili. La summità del frontespicio sarà piedi 10. e questo farà lo tetto di mezo. L'ordine terzo de' campanili, sarà la quarta parte minore del secondo, e cosi le cornici diminuiranno la sua rata parte sopra lequali si farà la cuppola. La figura quì a man destra sopra lo Tempio, dinota la parte interiore de le cinque capelle. L'altezza de le prime cornici dal pauimento a la summità, è piedi 27. & le dette cornici saranno in altezza piedi 4. fatte come il capitel Dorico. Le altre cornici superiori saranno come quelle di fuori. E fra le prime a le seconde, saranno colonne Ioniche di basso rilieuo, frà lequali saranno finestre per dar luce al tempio. Quanto a l'ordinanza del portico, tanto per la pianta, quanto per la faccia, si comprende l'ordine suo, ma sopra d'esso si farà vn terrazzo, ilquale non impedirà lume alcuno ne la facciata, anzi sarà ben abbondante di lume. La figura quì a man destra segnata A, rappresenta le braccia del Tempio con la Tribuna nel mezo. L'altezza de le cornici e come sono l'altre, sopra lequali posarà l'arco de la Tribuna, e sopra esso farà vna cornice bastarda, che torrà su la Tribuna con la sua lanterna. La parte si dimostra rotta dinota le sacristie. La piccola figura, qual'hà la croce in cima viene ad essere vna de le porte per fianco, e và cosi coperta in forma rotonda. La porta è larga piedi 9. & alta piedi 18.

Verùm alia ratione prӕterea templi oblongi perquàm diuersa à superiori constitutio perfici poterit. Primùm igitur eius latitudine pedum tricenum animo à nobis concepta ac definita, duӕ tam directӕ quàm transuersӕ, in crucis videlicet similitudinem sese ad pares angulos intersecantes, lineӕ ӕquedistantes producentur; & in medio quidem crucis ipsius spatio sphӕrica pedum tricenum diametro erigetur testudo: moxque a quatuor pilis versus partem interiorem terni pedes undequaque secedent atque diminuentur, adeò vt quatuor arcuum testudinem in sublime extollentium diametri in pedes xxiiij duntaxat excurrent. Pilarum partes scaphis propinquiores, quinquepedalem crassitudinem obtinebunt; necnon parietes insuper ӕqualem crassitudinem sortientur. At partium, quӕ tum latera tum caput templi respiciunt, propter angularium pilarum quarundam plana forma constitutarum adiectionem, spatia incrementum accipient, parietibus utrinque ad pedem unum imminutis atq. contractis: adeò ut pedes xxxij illa expletura videntur, & laterum vnum quodque in pedum xxxviij longitudinem producetur. Pars, quӕ ad aram insigniorem conuertitur, quadrata nimirum existet, & in pedes xxxii vndique excurret: At pilis vnà cum scaphis ad latera appositis atque constructis, quinquepedalis earum habebitur crassitudo. Verùm ex omnibus lateribus pariter quadrupedali facta recessione, inter duas pilas pedes xxiv medij intercurrent: & ex vtroque pilarum latere semipede insuper ad scaphӕ primarij delubri conformationē relicto, scaphӕ ipsius latitudo pedum xxiv existet, ibiq; ara primaria constituetur. Vtrobiq; autem in crucis ipsius angulis duo extruētur atque collocabuntur sacraria, quorum diametri in pedes septendecim producentur. Hinc & illinc bina ostia aperientur atque patebunt. Membraque eiusmodi cuncta, quemadmodum ex apposita patet Ichnographia, satis splendida luminosaq. erunt. A media testudine ad primariam templi huiusce ianuam quinq; intercedent sacella, & singula pedum quindenum sibi latitudinem vendicabunt: Parietes quadrupedali crassitudine finientur: Sacella deinde pedum quindenum longitudinem explebunt: singulisque sacellis singulӕ fenestrӕ sexpedali latitudine tribuentur, vt videlicet singulӕ, quӕ ibi residentur, arӕ accommodata spatia nanciscantur; Parietis in ӕdis ipsius fronte constituti quinque pedalis, at parietis medianam partem obtinentis quadrupedalis crassitudo utique erit. Ante ӕdis huiusce frontem porticus pedum xiv latitudine, & pedum lxviii longitudine statuetur; cuius & media frons, & extrema cornua rotundis & quadratis scaphis insignita conspiciuntur: & scaphӕ singulӕ octopedales diametros sortientur. In vtroque autem porticus latere turres seu metӕ excitabuntur, quӕ templi lateribus ӕqualem egressionem & proiecturam habebunt; Earum diametri in pedes xviii extendentur, ipsӕq. uel octogonӕ uel quadratӕ, prout magis libuerit, perficientur, scalӕq. cochlides eas circumambient ac circuncurrent. Et hӕc de Ichnographia satis superque uidentur. Templi frons quidem exterior ad dexteram offenditur. Primӕque coronices ad pedes xlvij sublimes educuntur: & epistylium nempe, zophorus, atque coronix ad quinquepedalem simul altitudinem excitata templum circumcirca obambulabunt atque perstringent. Secundus ordo deinceps ad pedes xxxvij usque conscendet, cuius quidem coronices a primis, quas modo exposuimus, coronicibus quarta parte deficient: & hӕc altitudo secundis turrium angularium ordinibus optimè nimirum quadrabit atque consentiet. Summum deinde fastigium, quod medianӕ parti quasi tectum quoddam imponitur, decempedalem altitudinem assequetur. At tertij angularium turrium ordines secundis earundem ordinibus quarta parte humiliores constituentur, & coronices pariter pro rata parte diminuentur, quӕ mox sphӕricas testudines sustinebunt. Figura, quӕ templi exterióri Orthographiӕ ad dexteram superior succedit, quinque delubrorum interiora designat. A pauimento quidem ad primarum coronicum apicem pedes xxvii medij intercurrunt; ipsisque coronicibus, quӕ Dorici capituli structuram atque dispositionem imitantur, quadrupedalis assignabitur altitudo. Aliӕ deinde, quӕ prӕdictis superiores statuuntur, coronices exteriorum, quas iam declarauimus, coronicum modulos persequentur. Inter primas autem atque secundas coronices colūnӕ Ionicӕ parum eminentium expressionum erigentur, & ad templū illuminandum fenestrarum apertiones inter eas mediӕ consistent. Quod verò ad porticus, tam uestigij uidelicet quàm frontis attinet descriptionem, eius structura ex subiecta satis superq. constat designatione. Id vnum tamen in prӕsentia subiungemus, quòd si subdiuale & leuigatum porticui superinductum fuerit pauimentum, haud tantummodo templi ipsius frontem nequaquā obscurabit, quinimo fulgentiorem atque splendidiorem eam vtique reddet. Figura ad sinistram A, templi eiusdem latera vnà cum testudine mediam sedem occupante designat, Coronis altitudinem reliquis coronicibus parem & ęqualem omnino assequētur, quibus arcus testudini sub iectus superincumbet: ipsiq. arcui, spuriam quam appellant, coronix ad sphӕricam testudinem vnà cum eius specula extollendam superior inducetur. Pars, quӕ confractӕ persimilis existit, sacraria nobis ostendit. Breuissima denique omnium figura ad dexteram, in cuius vertice crucis signum posuimus, angularium ostiorum speciem proponit; quorum partes superiores in rotunditatem compositӕ sinuatӕque apparent. Ostium autem pedum ix latitudine septum, pedum xviii deinde altitudinem petit. Dextrum uerò Sinistrumque, ut millies iam diximus, haud quidem ad nos aspicientes, sed ad rei potius aspectӕ figuram ac formam referto.










Molte & diuerse intentioni si potrebbono fare di questi Tempij oblonghi in croce, de iquali n'è pieno il Christianesimo, e massimamente de' moderni, che in Italia (per la maggior opinione) si dicono opera Thodesca. Et non solamente hanno tre andate, con le sue capelle appartate che si serrano, ma ancora le andate che circondano il choro, con le capelle intorno. Et ancora di più quà ne la Franza vi sono de' tempij ricchissimamente fatti, benche moderni, lequali hanno 5. andate, nondimeno (come da principio dissi) ho voluto trattare di cose che a nostri tempi si possino condurre al fine. E però l'vltimo che in questo piccol volume hauerò a dimostrare, & in iscritto trattarne, sarà questo, perche altre cose mi aspettano, forsi di più commodo, e contentezza la maggior parte de gli huomini. Veniamo adunque a le misure de la pianta del tempio quì a lato. La latitudine d'esso sarà piedi 36. la longitudine, piedi 54. Da l'vno e l'altro capo vi saranno due gran nicchi, lo diametro de' quali sarà piedi 24 vno per la capella maggiore, hauendo due finestre da li lati, di larghezza piedi 6. L'altro al incontro hauerà gli medesimi ordini, ma vi sarà la porta. La sua larghezza comprenderà piedi 8. Da li lati di questo tempio, nel mezo saranno due capelle, la cui larghezza hauerà piedi 18. & entreranno nol muro oltra le colonne piedi 2. hauendo vna finestra nel mezo, larga piedi 6. Da li lati di essa capella, vi saranno due nicchi di 4. piedi in larghezza. Questa capella sarà partita da colonne tonde di due piedi in grossezza. L'intercolunnio di mezo sarà piedi 6. quelli da li lati piedi 3 e mezo ciascuno. Fra le capelle e gli angoli vi sarà vno nicchio ornato di colonne tonde, la larghezza sua sarà piedi 6. a li quattro angoli saranno quattro nicchi. La latitudine de' quali sarà piedi 3. Fuori del tempio sarà vno portico a pilastri quadri, con li suoi mezi pilastri la latitudine del portico sarà piedi 10. la longitudine piedi 52. La grossezza de i pilastri, piedi 3. per ogni lato, senza li mezi pilastri. Ma li pilastri angolari saranno in fronte piedi 6. e questo è fatto per maggior fortezza, ouer per contraforti de gli archi. Ne gli intercolunnij da li lati sarà nel muro due nicchi, la cui larghezza sarà piedi 6. A questo portico si salira 9. gradi, e ne la großezza del muro saranno due limache. Ma perche in questo tempio non vi è campanile, se ne potrian da li lati del portico accommodarne due de la medema larghezza, a liquali se ne andaria per le limache lì propinque Et questi campanili sariano ornamento a la faccia del tempio perche copririano quei due cantoni che vsciscon fuori de le capelle da li lati, & in essi sarebbeno le habitationi per i preti, con le commodità sotterranee.


Complura diuersaque templorum genera, quæ in longitudinem maiorem producta ad crucis imaginem atque similitudinem componuntur, hic recensere possemus: eoque magis, quòd sacræ Christianorum ædes, quæ à recentioribus Architectis præsertim extructæ ædificatæque conspiciuntur, hoc formæ genus pleræque sectari, & imitari videntur, quod Itali Teutonicum inuentum siue Germanicum opus passim appellant. Nec tria tantummodo itinera, sacellis, quorum vestibula aditusque clauduntur, seorsum ad latera constitutis, huiuscemodi templa habere comperiuntur: verùm etiam chorus itionibus undiq. septus, necnon delubris vlterioribus circumcirca stipatus & tamquam obsessus, in medio nonnunquam residet atque consistit. Quinimo in amplissimo hoc & celeberrimo Galliæ tractu templa maximis sumptibus summoque artificio, quamuis à recentioribus Architectis, perfecta elaborataque extant; in quibus quinas itiones attendere & animaduertere licet. Verumtamen, vt principiò quoque admonuimus, de ijs tantummodo, quæ tempestate nostra celeriter perfici, & ad exitum perduci commodè possunt, in præsentia differere & disputare nunc instituimus. Quapropter quamprimùm templi huiusce, quod modò explicandum aggredimur, structuram & oratione & designationibus adhibitis patefecerimus, mox libello huic supremam utique manum imponemus; ad alia etenim, quæ studiosorum cætui vtiliora pariter iucundioraque fore arbitramur, nobis erit deinde properandum. Ichnographiæ igitur modulos nunc percurremus. Templi quidem latitudo xxxvj, longitudo autem liv pedum existet. Ad ambo templi ipsius capita duarum scapharum seu concharum laxiores statuentur apertiones, quarum diametri in pedes xxiv nimirum excurrent; Earum quidem altera, binis fenestris sexpedali latitudine ab utroq. latere dispositis & collocatis, primario inseruiet delubro: Altera verò, quæ è regione huic opponitur, eandem omnino structuræ rationem imitabitur ac persequetur, uno tantùm discrimine intercedente, quòd hic ianua octopedali latitudine fenestrarum munus & vicem explebit. In templi deinde lateribus duo media residebunt sacella, quæ pedum xviij latitudinem obtinentia, pedes xij vltra columnas intra parietes ipsos ingredientur; fenestraque sexpedali latitudine ad sacellum vnumquodque illuminandum media aptabitur & componetur. In ambobus autem sacelli utriusque lateribus binæ sexpedali latitudine conchæ seu scaphæ consistent. At sacellà hæc, rotundioribus columnis, quarum bipedalis erit crassitudo, interiectis, à mediano templi ipsius corpore secludentur atque separabuntur. Medianum intercolumnium sexpedale, intercolumnia autem angularia tripedalia ac semi vtique erunt. Inter sacella & angulorum vnumquemque scapha sexpedali latitudine, & rotundioribus columnis cohonestata atque insignita media intercurret: Necnon in quaternis angulis scaphæ conchæve quaternæ latitudine tripedali dispositæ, optimè nimirum consentient ac respondebunt. Extra templum porticus pilis quadratis vnà cum semipilis adiectis instructa statuetur: ipsaque porticus decempedali latitudine, & pedum lij longitudine finietur. Pilarum, si semipilas ijs coniunctas detraxeris, crassitudo vndequaque tripedalis existet; At angularium pilarum frontes sexpedales utique erunt, quæ arcubus sustinendis tamquam munimina, &, quemadmodum Italorum vulgus appellat, contrafortia quædam inseruiunt. In intercolumnijs deinde ex vtroque latere, binæ sexpedali latitudine scaphæ intra parietes effingentur. Ad porticum verò per nouem interiectas gradationes homines sursum conscendent, in ipsaque parietis crassitudine binæ cochlides formabuntur. Verùm quamuis in templi huiusce distributione nullum metæ seu pyramidis vestigium apparet, in ambobus tamen porticus ipsius lateribus binæ eiusdem prorsus latitudinis turres seu pyramides attolli excitarique possent, quò cochlides in proximo existentes faciles expeditosq. nimirum præstarent ascensus. Quinimo eiusmodi turres cùm angulos utrosque sacella à lateribus disposita constitutaq. prætergredientes obtegerent atque occultarent, templi ipsius fronti cohonestandæ haud parum certè conducerent atque conferrent; Quinetiam ibidem sacerdotum domicilia, & subterranea conclauia opportunè admodum residerent.









p.15
p.6
p.6




La parte interiore, & anco lo fianco del portico del Tempio quì a canto dimoſtrato in pianta, qui ſotto ſi comprende aſſai bene, ma le particular miſure ſaran queſte. Dal pauimento fin a la ſummità de la prima cornice, ſarà piedi 21. e quì diuiſi in parte 6. vna ſarà per l'architraue, fregio, e cornice, poi lo rimanente fin al pauimento, ſarà per le colonne Ioniche. Quanto a li nicchi, lo ſuo piedeſtalo o voglian dire baſamento, ſarà la quinta parte del reſtante, e ſopra quello ſi faranno colonne Corinthie. Li frontespicij ſi faranno alti dà la cornice piedi 3. ſopra liquali ſon due fineſtre cieche per ornamento, ma chi uorrà ſi potran far aperte. Sopra le colonne Ioniche, ſi potran aprire la capella per più chiarezza del tempio. Quãto a li lumi de la gran capella, ſi vide come vanno, e coſi quei de la faccia dauanti ſopra il portico, ſi farà vn terrazzo alquanto pendẽte, col ſuo parapetto, che ſarà la iſteſſa cornice. Queſto tempio ſi voltarà a botte, come dimoſtra la figura, ma ne le teſte ſarà bene a fare gli nicchi, e ne la parte di fuori tirare ſu il muro, come hò accennato ne la parte dauanti, quantunque ui reſtarà gran luogo morto, ma tornarà bene.


Templi Ichnographia iam expedita, interiorum partium, & lateris porticus ipſius Orthographiam nunc proponemus: proprijque commenſus tales nimirum eſſe comperientur. A pauimento ad primæ coronicis ſummitatem pedes xxj intercedent; quibus in partes ſex diſtributis, epiſtylio, zophoro, coronicique vna aſſignabitur, & reliquæ deinceps ad imum vſque pauimentum Ionicis aſcribentur columnis. Quòd autem ad ſcapharum modulos attinet, ſtylobatæ ſeu ſtereobatæ, quocunque nomine eos appellare tibi libuerit, quintam reliquæ altitudinis portionem explebunt: ijſque Corinthiæ ſuperextruentur columnæ. Faſtigia tripedalem à coronice altitudinẽ obtinebunt, quibus duæ cæcæ ornatus gratia obſcuræque ſuperaddentur feneſtræ; nec tamen, quin eas apertas & luminoſas efficiamus, nos quicquam impediet. Supra Ionicas deinde columnas, propter vberiorem templi ipſius lucem & claritatem, delubrum magis aperiendum ac reſerandum iudicamus. Quanam autem ratione tum in primario delubro, tum in fronte ædis ipſius lumina ſunt diſponenda atque diſtribuenda, ex ſubiecta hoc nimirum conſtat deſignatione. Supra porticum deinceps ſolum decliue aliquantulum inſternetur, ibique podium, quod coronicis partes explebit, excitabitur aſſurgetque. Templo huic, quemadmodum ex ipſamet percipitur deſcriptione, fornicatæ ſuperinducentur teſtudines; at in extremis capitibus conchæ ſeu ſcaphæ effodiendæ videbuntur: in exterioriq. parte, quemadmodum de facie anteriori paulò ante admonuimus, parietes dirigentur. Et quamuis inanis ſpatij quamplurimum inutiliter redundauerit, ex eo nullum ſtructuræ incommodum tamen aut detrimentum continget.




La parte interiore, cioè la capella maggior, è qui sotto a man sinistra, & le altezze de le cornici saranno come s'è detto qui a lato, si vede ancora la forma de i nicchi piccoli, la latitudine de' quali porta piedi 3. e l'altitudine loro, è piedi 7. e mezo. Il quadro sopra l'altare, sarà per vna pittura, & hauerà la luce molto accomodata, la sua larghezza è piedi 10. l'altezza piedi 12. La faccia dauanti, è qui sotto a man destra. Quanto a le altezze de le cornici, s'è detto ne la parte interiore, percioche tutte vanno ad vn liuello. Ma notate che la prima cornice sopra lo portico viene ad essere vn parapetto sopra'l terrazzo. Queste coronici dunque, fregio, architraue, capitelli, basi, & anche le imposte de gli archi, sono tutte opere Doriche, lequali al Quarto mio libro, ne l'ordine Dorico si troueranno. La parte, doue sono gli pilastrelli del secondo ordine, viene ad essere su'l diritto de la facciata, come dinota lo profilo del portico congiunto con la parte inferiore. La latitudine de' pilastrelli, sarà due piedi, l'altezza de la loro cornice altretanto, & hauerà gli membri che si veggono a l'imposta de gli archi Ionici nel theatro di Marcello, al Quarto mio libro. Et perche sopra l'vltima cornice, al cominciare la copertura, vi sarà piedi tre di spacio, si potran fare gli parapetti a balausti sopra essa cornice, tanto per ornamento, che per commodità, A liquali luoghi si montarà per le limache che montano al terrazzo. La copertura di questo Tempio (acciò non vi sia legname) si farà sopra la volta, o di embrici, o di piombo, ma qui ne la Franza sarebbe molto bella di arduosa, cioè di lamine sottile d'vna pietra azurrina. A questo Tempio si montarà 9. gradi, e si potrà cauar sotto. HORA quiui sarà il fine del Libro de i Tempij sacri, acciò ch'io possa seguitare gli altri due Libri, l'vno di tutte le habitationi, l'altro de molti accidenti che sopraueng ono spesse volte agli Architetti. Dipoi (se la bontà di Dio mi prestarà vita & sanità) insieme metterò in luce molti, e diuersi edificij già preparati in forma grande, e ne farò partecipi tutti coloro che di cose tali si dilettaranno.

Interioris quidem partis, primarij videlicet delubri typum ad dexteram en tibi nunc apposuimus atque subiecimus; vbi coronicum ipsarum altitudines ijs, quas paulò ante determinauimus, pares & æquales existent. Minorum quinetiam scapharum forma ac dispositio ibidem extat, quæ tripedalem latitudinem, & septempedalem ac semis altitudinem assequuntur. Quadrata, quæ supra aram dirigitur, tabula egregijs illustrabitur atque perpolietur picturis, & congrua nimirum accommodataq. luce potietur; eaque decempedalem latitudinem habens, in pedes duodenos excitabitur atque efferetur. Anteriorem templi ipsius frontem deinde hic ad læuã depinximus. Coronicum autem ipsarum altitudines in interiori Orthographia iã à nobis determinatæ definitæque fuerunt: cunctæ etenim coronices ad eandem libellam vtique diriguntur. Studiosos tamen de eo potissimum fieri volumus certiores, quòd prima coronix, quæ supra porticum extat, pauimento supra porticum eandem extructo podij vsum, pluteive rationem præstabit. Membra igitur hæc omnia, coronices uidelicet, zophori, epistylia, capitula, bases, necnon arcuum incumbæ ex Dorico fonte deducuntur: quorum formas modulosq; qnarto volumine de Dorico ordine pertractantes, sigillatim exposuimus atque descripsimus. Secundus ordo deinceps breuioribus pilis insignitus atque distinctus, ad perpendiculum fronti superstat: quemadmodum porticus, quæ inferiori parti annectitur, Orthographia nobis significare videtur. Breuiorum autem eiusmodi pilarum; latitudo bipedalis existet, parque coronici assignabitur altitudo: quæ quidem coronix membris ijsdẽ, quæ quarto volumine, in Theatro Marcelli exponendo, arcuum Ionicorum incumbis adesse demõstrauimus, erit exculta atque insignita. At quoniam inter nouissim coronicem supremaque tecta tripedale spatium intercedit: idcirco ornatui atque commoditati pariter consulentes, supra coronicem podia columellis instructa excitabimus ac instruemus: quò per cochlides scalas, quas ad subdiuale pauimentum supra porticum conscendere iam antea demonstrauimus, denique pertingemus. Summam autem templi testudinem, ne materiæ quicquam ingrediatur, aut imbricibus aut plumbea structura operiendam existimamus. Verum in hoc celeberrimo & amplissimo Galliæ Regno si Ardosiæ, cærulei nempe cuiusdam lapidis, quo Galli frequentissimè vtuntur, sectilibus laminis summum templum fuerit contectum, ad aspectum præclarè vtique respondebit. Ad sacram hanc ædem inuisendam salutandamq. per nouem interiectas conscendendum erit gradationes: unde subterraneis conclauibus quoque perficiendis satis spatij ni fallor, superfuturum videtur. Dextrum autem ac Sinistrum hic quoque, ut in superioribus, per relationem non ad nos intuentes, uerùm ad figuræ ipsiusmet conspectæ posituram atque collocationem intelligito. Et hic quidem sacrarum ædium pertractatio debitum finem, metamque propositam est assecuta. Quapropter nos quinto huic volumini supremum uale dicentes, cætera duo volumina superioribus adiungere aggrediemur; quorum cuncta domiciliorum genera alterum per puncta colliget ac numerabit: alterum verò complura, quæ Architectis vsu venire sæpè comperiuntur, summatim complectetur atque perstringet. Præterea si Deus nobis & vitam diuturniorem concesserit, & validas firmasque vires tribuerit: complures variasque ædificiorum, quæ mente iam designauimus, structuras amplioribus formis excudendas, & facultatis huiusce studiosis quibusque communicandas impertiendasque curabimus.







Gia che il luogo il permette, hauendo l'Autore trattato de' Tempij in questo Quinto Libro, vogliamo darui vna regola (per chiusa di detto) con la quale in vn perfetto quadrato a lettere Maiuscule potiate sculpirui il Nome al qual sarà dedicato, come quì sotto vedi figurato nel Nome di LAVINIA, FAVSTINA, &c.

Ne paginæ, quod reliquum est vacuum relinquamus, cum iam Auctor de Templis in hoc Quinto Libro verba fecerit, conclusionis loco regulam hic apponere voluimus, qua in perfecto quadrangulo, maioribus caracteribus nomen illius imprimi possit, cui Templum dicatum est, eo fieri modo, quod infra videtur in nomine LAVINIÆ, FAVSTINÆ, &c.





IL FINE DEL QVINTO LIBRO DELLI TEMPII.

Finis Quinti Libri Sebastiani Serlij de sacris ædibus tum Ichnographicè tum Orthographicè pertractantis.





LIBRO ESTRAORDINARIO DI SEBASTIAN SERLIO

*Nel quale diuerse Porte in or dine Ru-
stico, & gentile di diuersi generi
sono diligentemente descritte,
& dellineate.*

SEBASTIANI SERLII EXTRAORDINEM LIBER

In quo è Rustico. tum delicatiori di-
uersis generibus permixto, Portæ
duodecim tum scriptura, tum
designationibus expli-
cantur.

BENIGNI LETTORI.

Siamo ſtati in forſe di douerſi ſtampare queſto Seſto Libro di porte, ſtante che l'iſteſſo Autore poco conto ne faci, perche in vero poco vtile apporta all' Architetto, poiche nel quarto Libro in ciaſcun ordine ſufficientemente habbi trattato della loro fabbrica, perciò vien intitolato dal medeſimo, Liber Extra ordinem. Ma perche quelli che poco s'intendano d' Architettura non habbiano a fermarſi in penſiero che habbi tralaſciato il meglio, hò fatto ſcelta di dodeci di eſſe al mio parer più belle, per ſodisfare alla loro curioſità. Molte licentie trouarete (dice il Serlio) vſate in queſte Porte rompendo ſpeſſe fiate vno Architraue, il Fregio, & ancora parte della cornice: ſeruendoſi però dell' autorità di alcune antichità Romane. Taluolta hà rotto vn Frontiſpicio per collocarui vna riquadratura, ò vna arme. Hà faſciato di molte colonne, pilaſtrate, & ſupercilij rompendo alcuna volta degli Fregi, & de' Triglifi, & dei fogliami. Le quai coſe tutte leuate via, & aggiunte delle Cornici, doue ſon rotte, & finite quelle colonne, che ſono imperfette, le opere rimarranno intere, & nella ſua prima forma. Et perche quanto al deſcriuere le miſure io ſon ſtato molto breue: il diligente Architettore le trouerà tutte minutamente, facendo così s'immaginerà di quanti piedi hauerà da eſſer larga la porta, facendo di vno di quei piedi parti dodici, che ſaranno oncie, & di vna oncia farne ſei parti, detti minuti: dipoi comincierà a miſurare vna colonna, la quale trouerà (eſſempio gratia) vn piede, & ſette oncie, & tre minuti, & mezo, & la pilaſtrata ſarà per la metà di eſſa colonna: & così la colonna ſarà otto groſſezze in altezza, & ſara diminnita la ſeſta parte nella ſommità. Con queſta regola trouerà tutte le miſure a parte a parte. Et volendo poi ridurre l'opera in forma grande, fara del piede giuſto tante oncie, & d' vna oncia tanti minuti. Et coſi hauendo il compaſſo piccolo per l'opera piccola, & il compaſſo grande per la grande, traſporterà la coſa piccola in forma grande che non fallira punto. Ma, o voi Architettori fondati ſopra la dottrina di Vitruuio, la quale ſommamente io lodo, & dalla quale io nō intendo allontanarmi molto, habbiatemi per iſcuſato di tanti ornamenti, di tante riquadrature, di tanti cartocci, volute, & di tanti ſuperflui, & habbiate riguardo al paeſe, doue io ſono, ſupplendo voi doue io hauerò mancato, & ſtate ſani.

BENEVOLO LECTORI SALVTEM.

Diù animo hæſitaui, an librum hunc & portis typis committere æquum eſſet cum Auctor ipſe parui ipſum facere videatur, quod nullius fere commodi aut vtilitatis futurus exiſtimari poſſit, eoq. magis quoniam idem Serlius in lib 4 abundò ſatis, & ex ordine & portis ſermonem inſtituerit, vnde ab eodem inſignitur hoc titulo liber extra ordinem. Nihilominus tandem omni dubitatione ſolutus in eorum gratiam, qui non integram Architecturę peritiam poſſident, ne forſan quod melioris eſt notæ per me prętermiſſū ſuſpicentur, ex illis duodecim ſelectiores, & nobiliores huc impreſſas haberi volui, vt eorū curioſitati aliquo modo ſatisfacere poſsē. At nos noua quædā & præter comunem aliorum conſuetudinem excogitata haud temere fortaſſe hic duximus apponenda: adeò vt epiſtylium, zophorum, coroniciſq; portionem aliquam ſæpius abolere abſcindereque veriti minimè ſimus: Romanarum tamen nonnullarū antiquitatum exemplo atq; authoritate nobis palā ſuffragante Quinetiam ut quadrata aut inſignia certam ſedem propriamq. collocationem obtineant, Faſtigia nō nunquam diminuimus atq. contraximus. Complures columnas inſuper, antepagmenta, ſuperciliaq. zophoris Triglyphis, Folijſq. interruptis quandoq. ac relaxatis, faſcijs obſtrinximus & circundauimus. Cuiuſmodi nēpe omnia ſi auferantur, coroniceſq. ſicubi interruptæ, præpeditæq. fuerint, inſtaurentur eæq. columnæ, quæ mutilæ imperfectioreſq. extiterint, abſoluantur: formæ ſuæ integritatem & complementum mox opera proculdubio aſſequentur. At quoniam in modulorū explicatione breuiores & ex eo ſubobſcuri fuiſſe videmur, id nempe te admonitum volumus, quòd diligens architectus hac, quam nos ei ſuggeremus, ratione procedens modulos omnes exactè exquiſiteq comperiet. Oſtij latitudinem, quotquot pedum ipſi libuerit, mente primùm concipiet ac deſignabit: ſingulis pedibus in duodecim, quæ vnciæ vocantur, partes conſumptis, vncijſq. ſingulis in ſenas, quæ minuta dicuntur, particulas diſtributis: Mox colūnæ craſſitudinem metietur, quē pedalem, exempli gratia, & ſeptuncem, triumq. minutorum ac ſemis eſſe cōperiet: antepagmenta deinde ſeu Paraſtatę, quas vulgus pilaſtratas appellat, dimidiam columnæ craſſitudinem adæquabunt: Columnæque totius altitudo ex eiuſdem octies repe ita craſſitudine perficietur: Summaq. pars ſi cum ima conferatur, ſextante diminuetur atq deficiet. Hac autem opitulante ac dirigente præceptione, cuncti moduli ſigillatim nobis aperientur ac patefient. Quòd ſi opus ad ampliorem formam transferre redigereq. libuerit, exactam pedis menſuram in tot vncias, vnciamq. in tot minuta diuidemus: Deinde minori circino ad puſillum, circinoq. maiori ad ampliorem operis typum dimetiendum adhibito, rem ex anguſtioribus finibus ad latiora ſpatia, proportionis ad vnguem ſpectata ratione, quamprimùm excitabimus ac proferemus. Verùm a vobis architecti, qui Vitruuij doctrinam ſedulò profitemini (quem quidem authorem & nos quoque ſummopere colimus, nec ab eius inſtitutis longius recedendum exiſtimamus) ſi præſens opuſculum quadratis, ſinuoſis anfractibus, volutis, cæteriſq. compluribus ſuperuacaneorum ornatum generibus forte fortuna affluxerit, ſupplices veniā pacemq. precamur; veſtramq. in primis humanitatem efflagitamus, ne temporum & regionum, in quibus verſamur, conditioni atque conſuetudini nos aliquid tribuiſſe indignè feratis. Quinetiam ſi nos, vt plerūq. contingit, inceptum aliquod abſoluere minimè valuiſſe cognoueritis, ne vos rei illius perfectionem nobis inuideatis, quammaximè contendimus atque obſecramus. Vale


Cum Priuilegio Súm: Pónt·
Prostant apud Matthæum Bolzettam
de Cadorinis Patauii. ∞IↃXLIIX.


Questa porta è tutta Dorica trameza-ta di Rustico. La larghezza di essa è piedi otto, & tre quarti. La sua altezza sarà piedi quattordici & vn terzo. La grossezza di vna colonna sarà piedi vno, & mezo. L'altezza della colonna sarà piedi dodici & mezo. L'altezza del piedestalo sarà piedi tre, & vn quinto. Le pilastrate saranno per meza colonna. L'Architraue, il fregio, & la Cornice saranno per la quarta parte della colonna. Ma auuertisci qui, lettore, di fare al piombo delle colonne li due mensoloni, la fronte de' quali sarà per meza colonna, & la loro altezza sarà tre quarti di essa colonna, & frà li due mensoloni saranno cinque triglipHi, & sei metope. Le quai misure trouerai, se vserai diligentia nel compartire, & nel misurare. Et condotta al fine questa opera, la trouerai riuscire à sattisfatione de giuditiosi. Il frõtespicio sarà alto da sotto lo scudo alla sua cima piedi tre & mezo. Li conij del mezo cerchio saranno diciasette, ma quel' di mezo sarà la quarta parte maggiore de gli altri.

At nos inuentorum nouitate gaudentes, operumque varietatem potissimum affectantes, imperfectiorum columnarum vlterius persequemur rationem. Ex ipsis autem triumphalem fornicem nunc extruere & componere libet, eius latitudine ad pedes vndeuos, & altitudine ad pedes duos supra viginti vtique pertingente. Stylobatæ in septempedalem altitudinem excitabuntur: ostiolaque sexpedalem altitudinem, latitudinemque tripedalem obtinebunt. Columnarum crassitudo bidedalis existet: eædemque in pedum decem & nouem, atque trientis insuper altitudinem efferentur. Arcus antepagmenta pedalia statuentur; geminasque inter columnas quini pedes, quadrante suppraddito, medij consistent. Epistylium, zophorus, coronixque simul, ad altitudinis columnæ quadrantem duntaxat conscendet. Quoniam autem in huiuscemodi fornicum extructionibus inscriptiones complures, arma, insigniaque desiderantur; idcircò nos prẹter ouatam formam in superiori parte existentem tria illa quadratorum spatia infrà designauimus atque reliquimus. Pars verò superior ouatam circunscriptionem fastigiumque pariter comprehendens, in pedes tredecim semique attolletur. Cunei septendecim instruentur, mediano cuneo quadrantis adiectione cæteros peruincente.


VII

Questa porta, per non hauere colonne, le quali sono la vera cognitione delle specie dell'edificio, non si può dire che sia rustica: Nondimeno l'Architraue hà del Ionico. Et cosi il Fregio per esser puluinato, & la Cornice è ancora Ionica. La parte di mezo sopra essa per cagione de le mensole, che sono nel fregio, vi ene ad esser opera composita.

Præsens ostium cum nullis sustentetur seu fulciatur columnis, ex quarum multiplici diuersitate varia quoque ædificiorum genera profluunt atq; consurgunt. Rusticum simpliciter appellari minimè potest: Epistylij tamen modus ratioque Ionicos mores persequitur. Pariter etiam zophorus puluinatus atque Coronix, ad Ionicum genus ambo redigentur. Pars denique mediana, quæ coronici supereminet, propter mutulos zophoro insitos Compositum opus quodammodo redolet ac imitatur.


XIIII


La porta qua dauanti è tutta Dorica, di basso rilieuo, mista di rustico delicato. L'apertura di essa in larghezza è piedi sei, & è alta dodici. Le colonne son piane: & le due insieme fanno vn pilastro. Ma per far l'opera più gratiosa s'è incauato frà esse colonne quanto è la metà di vna. L'altezza del piedestallo è piedi noue. L'architraue, fregio, & cornice sono in altezza piedi quattro. Et sopra le colonne vi sono li mensoloni in luogo di triglifi: fra li quali vi è vn riquadrato per meterui delle lettere. Et chi non la vorrà, la leui via, & gli compartisca li trigliphi. Et similmente se quei duoi riquadrati attaccati alle colonne, & quelle fascie rustiche che cingon le colonne, & la pilastrata, non piaceranno, le leui via: & la porta rimarrà tutta netta. L'altezza del frontespicio sarà piedi tre dal cimatio della cornice fin sotto le maschere.

Præsens hoc ostium Doricum genus, delicatiori quadam adiuncta rusticitate, imitatur, modicamque habet prominentiam. Apertio quidem iu sexpedalem latitudinem, & in pedum duodenum altitudinem patet. Columnę planæ quadratæque existunt, binæque simul acceptæ integrum pilæ vnius corpus formant atque constituunt. Verùm vt operi elegantia atque venustas adijciatur, spatium binis columnis interpositum ad semicolumnæ æqualitatem effosum excauatumque fuit. Stylobatę in pedum nouem altitudinem excitantur. Epistylium, zophorus, coronixque simul, ad quadrupedalem altitudinem educuntur. Columnis mutuli triglyphorum loco superincumbunt, quibus quadratum ad literas excipiendas medium adiunximus atque consociauimus. Si quis autem quadrati huiusce interpositionem oderit ac fastidierit, eo subducto, triglyphorum seriem atque distributionem persequatur. Pariter etiam si bina quadrata columnis hærentia, rusticanæque fasciæ, quæ columnas antepagmentaque simul ambiunt & complectuntur, tibi forsitan displicuerint: quò minus ea subducas, ostijque perfectionem integritatemque moliaris, nequaquam certè prohibemus. Fastigij demum, à coronicis videlicet cymatio ad personatas vsque hominum facies, altitudo tripedale sibi spatium vendicabit.


VIII


Sia ſenza marauiglia dell' intendente Architettore, che l'appertura di queſta porta ſia coſi piccola, & l'ornamento coſi grande. Perciò che, hauendoſegli à fare vn ponte leuatoio biſognaua le due piaghe ſopra eſſa di tanta altezza, che le freccie che leuano eſſo ponte, haueſsero ſpatio da entrare nella muraglia; & il detto ponte ſi venne à incaſtrare in quello membro, che è intorno l'apertura di eſſa porta. Per ciò che li bozzi intorno à eſſa ſono di gran rilieuo. Et perche il iudicioſo potria dannare tal ordine à vna fortezza, & haueria ragione, che alle fortezze ſi conuiene opera Toſcana, o Dorica, & non opera dilicata, come queſta; ma io gli riſpondo, che l'ordinai per la entrata di vno belliſsimo giardino circondato dall'acque viue.

Ne perſpicax ſolerſque Architectus ex eo vllam quæſo capiat admirationem, quòd portæ huiuſce hiatus breuis adeò & anguſtus tam locuplete deinde copioſoque refulgeat ornatu. Cùm enim pons ſubductilis hic extruendus deſignetur bina foramina in ſuperis partibus conſtituta ad eam vtique altitudinem conſcendere oportet, vt catenæ pontem retrahentes reducenteſque muri ingrediendi ſpatium obtineant, ipſeq; pons membro portæ hiatum atque apertionem circumambienti perbellè connecti adaptarique poſſit. Lapidum nanque fragmenta portæ vacuitatem circuncurrentia, inſignem admodum prominentiam decet habere. Verùm ſi quis fortè ingenij acumine præſtans preſentem ſtructurę ordinem atque rationem tanquam delicatiorem, munitionibus & propugnaculis nequaquam expedire pronunciarit, cùm ijs Tuſcanum aut Doricum opus magis ſit conſentaneum, id vnum illi reſſponſum modò afferemus; nos videlicet ad horti alicuius, qui perennium aquarum curſu perpetuo irrigetur, delicias atque amœnitates ingrediendas hanc oſtij formam & modum excogitaſſe.



Questa porta per le colonne, & anco per quei pezzi di cornici, si potrà chiamare Dorica mista, & cinta di più sorte Rustico, la quale è fatta di fragmenti, come si vede. Et per non essere le colonne della sua conueniente altezza, essendo rotte nella parte da basso, se gli è accommodato quei piedestalli con le sottobasi imperfette.

Ostium, cuius exemplar hic apposuimus, tum columnarum, tum fragmentorum, ex quibus coronix formatur & constituitur, ratione perpẽsa, Doricum genus, haud simplex quidem, sed rustico operi admixtum, eoque multiplici cunctectam imitatur; Vtque animaduertere licet, è fragmentis conflatum compositumq; illud esse constat. Columnis autem, propterea quòd ipsæ, imis earum partibus diuulsis atque perfractis ipsam altitudinem nequaquam attingunt, stylobatæ vnà cum imperfectioribus basibus idcircò subiecti suppositique fuerunt.



Questa porta è tutta Corinthia mista di due sorte Rustico. Le colonne non sono ancora finite; ma vi è la materia abastanza; & vi si vede la sua misura da basso, nel mezo, & da alto. Et così le foglie dei capitelli non sono ancor finite. Et per essere il frontespicio, & la cornice rotti in più luoghi, vi hò accommodato quella forma ottagona, per metterui vna arme dentro.

Ostium, cuius typum hic figurauimus, è Corinthia ædificandi ratione, duplici tamen rustici ordinis generare ei permixto, emanat profluitq; Columnæ nondum perfectæ absoluteque videntur, earum tamen perficiendarum modus ratioque ex præsenti satis superque habetur designatione; Modulique omnes tum in imis, tum in medijs, tum in summis ipsarum partibus optimè expressi conspiciuntur. Pariter quoque capitulorum folia nondum completa elaborataque apparent. Quoniam autem fastigij coronicisque partes complures hic demptæ interruptæque fuerunt; idcircò nos venustum aliquod insigne spectandum proponere exoptantes, octogonam illam, quam intueris, formam ibi mediam aptauimus & constituimus.


XXI

Questa porta è tutta Ionica mista di Rustico, & legata di Rustico. Le colonne della quale, sono della sua conueniente altezza, & cosi il suo Architraue, fregio, & cornice, sono la quarta parte dell' altezza di esse colonne. La quale proportione torna bene per regola generale. Il superci-lio di questa porta non è piano, ne di mezo cercho, ma è la quarta parte del tondo, & si adimanda remenato a nostri tempi, & è antico. Et a fine che sopra essa porta si possi mettere vna grande arme, segli è accommodato nel Timpano quella forma di sei faccie.

Præsens ostium Ionicum, Rustico tamen admixtum atque connexum, iure poterit existimari: Cuius quidem columnæ debitam & conuenientem altitudinem nactæ fuerunt, itemq; epistylium, zophorus, atq; coronix è columnæ totius integra absolutaq; altitudinem quartam sibi portionem assumunt. Et eiusmodi symmetriam tanquam perbellè expedientem communissimæ, prout sæpiùs iam admonuimus, præceptionis locum & vim constat obtinuisse. Ostij huiusce supercilium nec plana nec hemicycli continetur comprehenditurque figura, verùm completæ rotunditatis quadrantem duntaxat assequitur: quod quidem antiquum superciliorum genus, Remenatum nostrates passim appellant. Vt autem in vertice decorum aliquod insigne statui accommodarique possit, in Tympano exagonam formam illam delineauimus & circunscripsimus.



XV

Questa porta tien del Dorico, del Corinthio, del Rustico,& anco(per dir il vero)del bestiale. Le colonne sono Doriche. Li suoi capitelli sono misti di Dorico, *& Corinthio. La pilastrata intorno la porta è Corinthia,per gli intagli;& cosi è lo Architraue,il fregio,& la cornice. Tutta la porta è circondata di Rustico,come si vede. Quanto all'ordine bestiale,non si può negare,che essendoui alcuni sassi fatti da natura, che han forma di bestie,che non sia opera bestiale.*


Ostium hic propositum Dorici,Corinthij, & Rustici, necnon, si verùm proloqui licet, ferini operis demùm particeps esse conspicitur. Columnæ quidem Doricæ, at earum capitula partim Dorica,Corinthiaque partim existunt. Antepagmenta ostium circumambientia, propter excisiones atque sculpturas, ad Corinthium genus rediguntur. Itemque epistylium, zophorus, atque coronix, Corinthiam imitantur structuram. Ostium vniuersum deinde Rustica,vt ita dicam, veste indutum & circuntectum apparet. Quòd demùm ad ferinum ordinem spectat: cùm naturalia saxa nonnulla hic bestiarum ferarumque imagines referre videantur, quin opus quoque ferinum quid præseferat, negari profectò minimè potest.



XXIX

Questa è tutta Corinthia. Le colonne di essa sono dieci diametri in altezza, & possono essere due terzi fuora del muro, & anco di tutto tondo con le sue contraco lonne piane. Se questa sarà à vna casa, l'andito dellaquale habbia bisogno di luce, & similmente a vna Chiesa, la finestra sopra essa seruirà; & non hauēdo bisogno di luce, si metterà vna historia nel luogo medesimo.

Præsens ostium Corinthios mores vndequaque sectatur. Columnæ ad denum diametrorum altitudinem attolluntur, extraque parietem duæ earum tertię prominent atque procurrunr; quanuis, planis columnis ex aduerso collocatis, exactę teretes atque rotundæ eædem confici poterunt. Verùm illud vnum nequaquam præter mittendum censemus, quòd si ostium hoc ante domum cuius aditus vberiori indigeat lumine, vel ante sacram ædem aliquam statuetur, fenestrata apertio superincumbens perbellè vtique inseruiet. Quòd si lux satis congrua aliunde prouenerit, historicum aliquod monimentum ibidem effingendum potius & insculpendum existimamus.



Accadrà tal volta all' Architettore di voler fare vna porta, la larghezza della quale sia piedi 10. & l' altezza piedi 20. ma harà alcune colonne di minor altezza, che la metà della porta; volendosi seruire d' esse colonne potrà fare l' imposta dell' arco sopra le colonne di tanta altezza, quanto la quinta parte di vna colonna, & sua cornice, & fregio puluinato, & architraue, & sotto esse colonne metterà vno piedestalo, che posi su la soglia d' essa porta. L' altezza del piedestallo sarà piedi 3. oncie 9. L' altezza della colonna sarà piedi 9. oncie 3. l' Architraue, il fregio, & la cornice sopra le colonne sarà piedi 2. che sono in tutto piedi 15. & mezo cerchio, che saranno 20. piedi. Si metterà nel mezo dell' arco vna mensola di vn piedi & dieci oncie, & sopra le colonne tonde si metteranno colonne piane. La sua altezza sarà piedi 6. & oncie dieci, ponendo sopra esse l' Architraue, fregio, & cornice. L' altezza del tutto sarà la quarta parte minor di quella di sotto: & questa potrà seruire per la porta di vn Tempio, come l' altra qui a canto.

Verùm id Architecto nonnunquam fortasse continget, vt ipse ostium, decempedali latitudine & pedum vicenum altitudine sibi conficiendum proponat; At ei oblatæ expositæque columnæ minoris vtique altitudinis, quàm dimidium ostium effłagitauerit, esse comperientur. Quas si ille negotio mente concepto ac designato aptare accommodareque voluerit, arcus incumbas supra columnas ad eam nimirum altitudinem excitabit, quæ quintæ columnæ ipsius portioni par & æqualis existet: Necnon coronicem, puluitatum zophorum, epistyliumque columnis ijsdem superstruet ac superaddet, quibus stylobatas deinde ostij quibus limini insistentes subijciet atque supponet. Stylobatæ quidem pedum ternum & dodrantis altitudinem sortientur: Columnæque singulæ pedum nouem & quadrantis altitudine finientur. Epistylium, Zophorus, atque Coronix columnis superincumbentes, bipedalem altitutitudinem obtinebunt. Pedumque omninm hucusque collectorum summa, ad quindenarium numerum excrescet atque pertinget: Quibus si quinquepedalem adhuc hemicycli addideris altitudinem, ad pedes vicenos vsque conscendes. In medio arcu deinceps mensula pedis vnius & dextantis altitudine statuetur. Et supra teretes rotundioresque columnas planæ quadratæque mox columnæ erigentur, quæ pedum sennm dextantisque altitudinem petent, epistylio, zophoro, & coronice super eas mox aptatis compositisque, Quorum omnium simul altitudo ab inferiorum columnarum vnà cum earum appendicibus altitudine, quarta parte diminuetur atque deficiet. Portæ autem huiusce speciem non secus atque superiorem, templo alicui ingrediendo opportunam quammaximè & consentaneam fore censemus.



Questa porta è Dorica, ma vn poco licentiosa, per cagione del risalto, che fà l'Architraue, fregio, & la cornice. Ma questo è ben necessario per cagione delle due mezze colonne piane, le quali sostengono l'Architraue. Et questo è stato per arrichire la porta dalli lati, & anco disopra. Perciò che l'apertura della porta non è molto grande. Nondimeno il padrone vorrà la sua porta richa di ornamento dalli lati, & da alto ancora. Et se l'entrata di questa casa harà bisogno di luce (come è da credere) la finestra disopra porgerà luce all'andito, & farà ornamento sopra la porta.

Ostium hic designatum, Doricam persequitur ac imitatur structuram; propter resiliens tamen epistylium, resilientemque zophorum & coronicem, liberiori quadam dissolutaque ratione conflatum videtur. Nec mirum, cùm propter geminas planas semicolumnas, quæ epistylium sustinent fulciuntque, ita factum oportuit, eoque magis, quòd ostij tum latera tum frontem superiorem vario multiplicique ornatu illustrare hac vtique necesse fuit ratione. Ostij nanque hiatu humiliori & angustiori existente, ædium dominus apertionis defectum corrigere studens, latera partemque superiorem ornamentorum complurium cultu & elegantia affluere forsitan volet. Si autem domus ipsius adius atque vestibulum, vt credere par est, lucem copiosiorem requisierit, fenestra superior & ingressui lumen atque splendorem, & ianuæ decus ac ornamentorum præstabit.



XVII

Frà tutti gl'Inſtrumenti di miſurar le diſtantie, altezze, e pro fondità, fin'a queſt'hora non hò viſto, nè praticato il più bello, & facile del Quadrante Geometrico di Siluio Belli, che quì auanti vi pongo, poſcia che ſenza ſaper l'arte de numeri con detto Inſtrumento, potete ſapere tutte queſte coſe. La cui notitia fà molto appropoſito all'Architetto, come più ampiamente nel ſuo Libretto potrette vedere.

Eſempio di Diſtanza.

Se vuoi ſapere quanto ſii da te diſcoſta vna coſa che tu veggia, ferma il Quadrato Geometrico ſopra il ſuo piede nel luogo doue tu ti troui, con vna de ſuoi lati, al dritto della coſa che deſideri ſapere la ſua diſtanza, & che sij paralello al piano doue ti troui; auertendo che vno de' lati da i buchi reſti verſo te, douendo così eſſer fabricato detto Quadrato, cioè che habbi da due lati i bucchi, doue la righa, hauendo nel principio de ſuoi numeri vn pironcino, poſſi piātarſi, alla cui dirittura farrai piantare delle bachette, poi miſura per quel lato quanti paſſa ſi piaceranno, che ſe per eſſempio ſaranno 30. al bucco 30. porrai il pironcino della righa, traſportando anco l'inſtrumento al detto luogo di diſtanza delle paſſa 30. laſciando vna bacchettina per ſegno oue leui l' Inſtrumēto: auertendo che ſtij nella linea delle bacchette, poi moui la riga a poco a poco fin tanto vegghi il ſegno della diſtanza cercata, per l'alette di quella, & tante particelle del lato del quadrato ſaranno tagliate dalla Riga, tante ſaranno le paſſa della diſtantia dal luogo che cerchi ſapere. Ancora ſe numeri nella riga le particelle che vengono terminate dal Quadrante ſaprai il numero delle paßa, che ſono dal luogo oue termina la linea delle bacchette che fù paſſa trenta, tanti paſſi ſaranno fino alla diſtantia ſopradetta.

di Altezza.

Se haueſſi a miſurare vn altezza eretta nel Piano, prima dal piede di eßa, diſcoſtati quanti paſſa ti pare, il numero delli quali, ſecondo il noſtro ſolito, sij numerato dal 5. Hora poniamo che sijno 40. ancora numera nel lato del Quadrante altretante delle ſue particelle oue ſarà vn buſo nel quale porrai il pironcino della Riga poi leuando in taglio l'Inſtrumento con vno de lati da i buchi verſo l'altezza, & paralello al piano, & l'altra verſo te, fatto queſto indrizza la riga con la viſta alla cima dell'altezza, & oſſerua oue il ſuo lato dritto taglia il lato del quadrato, che tante particelle taglierai, altrettante ſaranno le paßa dell'vna altezza, al qual numero aggiungerai quanto dal pironcino della riga fino in terra.

Di Profondità.

Se haueſſi a miſurare vna profondità, al termine ſuperiore della quale tù vi poſſi andare, come ſe haueſſi a miſurare la profondità di vn Pozzo, del quale tu vedi il fondo, fa in queſto modo: Piglia vna liſta di legno, & poni quella a trauerſo della bocca del pozzo in modo che vno de ſuoi lati ſtia per diametro di eſſa bocca, & ſopra di eſſo lato ferma il Quadrato Geometrico con due lati al perpendiculo, ma che il lato che ſta ſopra la liſta in vno di quelli da i bucchi: poi miſura il diametro della bocca del pozzo, & quanti piedi lo troui, numera tante particelle nel lato del quadrato, & al fine di queſte porrai il taglio della riga al meglio che potrai, poi ſtando ſopra il quadrato con l'occhio, & mouendo detta riga quella indrizzarai al fondo del pozzo dall'altra parte che non è il quadrante. e poi numera le particelle dal lato del quadrato, che ſtà a perpendicolo, & tanti piedi quante ſono queſte particelle è profondo il pozzo.

Inter plurima Inſtrumenta Diſtantias, Altitudines, & Profunditates metientia, nullum aptius faciliuſque adinuenire vſq. modo mihi contigit Quadrante Geometrico Siluij Belli. Nam quilibet, etſi Aritmeticam non callens per Inſtrumentum præfatum, quod hic apponitur quicquid ad rem hanc ſpectare videtur, facile percipere poteſt: idque plurimum Architecto conducere perſpicuum eſt; vt dilucidius in ſuo libello innoteſcet.

Diſtantiarum metiendarum exemplum.

Si ſcire cupis quantum à te diſtet aliquid, quod è minus cernis. Siſte Quadrantem Geometricum ſuper ſuam baſim in eo loco, in quo permanes adeo vt unus è lateribus feriat rem cuius diſtantiā percipere deſideras, & quod Inſtrumentum præfatum ſit planitiei æquale, vnaque eius pars numeris è foraminibus diſtincta te ipſum ſpectet: è directo ipſius partis ducas per virgularum ſigna lineam rectam, & ſi virgulæ prædictæ, exempli gratia, conficiant triginta paſſus; in foraminulo quadrantis, vbi numerus trigeſimus deſignatus eſt regulam implantabis: deinde ad ſummum illius ſpatij, quod è virgulis implantatis conſurgit, adaptabis inſtrumentum, dirigeſque regulam fixam in numero trigeſimo vt ſupra ad rem perſpectā & quot numeri antecedunt numerum xxx prefixum tot erunt paſſus diſtantiæ rei inquiſito. Item ſi in regula ab ea parte, in qua ſecatur Quadrans, numerabis partes intercedentes dabunt tibi diſtantiam à loco lineę per virgulas ductæ vſque ad rem perſpectam.

Exemplum Altitudinis.


Ad metiendam altitudinem alicuius ædificij in plano erecti primum ab ea diſtare neceſſe eſt per aliquot paſſus, & incipienda eſt enumerationem illorum à quinto numero, qui ſi exempli cauſa fuerint xxxx enumerabis in Quadrante totidem ipſius partes ſicuti deſierit numerus in foramine intrude regulam, poſtea eleuabis quadrangulum ad perpendiculum in plano, ita vt pars altera te reſpiciat: deinde dirige regulam ad cacumen ædificij, & obſerua in qua partes eius latus dexterum ſecat quadranguli latus: nam quot foramina per interſecationem comprehenduntur, tot erunt paſſuis altitudinis cui numero addes altitudinem ipſius quadranguli.

Exemplum profunditatis.

Cum metienda eſt aliqua profunditas, cuius ſuperiorem terminum adire poſſis; veluti ſi Putei alicuius profunditatem rimari deberes illiuſque terminum in profundo perſpiceres: accommodanda eſt oblonga, & equalis tabula per tranſuerſum oris putei, ita vt unus ex ipſius lateribus ſit è Diametro oris ipſius Putei, & ſuperlatus tabulæ, pone quadrantem geometricum cum duobus lateribus ad perpendiculum, ſed quod latus exiſtens ſuper tabulam ſit cum foraminibus: Deinde Diametrum oris putealis menſurato, & quot pedes dabit, totidem partibus reſpondebit lateris quadranguli, & in fine harum partium ferientem Regulæ ponens, quò melius poteris ipſam regulam diriges ad fundum Putei ex ea parte, quam quadrans non occupat. Deinde enumerato particulas lateris quadrantis in perpendiculo: & quot exurgent, tot pedes putei profunditas donabit.

Quadrato Geometrico

il qual serue per il libro da misurar con la uista di m. SILVIO BELLI Vicetino.









VENETIA, M DC LXIII

Per li Combi, & La Nou.

CON LICENZA DE' SVPERIORI.